C. NEPOS
VULGO
ÆMILII
PROBI

DE VITA
IMPERATORUM
GRÆCORUM

1608.

# CORNELII NEPOTIS

Opera quæ quidem exſtant

## HISTORICA VIRORVM DOMI MILITIÆQVE ILLVSTRIVM GRÆCORVM ROMANORVMQVE

Explicata pridem ſtudio

AND. SCHOTTI ANTVERP. SOC. IESV.

*Nunc denuo doctorum hominum Acceßionibus locupletata.*

Seriem auerſa pagina exhibet.



FRANCOFVRTI,

Apud Claud. Marnium, & hered. Jo. Aubrii.

MDCIX.

*Cum priuilegio Regis Galliæ ad ſexennium.*

SERIES EORVM QVÆ IN HOC OPERE CVM AVCTORE DE VIRIS illuſtribus continentur.

# AND. SCHOTTVS LECTORI.

## *De Scriptore Virorum Illustrium.*

QVÆRI solitum video initio librorum, putusne an spurius auctoris partus sit, vt & à Græcis interpretibus Aristotelis antiquis Alexandro, Simplicio, Themistio ac Philopono factitatum in prolegomenis obseruaui, qui in octo ferè capitibus τὸ γνήσιον inuestigant: quo capite de legitimo ac germano fœtu agitur, & quoad eius fieri potest, domum reducitur, si fortè nothus aberrauit; natalibusq; à Censoribus restituitur. Nec verò mirum cuiquam videri debet, nostrum *de Viris Illustrib. vrbis Romæ* scriptorem in dubium vocari, cùm & aliis multis historicis paris ferè conditionis idem vsu venerit. Cùm & veteribus illis maiorum gentium scriptoribus acciderit Aristoteli, Ciceroni, Fabio, Augustino, Hieronymo, vt vel aliena illis supponantur, vel propria auferantur. Qua tota de re nos, Deo bene iuuante, alibi. Nonnullis etiam recentiorum scripta veteribus attributa, vt Andreæ Dominici Flocci de magistratibus libellus L. Fenestellæ. Hoc nũc agamus, de auctore huius libelli, Nepotisne, an Plinii, an potius neutrius sit, de quo variæ sunt doctiss. hominum, & discrepantes sententiæ; Quidam e- I.
nim C. Plinio Cæcilio: alii Cornelio Nepoti: nonnulli Suetonio Tranquillo inscripsere, nec defuere qui Aemilio Probo: non nemo Asconio Pediano tribuit. Nam qui C. Corn. Tacitum auctorem faciũt, toto cælo errare mihi videntur: Stylus enim, dicendiq; ratio reclamat; falsi fortasse, quod de Oratoribus illustrib. scripsisse Tacitum audiuissent: sed eum, qui vulgo circumfertur, libellum Quinctiliano nuper restituit, Belgii ocellus Iustus Lipsius noster, cuius sententiam Fabius ipse confirmat procemio lib. VI. & extremo lib. VIII. & passim eadem vtrobiq; legas, tametsi Pet. Pythæus Tacito reddat, secutus Pomponii Sabini, & exemplarium fidem. Qui Sueto- II.
nium patrem legitimum affirmare non dubitant, næ illi iniqui familiarum Censores sunt, digni quibus ignominiæ causa non equus adimatur, sed à Catonib. censura ipsa abrogetur. Quòd enim D. Hieronymum in eo libro, quem & ipse de Viris illustribus cõscripsit, auctorem laudant, dicam Romanè, errant: nec sensum adsequuntur. verba ipsa apponam: *Hortaris, Dexter, vt Tranquillum sequens, Ecclesiasticos scriptores in ordinem digeram: & quod ille in enumerandis Gentilium litterarum viris fecit illustribus, id ego in nostris faciam.* Quibus ipsis, qui hæc obiiciunt, refelli, & tamquam suo gladio confodi, quis ita cœcus est, vt non videat? Illustres enim Suetonii Grammaticos; ac rhetores, qui hodieque in manibus sunt, intelligit. Non inficior tamen illustrium domi militiæque Romanorum stemmata conscripsisse Tranquillum, vt ex Sudæ collectaneis discere est.

Qui Cornelio Nepoti attribuunt plures, iique doctiores, Hermolaus Barba- III.
rus, Ianus Parrhasius, Catellianus Cotta, Dominicus Machaneus, & hodie Germanorum plerique. Sed vereor ne fallantur, quod bona eorum venia dixerim. Sed age rationes dispiciamus: In primis Catulli illo carmine pugnant, quo Cornelio Nepoti Veronensi poema suum dedicat, vtpote ciui suo & municipi, vel, vt cum Plinio maiori castrensi vocabulum vsurpem, conterraneo.

*Quoi dono lepidum, nouum libellum,*
*Arida modo pumice expolitum?*
*Corneli, tibi: namque tu ſolebas*
*Meas eſſe aliquid putare nugas,*
*Iam tum, cùm auſus es vnus Italorum*
*Omne æuum tribus explicare chartis,*
*Doctis, Iuppiter, & laborioſis.*

Fateor equidem de Viris illuſtribus ſcripſiſſe Nepotem: Nam & Agellius, lib. XI. cap. IIX. integrum inde caput transſcripſit: & Fl. Soſipater librum XV. & XVI. Virorum illuſtrium citat: aliique, quos in eo libro, in quem Cornel. Nepotis librorum omnium, qui deſiderantur, fragmenta coniecimus, & Cornel. Valerio præceptori nuper donauimus, hiſque adiicienda cum Pet. NannI *de Claris Romæ Cornelüs* hactenus in edito libello curauimus, recenſeo. Nunc ſi quis inferat, libelli iſtius auctorem eſſe Nepotem, conſtanter negabo. nec enim magis conſequitur, quàm vel Aemilium Probum, vel Higinium, vel alium quemuis. Huc accedit, capita ipſa, quæ Agellius, Soſipater, Seruius, cæterique ex Nepotis Illuſtribus recitant, ne veſtigium quidem libelli noſtri præferre. Vnum de multis exemplum, quoniam ad rem facit, adferam. Agellius (vel ſi vett. librorum auctoritatem neglegis A. Gellius) Noct. Attic. lib. XVII. cap. XXI. non obſcurè hunc eſſe Nepotis partum negat. *M. inquit, Manlius Romæ, qui Gallos in obſidione Capitolii obrepentes per ardua depulerat, conuictus eſt conſilium de regno occupando iniiſſe, damnatuſque capitis è Saxo Tarpeio, vt M. Varro ait, præceps datus; vt Corn. autem Nepos ſcriptum reliquit, verberando necatus eſt.* Noſter verò diſertim de ſaxo Tarpeio præcipitatum ſcribit. Sed nihil agit Catellianus Cotta, qui hæc ad Chronica Nepotis detorquet: nec enim ſimile verò tam præſtantem hiſtoricum tam repugnantia in Viris illuſtribus dixiſſe. Verùm vt ſymbolam quoque Græcus auctor conferat, non leuis, ſed κώμικος μάρτυρ. Plutarchus, vt ipſi obſeruauimus, de Lucullo longè aliter ſcripſiſſe Nepotem refert, atque adulterinus iſte Nepos; ſic enim ait: *Poſt cùm alienata mente deſipere cæpiſſet, tutela eius M. Lucullo fratri permiſſa eſt.* Plutarchus verò: Νέπως δ' ὁ Κορνήλιος οὐχ ὑπὸ γήρως φησὶν οὐδὲ νόσου παραλλάξαι τὸν Λούκουλλον, ἀλλὰ φαρμάκοις ὑπό τινος τῶν ἀπελευθέρων Καλλισθένους διαφθαρέντα. Quæ ſic vertebamus: *Cornelius Nepos neque ſenio, neque morbo, ait alienata mente fuiſſe, ſed à Calliſthene liberto venenis corruptum.* Calliſthenis nulla apud Auctorem noſtrum mentio, neque ſenii, morbi, aut veneni. Neceſſe eſt igitur alio Nepote vſum Plutarchum. Idem quoque in Tiberio & Caio Gracchis, Νέπως ὁ Κορνήλιος φησὶν οὐ Κράσσου Βρούτου δὲ θριαμβεύσαντος ἀπὸ Λυσιτανῶν θυγατέρα γῆμαι Γάϊον, id eſt; *Cornelius Nepos non Craſſi, ſed Bruti, eius, qui de Luſitanis triumphauerat, filiam in matrimonio Caium habuiſſe ſcribit.* In Nepote verò iſto ſubdititio filiæ, neque Craſſi, neque Bruti vlla mentio exſtat, niſi cœcutiunt oculi. Rurſus in Noctibus Atticis eſt, lib. XI. cap. VIII. M. Catonem iuſtè Aul. Albinum reprehendiſſe, quod homo Romanus Græca oratione res geſtas Romanorum cùm componeret, veniam ante imperitiæ præfatus eſſet, cuius rei auctorem Nepotem laudat. Porcii quidem Catonis noſter meminit; de Albino verum verbum nullum. Vnde relinquitur, falli eos, qui Nepoti hunc fœtum attribuunt. Porrò ad ſtylum quod attinet, Nepoti is abiudicat, quod illuſtres Viros copioſius ſcripſiſſe Nepotem apparet, ex T. Pomponii Attici vita, & M. Porcii Catonis fragmentis, quæ dumtaxat ab iniuria temporis reliqua ſunt. Quod & libro, ſi modò iſtius eſt, de Vita Excellentium, vt Dionyſio Lambino placere video, (vel vt M.SS. quidam legunt, Externorum) Impp. probari poſſet. Noſter verò ita conciſus auctor eſt, vt Elogia potius Illuſtrium, quàm vitas ſcripſiſſe videatur: qualia verſibus quaternis Atticum contexuiſſe teſtis eſt Nepos ipſe & Plinius, vt poſt dicam. Plura argumenta ex fragmentis noſtris Nepotianis ingenioſo cuique facilè ſuppeditabunt: ſed hæc facient, niſi vehementer fallor, ſatis ei, qui
IV. non omnino pertinax falſi patronus defenſorque eſſe voluerit. De Æmilio Probo

minuenda

minuenda quoque opinio eſt, & eodem argumento contundenda quòd ſtylus hic conciſus & breuis, ille copioſus.

V. Nunc ordine de Plinio Nepote videamus, à quo etiam hæc remouenda iniuria eſt, ne auctor eius eſſe videatur; quem ſi reuiuiſcat, pro ſuo agnoſcere, ſat ſcio, nollet. Non enim cadit in tam fœcundum ingenium, tam exile, & pluſquam ſordidum aliunde mutuandi ſtudium. Verba illius adſcribere non pigebit ex epiſtola xx. lib. vi. ad Cornel. Tacitum, quibus huius libelli auctorem quidam facere ſe poſſe confidunt, quòd annos natus duodeuiginti, hiſtoriam ſe ſcribere cœpiſſe affirmet: *Agebam*, inquit, *duodeuiceſimnm annum. Poſco librum T. Liuii, & quaſi per otium lego, atque etiam, vt cœperam, excerpo.* Vultiſne igitur dari vobis, res geſtas breuiter è Liuio decerpſiſſe Plinium, eas, inquam, quæ nunc in manibus ſunt? cur amabo, totiens, à Liuio diuerſus abit, & pugnantia cõmemorat, Græcos in pleriſque potius ſecutus, vt Dionyſium, vt Dionem, vt Appianum, vt Plutarchum? His igitur illud Epicharmi occino μέμνασο ἀπιςεῖν. Quemadmodum verò ex lineamentis de legitimis liberis & ſpurii filiis εἰκότως iudicare ſolemus, idem hic ſentio faciendum. Certè, ſi quod in his iudicium meum eſt, non ſapit Plinium Cæcilium ſtylus. Adhæc veriſimile fit, ſi is verus auctor eſſet, cum aliorum maximè virtute bellica, togave Illuſtrium vitas perſequatur, eorum qui Auguſtum ſunt inſecuti ad Traianum vſque, Imperatorum hominumque illuſtrium non omiſſurum fuiſſe: propterea quod in epiſtolis viri, qui ceteris laude antiſtabant, omnes penè paginas impleant. Venit in mentem coniectura fortaſſis vera, cur Nepoti aut Plinio inſcripſerint quidam: cùm enim in manuſcript. forte vidiſſent C. Plinii Nepotis (fuit enim C. Plinius Cæcilius alterius ex ſorore nepos) obliteratis nonnihil prioribus, paruaque facta immutatione Cornelii Nepotis legi cœptum: aut vice verſa accidiſſe non admodum à vero abhorret. Sed libros, inquies, calamo exaratos, arbitros controuerſiæ depoſco. Quinque nos quidem vſi ſumus, demptis antiquitus excuſis quamplurimis; qui etiam vehementer nos adiuuerunt: Vnum eumque optimum à Theod. Pulmanno, erudito viro, accepi. Lectionum verò varietates aliquot ex Io. Metelli Sequani doctiſſimi viri codicibus duobus, quorum alter ɪↄccc. abhinc annis, vel pluribus, ſcriptus eſt, communicauit nobiſcum Pe. Siluius Græcè Latineque doctiſſ. I. C. de quo Metelli codice plura nos in Notis ad originem gentis Rom. vbi & Aſconii Pediani viſum hunc libellum oſtendam. Lutetiæ quoque cum duobus manuſcript. comparaui. Vno ex Bibliotheca Franc. Pithœi viri doctiſſimi, altero ex Victoriana, in ſuburbiis Pariſinis. Pulmanni, & Metelli codex longè auctior hanc ἐπιγραφὴν præferebat: *Aurelii Victoris Hiſtoriæ abbreuiatæ ab Auguſto Octauiano, id eſt, à fine T. Liuii vſq. ad conſulatum decimum Conſtantii Auguſti, & Iuliani Cæſaris tertium*: eratque in duos Tomos ſectus liber. Prior *de vrbis Romæ origine* fragmentum, & *Viros hoſce illuſtres* continebat: alter *Cæſarum vitas* hinc vſque ab Auguſto, qui tamen ab edito mirè variat, quemadmodum edito Aurelio Victore integro, ſtudioſus Lector cognoſcere poteſt. Verùm ſi quis contrà pugnabit, facilè cuiquam in tanta opinionum varietate arbitratu vt ſuo vtatur, permittam. Quod enim de animo Ariſtoteles ait, facilius quid non ſit, quàm quid ſit, definiri poſſe, idem hic pronunciabo, citius nos cuius non ſit oſtendere, quàm certo vni dicare poſſe. Vtantur itaque per me licet hac libertate, vt *Scriptorem de Viris illuſtribus* ἀνωνύμως nominent: vt auctorem Rhetoricorum ad Herennium docti ſolent, quem Cornificio Fabius tribuit, Ciceroni Hieronymus, Iunio Gallioni Cæſar Scaliger inſcribunt.

## DE AVCTORIBVS ANTIQVIS VIRORVM ILLVSTRIVM.

Libet nunc illuſtres aliquot de Viris domi militiæque Illuſtribus ſcriptores re- 1.
cenſere, eos potiſſimum, quorum libri interciderunt. De Plutarcho igitur, 2.
qui Græcos & Latinos Imperatores comparauit, non neceſſe habeo dicere: quòd

ipſius libros verè philoſophicos in Bibliothecis deſiderari nefas putem. Iulium Higinum de claris viris, ſeu de vita rebuſque Illuſtrium virorum laudat Agellius lib. 1.cap.12. Noct. & Aſconius in Piſonianam, qui Lucium appellat, commutata fortaſſe I. littera in L. librariorum audacia; niſi fortè L. Iulium Higinium dictum videri placet. Suetonius C. Iulium Higinium in Illuſt. Gr. nominat: eiuſdem Exemplorum libros, forte eoſdem. idem citat Agellius lib.10.cap.18. Alphæus Auitus Excellentium virorum libros reliquit Iambico dimetro, vt ex fragmentis, quæ à Priſciano IIX. XII. & XIIX. libris Gram. adferuntur, apparet: de quo æqualis eius Terent. Maurus.

3\.

*Vt pridem Auitus Alphius*
*Conſcripſit Excellentium.*

4\. T. quoque Pomponium Atticum de Viris illuſtribus carmine ſcripſiſſe, in eius vita auctor eſt Nepos, & Plinius lib. 35. cap. 2. Nat. Hiſt. atque verſibus non amplius quaternis, quiniſque ſub ſingulorum imaginibus facta, & magiſtratus eorum de-

5\. ſcripſiſſe.

6\. Plinii Iunioris æqualis Titinius Capito exitus Illuſtrium virorum tradidit, in iis quorundam ſibi cariſſimorum: auctor Plinius lib. 8, epiſt. 12. Diuus quoq; Hieronymus in Catalogo eorum, qui de ſcripturis ſanctis memoriæ aliquid prodiderunt, ad Dextrum Prætorio Præfectum aliquot enumerat; quorum nomina tantum eaque vix integra, ad noſtram vſque ætatem peruenerunt: *Fecerunt*, inquit, *hoc idem apud Græcos Hermippus Peripateticus, Antigonus Cariſtius, Satyrus doctus vir, & longè omnium doctiſſimus Ariſtoxenus Muſicus.*

7\. *Apud Latinos Varro, Santra, Nepos, Higinius,*

8\. *& ad cuius nos exemplum vis prouocare, Tranquillus.* De Varronis autem ſeptingentis Illuſtribus, quos primò nominaſſe oportuit vidend. Plin. lib. 35. cap. 2. Nat. Hiſt. Lactantius quoq;, Chriſtianorum Cicero, lib. 1. c. 10. Diuin. Inſtit. Tarquitium quendam de Viris illuſtribus laudat auctorem, vbi quis Tranquillum eſſe legendum coniiciat, niſi aliud locus ipſe ſuaderet. Memini legere apud Trithemium, Proſperum Aquitanicum de Viris quoque illuſtribus ſcripſiſſe, ſed ſacriſne, an profanis, non liquet, neque enim videre mihi contigit. Ceterùm de ratione conſilii noſtri, paucis ſic accipe: menda, quamuis libellus ſit, ſupra quam cuiquam credibile ſit libb. vett. ope ſuſtulimus, nihil tamen temerè immutauimus: quod illis iudicandum relinquo, qui hæc noſtra cum vulgatis comparabunt. Vt verò lucem hiſtoriæ darem, annos conſulares ad oram adſcripſi, ſecutus ferè Capitolinos Faſtos, quos Carolus Sigonius, ac nuper Steph. Pighius, & Hubertus Goltzius noſtrates digeſſerunt. Duo enim Hiſtoriarum lumina & oculi ſunt, Chronologia, atque Geographia: illa temporum, hæc locorum deſcriptio. Vale Lector erudite, cui candidè iudicandum relinquo, quid poſt III. viros illos interpretes præſtiterim, Dominicum Machaneum, (quem nunc primum in Belgio viſum hiſce adiicere placuit) Philippum Poncherium, & Conradum Lycoſthenem: quibus ego dum communi hominum forte lapſi ſunt, iuueniliter inſultare nolui, nec in eorum ſcriptis ingenioſus videri ſtudui. Sed de iis iudicium te ex aliis, quàm ex me audire malo.

# ORIGO GENTIS ROMANAE

## A IANO ET SATVRNO CONDITORIBUS,

*per succedentes sibimet Reges, vsque ad Consulatum decimum Constantii, digesta ex auctoribus Verrio Flacco Andiate (vt quidem idem Verrius maluit dicere quàm Antia) tum ex Annalibus Pontificum; dein Cnæo Egnatio Veratio, Fabio Pictore, Licinio Macro, Varrone, Cæsare, Tuberone, atque ex omni priscorum historia; proinde vt quisque neotericorum asseuerauit: hoc est, & Liuius & Victor Afer.*

PRIMVS in Italiam creditur venisse Saturnus, vt etiam Maronis Musa testatur illis versibus:

*Primus ab ætherio venit Saturnus Olympo,* Æneid. viii. vers. 319.
*Arma Iouis fugiens, & regnis exsul ademtis,* cet.

TANTA autem vsque id tempus antiquorum hominum traditur fuisse simplicitas, vt venientes ad se aduenas, qui modò cõsilio ac sapientia præditi, ad instruendam vitam, formandosque mores aliquid conferrent, quod eorum parentes, atque originem ignorabant; cœlo & terra editos, non solùm ipsi crederent; verumetiam posteris affirmarent. veluti hunc ipsum Saturnum, quem Cœli & Terræ filium esse dixerunt. Quod cùm ita existimetur, certum tamen est priorem Ianum in Italiam deuenisse: ab eoque posteà venientem exceptum esse Saturnum. Vnde intelligendum est Virgilium quoque non ignoratione veteris historiæ, sed suo more, *primum* dixisse Saturnum, non ante quem nemo, sed *principem*: vt

*---Troiæ qui primus oris.* Æneid. I.

CVM procul dubio constet ante AEneam priorem Antenorem in Italiam esse peruectum, eumque non in ora litori proxima; sed in interioribus locis, id est, Illyrico vrbem Patauium condidisse, vt quidem idem Virgilius illis versibus ex persona Veneris, apud Iouem de ærumnis AEneæ sui conquerentis:

*Antenor potuit mediis elapsus Achiuis* Æneid. I. v. 244.
*Illyricos penetrare sinus, atque intima tutus,* cet.

QVARE autem addiderit *tutus*, suo loco plenissimè annotauimus in commentatione, quàm hoc scribere cœpimus, cognita ex eo libro, qui inscriptus est, De origine Patauina. Itaque nunc, *Primus*, ex ea quoque significatione est, è qua illud in secundo AEneidos, de enumeratione eorum, qui equo Durio digrediebantur. Nam cùm nomi-

Tiſandrum *Virg. verſu 261.* naſſet* Theſſandrum, Stenelum, Vlyxem, Athamanta, Thoanta, Neoptolemum; poſt intulit, *Primuſque Machaon.* De quo quæri poteſt, Quomodo poteſt *primus* dici, poſt tantos qui ſupradicti ſunt? Verum intelligemus *primum* pro principe, vel quia is (ad perfectum) illis temporibus circa peritiam medicæ artis præcipuus fuiſſe traditur. Sed vt ad propoſitum reuertamur, ferunt Creuſam Ereithei Regis Athenienſium filiam ſpecioſiſſimam, ſtupratam ab Apolline enixam puerum, eumque Delphos olim educandum eſſe miſſum: ipſam vero à patre iſtarum rerum neſcio,* Xipheo cuidam comiti collocatam.* Ex qua cum ille pater non poſſet exiſtere, Delphos eum petiiſſe ad conſulendum oraculum, quomodo pater fieri poſſet: Tum illi Deum reſpondiſſe, vt quem poſtero die obuiam habuiſſet, eum ſibi adoptaret: Itaque ſupra dictum puerum, qui ex Apolline genitus erat, obuiam illi fuiſſe, eumque adoptatum, cum adoleuiſſet non contentum patrio regno, cum magna claſſe in Italiam deueniſſe, occupatoque monte, vrbem ibidem conſtituiſſe, eamque ex ſuo nomine Ianiculum cognominaſſe.

*fort. redūdat.* — *Xutho *alii.* — **al.* copulatā

Igitur Iano regnante apud indigenas rudes, incultosque; Saturnus regno profugus, cum in Italiam veniſſet, benigne exceptus hoſpitio eſt: ibique haud procul à Ianiculo arcem ſuo nomine Saturniam conſtituit: Iſque primus agriculturam edocuit, feroſque homines & rapto viuere aſſuetos, ad compoſitam vitam* eduxit. vnde Virgilius in octauo ſic ait:

*fort.* tradu-xit. — *verſu 314.* — * Hæc loca *v. eod.*

† *Hæc nemora indigenæ Fauni, Nymphæq; tenebant,*
*Genſque virum truncis, & duro robore nata:*
*Quis neque mos, neque cultus erat: nec iungere tauros,*
*Aut componere opes norant, aut parcere parto:*
*Sed rami atque aſper victu venatus alebat.*

OMISSOQVE Iano, qui nihil aliud quam ritum colendorum Deorum religionesque induxerat; ſe Saturno maluit annectere: qui vitam moreſque feris etiam tum mentibus inſinuaſſe (dicitur, &) ad communem vtilitatem, vt ſupra diximus, diſciplinam colendi ruris edocuit; vt quidem indicant illi verſus:

*deeſt in m. ſ.*

*Æneid. viii. verſ. 321.*

*Is genus indocile, ac diſperſum montibus altis*
*Compoſuit, legeſque dedit; Latiumque vocari*
*Maluit, his quoniam latuiſſet tutus in oris.*

ISTVM etiam vſum ſignandi æris, ac monetæ in formam incutiendæ oſtendiſſe traditur: in qua ab vna parte caput eius imprimeretur: altera nauis, qua vectus illò erat. Vnde hodieque aleatores poſito numo opertoque, optionem conluſoribus ponunt enunciandi quid putent ſubeſſe, caput aut nauem: quod nunc vulgo corrumpentes nauiandi dicunt. Ædes quoque ſub cliuo Capitolino, in quo pecuniam conditam habebat; Ærarium Saturni hodieque dicitur. Verum quia, vt ſupra diximus, prior illuc Ianus aduenerat, cum eos poſt obitum

diuinis

diuinis honoribus cumulandos censuissent; in sacris omnibus primum locum Iano detulerunt; vsque eo, vt etiam cum aliis Diis sacrificium fit dato thure in altaria, Ianus prior nominetur, cognomento quoque addito Pater, secundum quod noster cognomento sic intulit:

*Hanc Ianus Pater, hanc Saturnus condidit arcem.* Æneid. viii. vers. 357.

Ac subindit:

*Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.*

EIQVE (eo quod mire præteritorum memor, tum etiam futuri) dixerit:

*Rex arua Latinus & vrbes* Lib. vii. Æneid. ver. 45.
*Iam senior longa placidas in pace regebat.*

QVO regnante, Troianos refert in Italiam deuenisse. Quæritur quomodo Sallustius dicat, *Cumque his Aborigines, genus hominum agreste, sine legibus, sine imperio liberum atque solutum.* Initio Catilinaria. Quidam autem tradunt terris diluuio coopertis, passim multos diuersarum regionum in montibus, ad quos confugerant constitisse, ex quibus quosdam sedem quærentes, peruectos in Italiam, Aborigines appellatos, Græca scilicet appellatione, à cacuminibus montium* qui illi oræ faciunt: *f. quæ illi ὄρη vocant:* Alii volunt eos, quod errantes illo venerint, primo Aberrigines, post mutata vna littera, altera ademta, Aborigines cognominatos. Eos aduenientes Picus excepit, permissos viuere vt vellent: Post Picum regnauit in Italia Faunus, quem à fando dictum volunt, quod is solet futura præcinere versibus, quos Saturnios dicimus: quod genus metri in vaticinatione *f. versus.* Saturniæ primum proditum est. Sed vrbem *Saturnus, cum in Italiam venisset, condidisse traditur. Eius rei Ennius testis est, cum ait:

*Versibu quos olim Fauni vatesque canebant.*

HVNC Faunum plerique eundem Siluanum à siluis, Inuium deum: Quidam etiam Pana, vel Pan esse, dixerunt.

Igitur regnante Fauno, ante annos circiter sexaginta, quam Æneas in Italiam deferretur, Euander Arcas Mercurii & Carmentis Nymphæ filius, simul cum matre eodem venit: Quam quidam memoriæ prodiderunt, primo Carmentim dictam: post Nicostraten, de carminibus; eo quod videlicet omnium litterarum peritissima, futurorumque prudens, versibus canere sit solita: adeo vt plerique velint, non tam ipsam à carmine Carmentam; quam carmina, à qua dicta essent, appellata: Huius admonitu transuectus in Italiam Euander, ob singularem eruditionem atque scientiam litterarum, breui tempore in familiaritatem Fauni se insinuauit; atque ab eo hospitaliter benigneque exceptus, non paruum agri modum ad incolendum accepit: quem suis comitibus distribuit, exædificatis domiciliis in eo monte, quem primo tum illi à *al. Palatium.* Pallante Pallanteum, postea nos * Palatium diximus: Ibique Pani Deo fanum dedicauit: quippe is familiaris Arcadiæ Deus est, teste etiam Marone, qui ait:

*Georg.* III. *ver.* 392.

*Pan Deus Arcadiæ captam te Luna fefellit.*

ET item:

*Ecloga* IV. *vbi* certet, *legitur.*

*Pan etiam Arcadia mecum si iudice cantet.*

PRIMVS itaque omnium Euander Italicos homines legere & scribere edocuit, litteris partim quas ipse antea didicerat: Idemque fruges in Græcia primum inuentas ostendit; serendique vsum edocuit, terræque excolendæ gratia primus boues in Italia, iunxit. Eo regnante, forte Recaranus quidam, Græcæ originis, ingentis corporis, & magnarum virium pastor, quia erat forma & virtute ceteris antecellens, Hercules appellatus, eodem venit. Cumque armenta eius circa flumen Albulam pascerentur, Cacus Euandri seruus, nequitiæ versutus, & præter cetera furacissimus, Recarani hospitis boues subripuit: ac ne quod esset indicium, auersas in speluncam attraxit: Cumque Recaranus vicinis regionibus peragratis, scrutatisque omnibus eiusmodi latebris, desperasset inuenturum; vtcumque æquo animo dispendium ferens, excedere his finibus constituerat: At vero Euander excellentissimæ iustitiæ vir, postquam rem, vti acta erat, comperit, seruum noxæ dedit, bouesque restitui fecit. Tum Recaranus sub Auentino Inuentori patri aram dedicauit, appellauitque Maximam, & apud eam decimam sui pecoris profanauit. Cumque ante moris esset, vti homines decimam fructuum regibus suis præstarent; æquius sibi ait videri Deos potius illo honore impartiendos esse, quam Reges; inde videlicet tractum, vt Herculi decimam profanari mos esset, secundum quod Plautus, *In partem*, inquit, *Herculaneam*, id est, decimam. Consecrata igitur ara Maxima, profanataque apud eam decima, Recaranus, eo quod Carmentis inuitata, ad id sacrum non affuisset; sanxit ne cui feminæ fas esset vesci ex eo quod eidem aræ sacratum esset: atque * ab ea re diuina feminæ in totum remotæ. Hæc Cassius lib. I. At vero in libris Pontificalium traditur: Hercules Ioue atque Alcmena genitus, superato Gerυone, agens nobile armentum, cupidus eius generis boues in Græcia instituendi; forte in ea loca venisse, & vbertate pabuli delectatus, vt ex longo itinere homines sui & pecora reficerentur, aliquamdiu sedem ibi constituisse: Quæ cum in valle, vbi nunc est Circus maximus, pascerentnr; neglecta custodia, quod nemo credebatur ausurus violare Herculis prædam, latronem quendam regionis eiusdem magnitudine corporis & virtute ceteris præualentem, octo boues in speluncam, quo minus furtum vestigiis colligi posset, caudis abstraxisse: Cumque inde Hercules proficiscens, reliquum armentum, casu, præter eandem speluncam, ageret; forte quadam inclusas boues transeuntibus admugisse, atque ita furtum detectum: Interfectoque Caco, Euandrum, re comperta, hospiti obuiam iuisse, gratantem, quod tanto malo fines suos liberasset: Compertoque, quibus parentibus ortus esset Hercules, rem ita vti erat gesta, ad Faunum per-

*In Sticho. vbi tamen legitur* Detraxi partē Hercul. *& in Truculento, Act.* II.

* *f.* ob ea, *vel* itaq; ab ea.

pertuliſſe: Tum eum quoq; amicitiam Herculis cupidiſſimè appetiſſe. Quam opinionem ſequi metuit noſter Marò. Cùm ergo Recaranus ſiue Hercules, patri Inuentori aram Maximam conſecraſſet; duos ex Italia, quos eadem ſacra certo ritu adminiſtranda edoceret, adſciuit, Potitium & Pinarium. Sed eorum Potitio, qui prior venerat ad comedenda exta admiſſo; Pinarius eò quòd tardius veniſſet, poſteriq; eius ſubmoti: vnde hodieque ſeruatur: Nemini * Potitio Pinariæ gentis in eis ſacris veſci licet: Eosque alio vocabulo prius appellatos, nonnulli volunt. Pòſt verò Pinarios dictos ἀπὸ τοῦ πεινᾶν, quod videlicet ieiuni, ac per hoc eſurientes ab eiuſmodi ſacrificiis diſcedant. Isq; mos permanſit vſque Appium Claudium Cenſorem, vt Potitiis ſacra facientibus, veſcentibusque de eo boue quem immolauerant, poſtquàm inde nihil reliquiſſent, Pinarii deinde admitterẽtur. Verùm poſteà Appius Claudius accepta pecunia Potitios illexit, vt adminiſtrationem ſacrorum Herculis, ſeruos publicos edocerent, nec non etiam mulieres admitterent. Quo facto, aiunt, intra dies triginta omnem familiam Potitiorũ, quæ prior in ſacris habebatur, extinctam: atq; ita ſacra penes Pinarios * reſediſſe, eosque tam religione quàm etiam pietate edoctos, myſteria eiuſmodi fideliter cuſtodiſſe. Poſt Faunum Latino eius filio in Italia regnante, Æneas, Ilio Achiuis prodito ab Antenore, aliisque Principibus, cùm præ ſe Deos penates, patremque Anchiſen humeris geſtans, nec non & paruulum filium manu trahens, noctu excederet; orta luce cognitus ab hoſtibus, eo quòd tanta onuſtus pietatis ſarcina erat, non modò à nullo interpellatus; ſed etiam à rege Agamemnone quò vellet, ire permiſſus, Idam petit: ibiq; nauibus fabricatis, cum multis diuerſi ſexus, oraculi ammonitu Italiam petit: vt docet Alexander Epheſius lib. I. belli Marſici. At verò Lutatius non modò Antenorem, ſed etiam ipſum Æneam proditorem patriæ fuiſſe tradit: Cui cùm à rege Agamemnone permiſſum eſſet ire quò vellet, & humeris ſuis, quod potiſſimum putaret, hoc ferret; nihil illum præter Deos penates, & patrem, duosque paruulos filios, vt quidam tradunt, vt verò alii, vnum, cui Iulo cognomen, pòſt etiam Aſcanio fuerit, ſecum extuliſſe: Qua pietate motos Achiuorum principes * remiſiſſe vt reuerteretur domum, atque inde omnia ſecum quæ vellet, auferret. Itaq; eum magnis cum opibus, pluribusq; ſociis vtriusque ſexus à Troia digreſſum, longo mari emenſo per diuerſas terrarum oras in Italiam deueniſſe: Ac primùm Thraciam appulſum, Ænum ex ſuo nomine condidiſſe: Dein cognita Polymneſtoris perfidia ex Polydori nece, inde digreſſum, peruectumque ad inſulam Delum; atq; illinc ab eo Lauiniam Anii ſacerdotis Apollinis filiam in matrimonium adſcitam, ex cuius nomine *Lauinia littora* appellatã. Poſtquàm is multa maria permenſus, appulſus ſit ad Italiæ promontorium, quod eſt in Baiano, circa Auerni lacum; ibique gubernatorem Miſenum morbo abſumptum, ſepultum ab eo

* *Quid ſi* Patritio?

*f.* rediſſe.

*f.* permiſ.

ex cuius nomine vrbem Misenon appellatam, vt etiam scribit Cæsar Pontificalium libro I. Qui tamen hunc Misenum non gubernatorem, sed tubicinem fuisse tradit. Inde non immeritò vtramque opinionem secutus Maro sic intulit:

*Æneid. VI. vers. 232.*

*At pius Æneas ingenti mole sepulcrum*
*Imponit, suáque arma viro, remúmque tubámque.*

QVAMVIS auctore Homero, quidam asserant tubæ vsum Troianis temporibus etiam * tunc ignoratum. Addunt præterea quidam Æneam in eo litore Euxini cuiusdam comitis matrem, vltimo ætatis affectam, circa stagnum, quod est inter Misenon Auernumque extulisse, atque inde loco nomen inditum, qui etiam nunc Euxinius sinus dicitur: cumq; comperisset ibidem Sibyllam mortalibus futura præcinere, in opido quod vocatur Cimbarionis, venisse eò sciscitatū de statu fortunarum suarum: aditisque fatis, vetitum ne is cognitam in Italia sepeliret Prochytam, cognatione sibi coniunctam, quam incolumem reliquerat. Et postquam ad classem rediit, repperitq; mortuam, in insula proxima sepelisse, quæ nunc quoque eodem est nomine, vt scribunt Vulcatius, & Acilius Piso. Inde profectum peruenisse in eum locum qui nunc portus Caietæ appellatur, ex nomine nutricis eius quam ibidem amissam sepeliit. At verò Cæsar & Sempronius aiunt, Caietæ cognomen fuisse, non nomen: ex eo scilicet inditum, quòd eius consilio impulsuque matres Troianæ tædio longi * nauigii classem ibidem incenderint, Græca scilicet appellatione ἀπὸ τοῦ καίειν, quod est incendere. Inde ad eam Italiæ oram quæ ab arbusto eiusdem generis, Laurens appellata est, Latino regnante, peruectum cum patre Anchise, filioque & ceteris suorum; nauibus egressum, in litore accubuisse, consumptoque quod fuerat cibi, crustam etiam de farreis mensis, quas sacratas secum habebat, comedisse. Tum Anchisa coniiciente illam esse miseriarum errorisque finem; quippe meminerat, Venerem sibi aliquando prædixisse, cùm in externo litore esurie compulsi, sacratasq; mensas inuasissent, illum condendæ sedis fatalem locum fore: Scrofam etiam incientem; quam cùm è naui produxissent, vt eam immolarent, & se ministrorum manibus eripuisset; recordatum Æneam, quòd aliquando ei responsum esset, vrbi condendæ quadrupedem futuram ducem: Tum simulacris Deorum Penatium, prosecutum, atque illum vbi illa procubuit, enixaque est porculos triginta; ibidem auspicatum; * postquam Lauinium dixit: vt scribit Cæsar lib. I. & Lucatius lib. II. At verò Domitius non orbes farreos, vt suprà dictum est, sed mensarum vice sumendi cibi gratia apium, cuius maxima erat ibidem copia, fuisse substratum, quod ipsum consumptis aliis eduliis eos comedisse: Ac pòst subinde intellexisse illas esse mensas, quas illos comesturos prædictum esset. Cùm interim immolata sue in litore sacrificium perageret;

*Margin notes:* *f. tum* — *Virg. VII. Æn. initio.* — * *pro*, nauigationis longæ. *Vide Virg. V. Æneid.* — *f. postque*

ageret; traditur fortè aduertiſſe Argiuam claſſem, in qua Vlyxes erat: cumque vereretur ne ab hoſte cognitus periculum ſubiret; itemque rem diuinam interrumpere ſummum nefas duceret, caput velamento obduxiſſe; atque ita pleno ritu ſacra perfeciſſe: inde poſteris traditum morem ita ſacrificandi, vt ſcribit Marcus Octauius libro I. At verò Domitius libro I. docet ſorte Apollinis Delphici monitum Æneam, vt Italiam peteret, vbi duo maria inueniſſet, prandiumque cum menſis comeſſet, ibi vrbem vti conderet. Itaque egreſſum in agrum Laurentem cùm paululum è littore proceſſiſſet, perueniſſe ad duo ſtagna aquæ ſalſæ, vicina inter ſe: ibique cùm ſe lauiſſet, ac refectum cibo cum apium quoque, quod tunc vice menſæ ſubſtratum fuerat, conſumpſiſſet, exiſtimantem procul dubio illa eſſe duo maria, quod in illis ſtagnis aquæ marinæ ſpecies eſſet, menſaſque, quæ erant ex ſtramine apii comeſtas; vrbem in eo loco condidiſſe, eamque quòd in ſtagno lauerit, Lauinium cognominaſſe. Tum deinde à Latino rege Aboriginum, data ei, quæ incoleret, iugera quingenta: at Cato in origine generis Romani ita docet: Suem triginta porculos peperiſſe in eo loco vbi nunc eſt Lauinium: cumque Æneas ibi vrbem condere conſtituiſſet, propterque agri ſterilitatem metueret; per quietem ei viſa deorum Penatum ſimulacra, adhortantium vt perſeueraret in condenda vrbe quam cœperat: nam poſt annos totidem, quot fœtus illius ſuis eſſent, Troianos in loca fertilia atque vberiorem agrum tranſmigraturos, & vrbem clariſſimi nominis in Italia condituros. Igitur Latinum Aboriginum regem, cùm ei nunciatum eſſet, multitudinem aduenarum claſſe aduectam, occupauiſſe agrum Laurentem: aduerſum ſubitos inopinatoſque hoſtes incunctanter ſuas copias eduxiſſe: Ac prius quàm ſignum dimicandi daret, animaduertiſſe Troianos militariter inſtructos: cùm ſui lapidibus ac ſudibus armati, tum etiam veſte aut pellibus, quæ eis integumento erant, ſiniſtris manibus inuolutis, proceſſiſſent: itaque ſuſpenſo certamine per colloquium inquiſito, qui eſſent, quidve peterent: vtpote qui in hoc conſilium auctoritate numinum cogebatur: namque extis ac ſomniis ſæpe ammonitus erat, tutiorem ſe aduerſum hoſtes fore, ſi copias ſuas cum aduenis coniunxiſſet. Cumque cognouiſſet Aeneam & Anchiſen bello* patrio pulſos, cum ſimulacris Deorum erran- *f. patria.
tes ſedem quærere; amicitiam fœdere iniſſe, dato inuicem iureiurando, vt communes quoque hoſtes, amicoſve haberent. Itaque cœptum à Troianis muniri locum, quem Aeneas ex nomine vxoris ſuæ, Latini regis filiæ, quæ iam ante deſponſata Turno Herdonio fuerat, Lauinium cognominauit: At verò Amatam Latini Regis vxorem, cùm indignè ferret, Lauiniam, repudiato Turno conſobrino ſuo, Troiano aduenæ collocatam; Turnum ad arma concitauiſſe, eumque mox coacto Rutulorum exercitu, tetendiſſe in agrum Laurentem, & aduerſus eum Latinum pariter cum Aenea progreſſum, inter prœliantes cir-

cumuentum occisumq;. Nec tamen amisso socero Æneas Rutulis obsistere desiit, namque & Turnum interemit. Hostibus fusis fugatisque victor, Lauinium se cum suis recepit, consensuque omnium Latinorum Rex declaratus est: vt scribit Lucatius lib. III. Piso quidem Turnum matruelem Amatæ fuisse tradit: interfectoque Latino, mortem ipsam sibimet consciuisse. Igitur Æneam occiso Turno, rerum potitum cum adhuc irarum memor Rutulos bello persequi instituisset, illis sibi ex Etruria auxilium Mezentii Regis Agillæorum adsciuisse, ac implorauisse, pollicitos si victoria parta foret, omnia quæ Latinorum essent, Mezentio cessura. Tunc Æneam quod copiis inferior erat, multis rebus, quæ necessario tuendæ erant, in vrbem comportatis, castra sub Lauinio collocasse: præpositoque his filio Euryleone ipsum electo ad dimicandum tempore, copias in aciem produxisse, circa * Numici fluminis stagnum: vbi cum acerrime dimicaretur, subitis turbinibus infuscato aere, repente cælo tantum imbrium effusum, tonitrubus etiam consecutis, flammarumq; fulgoribus, vt omnium non oculi modo præstinguerentur, verumetiam mentes quoque confusæ essent: cumque vniuersos vtriusque partis dirimendi prœlia cupiditas inesset, nihilominus in illa tempestatis subitæ confusione interceptum Æneam, nusquam deinde comparuisse. Traditur autem non prouiso quod propinquus flumini esset, ripa depulsus, forte in fluuium decidisse, atque ita prælium diremtum: dein post apertis fugatisque nubibus cum serena facies effulsisset, creditum est viuum eum cælo absumtum. Idemq; tamen post ab Ascanio, & quibusdam aliis visus affirmatur super Numici ripam, eo habitu armisque quibus in prælium processerat. Quæ res immortalitatis eius famam confirmauit. Itaque illi eo loco templum consecratum, appellarique placuit, Patrem indigetem. Dein filius eius Ascanius, idem qui Euryleo, omnium Latinorum iudicio Rex appellatus. Igitur summam imperii Latinorum adeptus Ascanius, cum continuis præliis Mezentium persequi instituisset, filius eius Lausus collem Lauiniæ arcis occupauit. Cumque id oppidum circumfusis omnibus copiis regis teneretur, Latini legatos ad Mezentium miserunt sciscitatum, qua conditione in deditionem eos accipere vellet: cumque ille inter alia onerosa illud quoque adiiceret, vt omne vinum agri Latini aliquot annis sibi inferretur; consilio atque auctoritate Ascanii placuit ob libertatem mori potius, quam illo modo seruitutem subire. Itaque vino ex omni vindemia Ioui publice voto, consecratoque, Latini vrbe eruperunt; fusoque præsidio, interfectoque Lauso, Mezentium fugam facere coegerunt. Is postea per legatos amicitiam societatemque Latinorum impetrauit; vt docet Lucius Cæsar lib. I. Itemque Aulus Postumius in eo volumine quod de aduentu AEneæ conscripsit atque * dedit. Igitur Latini Ascanium ob insignem virtutem non solum Ioue ortum credide-

*al. Numici.

* f. edidit.

runt,

runt, sed etiam per diminutionem, declinato paululum nomine primo Iobum, dein postea Iulum appellarunt: à quo Iulia * filia manauit; vt scribunt Cæsar libro II. & Cato in Originibus. Interim Lauinia ab Ænea grauida relicta, metu, veluti insecuturi se Ascanii, in siluam profugit, ad magistratum patrii pecoris, Tyrrhum, ibique enixa est puerum, qui à loci qualitate Siluius est dictus. At vero vulgus Latinorum existimans clam ab Ascanio interfectam, magnam ei inuidiam conflauerat, vsq; eo, vt armis quoq; ei vim denunciaret. Tum Ascanius iureiurando se purgans, cum nihil apud eos proficeret, petita dilatione ad inquirendum, iram præsentem vulgi aliquantulum fregit; pollicitusque est, se ingentibus præmiis cumulaturum eum qui sibi Lauiniam inuestigasset: mox recuperatam cum filio in vrbem Lauinium reduxit, dilexitque honore materno. Quæ res rursum ei magnum fauorem populi conciliauit, vt scribunt Caius Cæsar, & Sex. Gellius in Origine gentis Romanæ. At vero alii tradunt, quod cum Ascanius ab vniuerso populo ad restituendam Lauiniam cogeretur, iuraretq; se neque scire vbi esset, Tyrrhum petito silentio in illa concionis frequentia professum indicium, si sibi, Lauiniæque, pueroque ex ea nato fides incolumitatis daretur; tumque eum accepta fide Lauiniam in vrbem cum filio reduxisse: Post hæc Ascanius completis in Lauinio triginta annis, recordatus nouæ vrbis condendæ tempus aduenisse ex numero porcorum, quos pepererat sus alba, circumspectis diligenter finitimis regionibus, speculatus montem editum qui nunc ab ea vrbe, quæ in eo condita est, Albanus nuncupatur, ciuitatem communit: eamque ex forma quod ita in longum porrecta est, Longam; ex colore suis Albam cognominauit. Cumque illuc simulacra Deorum Penatium transtulisset; postridie apud Lauinium apparuerunt: Rursusque relata Albam, appositisque custodibus nescio * quantis, se Lauinium in pristinam sedem identidem receperunt: Itaque tertio nemo ausus est amouere ea, vt scriptum est in Annali Pontificum IV. lib. Cincii & Cæsaris II. Tuberonis I. At Ascanius postquam excessisset è vita, inter Iulum filium eius, & Siluium Postumum, qui ex Lauinia genitus erat, de obtinendo imperio orta contentio est, cum dubitaretur an Æneæ filius, an nepos potior esset; permissa disceptatione eius rei * ab vniuersis Rex Siluius declaratus est. Eiusdem posteri omnes cognomento Siluii, vsque ad conditam Romam, Albæ regnauerunt: vt est scriptum Annalium pontificalium lib. IIII. Igitur regnante Latino Siluio Coloniæ deductæ sunt Præneste, Tibur, Gabii, Tusculum, Cora, Pometia, Locri, Crustumium, Camena, Ronillæ, ceteraque oppida circumquaque. Post eum regnauit Tiberius * Siluius, Siluii filius. Qui cum aduersus finitimos bellum inferentes copias eduxisset, inter prœliantes depulsus in Albulam flumen, deperiit; mutandique nominis extitit caus-

*f. familia

al. Tyrrheũ

* quatis. f. quatenus

* f. deest plebi, vel, nobilibus.

al. Tiberinus.

ſa:vt ſcribunt Lucius Cincius lib. I. Lucatius Cincius lib. III. Poſt eum regnauit * Aremulus Siluius: qui tantæ ſuperbiæ non aduerſum homines modo, ſed etiam Deos fuiſſe traditur; vt prædicaret ſe ſuperiorem eſſe ipſo Ioue; ac tonañte cælo militibus imperaret, vt telis clypeos quaterent: dictaretque clariorem ſonum ſe facere. Qui tamen præſenti affectus eſt pœna: nam fulmine ictus, ruptusque turbine in Albanum lacum præcipitatus eſt; vt ſcriptum eſt Annalium Lib. VI. & Epitomarum Piſonis II. Aufidius ſane in Epitomis, & Domitius lib. I. non fulmine ictum, ſed terræmotu prolapſum, ſimul cum eo Regiam in Albanum lacum tradunt. Poſt illum regnauit Auentinus Siluius: iſque finitimis bellum inferentibus in dimicando circumuentus, ab hoſtibus proſtratus eſt: ac ſepultus circa radices montis, cui ex ſe nomen dedit, vt ſcribit Iulius Cæſar lib. II. Poſt eum Siluius Procas rex Albanorum, duos filios Numitorem & Amulium æquis partibus hæredes inſtituit. Tum Amulius in vna parte regnum tantummodo, in altera totius patrimonii ſummam atque omnem paternorum bonorum ſubſtantiam poſuit, fratrique Numitori, qui maior natu erat, optionem dedit, vt ex his, vtrum mallet, eligeret. Numitor cum priuatum omne cum facultatibus regno prætuliſſet; Amulius regnum obtinuit: Quod vt firmiſſime poſſideret, Numitoris fratris ſui filium in venando interimendum curauit: Tum etiam Rheam Siluiam eius ſororem ſacerdotem Veſtæ fieri iuſſit, ſimulato ſomnio quo ammonitus ab eadem Dea eſſet, vt id fieret: cum re vera ita faciundum ſibi exiſtimaret: periculoſum ducens, ne quis ex ea naſceretur, qui auitas perſequeretur iniurias: vt ſcribit Valerius Antias lib. I. At vero Marcus Octauius, & Licinius Macer tradunt Amulium patruum Rheæ ſacerdotis, amore eius captum, nubilo cælo obſcuroque aere, cum primum illuceſcere cæpiſſet, in vſum ſacrorum aquam petenti inſidiatum, in luco Martis compreſſiſſe eam: tum exactis menſibus geminos editos. Quod cum comperiſſet celandi facti gratia per ſcelus concepti; necari iuſſit ſacerdotem; partum ſibi exhiberi: Tumque Numitorem ſpe futurorum, quod hi ſi adoleuiſſent, iniuriarum ſuarum quandoque vltores futuri eſſent, alios pro eis ſubdidiſſe, illoſque ſuos veros nepotes Fauſtulo paſtorum magiſtro dediſſe nutriendos. At vero Fabius Pictor lib. I. & Vennonnius ſolito, inſtitutoque egreſſam virginem, in vſum ſacrorum aquam petitum ex eo fonte qui erat in luco Martis, ſubito imbribus tonitrubusque, quæ cum illa erant, diſiectis, à Marte compreſſam; conturbatamque: mox recreatam conſolatione Dei, nomen ſuum indicantis, affirmantisque ex ea natos dignos patre euaſuros. Primum igitur Amulius Rex, vt comperit Rheam Siluiam ſacerdotem peperiſſe geminos, protinus imperauit deportari ad aquam profluentem, atque eo abiici. Tum illi, quibus id imperatum erat, impoſitos alueo pueros, circa radices montis Palatii in Tiberim, qui tum magnis imbribus ſtagnauerat, abiece-

* alii Remulum appellãt. Romulum Liuius.

abiecerunt: eiusque regionis subulcus Faustulus, speculatus exponentes, vt vidit relabente flumine alueum, in quo pueri erant, obhæsisse ad arborem fici, puerorumque vagitu lupam excitam, quæ repente exierat; primo lambitu eos detersisse, dein leuandorum vberum gratia mammas præbuisse; descendit ac sustulit, nutriendosque Accæ Larentiæ, vxori suæ dedit: vt scribunt Ennius lib. 1. & Cæsar. 11. Addunt quidam Faustulo inspectante, picum quoque aduolasse, & ore pleno cibum pueris ingessisse: Inde videlicet lupum picumque Martiæ tutelæ esse: arborem quoque illam, Ruminalem dictam, circa quam pueri abiecti erant; quod eius sub vmbra pecus acquiescens meridie ruminare sit solitum. At vero Valerius tradit, pueros ex Rhea Siluia natos Amulium regem Faustulo seruo necandos dedisse: sed eum à Numitore exoratum ne pueri necarentur, Accæ Larentiæ amicæ suæ nutriendos dedisse: quam mulierem, eo quod pretio corpus esset vulgare solita, Lupam dictam. Notum quippe ita appellari mulieres quæstum corpore facientes: vnde & eiusmodi loci in quibus hæ consistunt, Lupanaria dicta. Cum vero pueri liberalis disciplinæ capaces facti essent, Gabiis Græcarum Latinarumque litterarum ediscendarum gratia commoratos; Numitore auo clam omnia subministrante: itaque vt primum adoleuissent, Romulum indicio educatoris Faustuli comperto, qui sibi auus, quæ mater fuisset, quidque de ea factum esset; cum armatis pastoribus Albam protinus perrexisse, interfectoque Amulio Numitorem auum in regnum restitutum: Romulum autem à virium magnitudine appellatum: nam Græca lingua ῥώμην virtutem dici certum est: Alterum vero Remum dictum, videlicet à tarditate: quippe talis naturæ homines ab antiquis Remores dicti.

Igitur actis, quæ supra diximus, re diuina facta, eo in loco qui nunc Lupercal dicitur, ludibundi discurrerant, pellibus hostiarum occursantes quosque sibimet verberantes: vtque solemne sacrificium sibi, posterisque id esset, sanxerunt, separatimque suos appellauerunt, Remus Fabios; Romulus Quintilios: quorum vtrumque nomen etiamnum in sacris manet. At vero lib. 11. Pontificalium proditur, missos ab Amulio, qui Remum pecorum pastorem attraherent: cum non auderent ei vim afferre, opportunum tempus sibi ad insidiandum nactos, quod tum Romulus aberat, genus lusus simulasse, quinã eorum manibus post terga ligatis, lapidem quo lana pensitari solebat mordicus sublatũ, quam longissime perferret. Tum Remũ fiducia virium in Auentinũ vsque se perlaturum spopondisse: dein postquam vinciri se passus est, Albam abstractum. Quod postquam Romulus comperisset, coacta pastorum manu, eaq; in centenos homines distributa; perticas manipulis fœni varie formatis in summo iunctas, dedisse: quo facilius eo signo suum quisque ducẽ sequeretur. Vnde institutum vt postea milites qui eiusdẽ signi essent, Manipulares dicerentur. Itaq; ab eo oppresso Amulio, fratrem vinculis

liberatum, auum regno reſtitutum. Cùm igitur inter ſe Romulus & Remus de condenda vrbe tractarent, in qua ipſi pariter regnarent, Romuluſque locum, qui ſibi idoneus videretur, in monte Palatino deſignaret, Romamque appellari vellet: contraque item Remus in alio colle, qui aberat à palatio milibus quinque, eundemque locum ex ſuo nomine Remuriam appellaret, neque ea inter eos finiretur contentio, auo Numitore arbitro aſcito, placuit diſceptatores eius controuerſiæ immortales Deos ſumere; ita vt vtri eorum priori ſecunda auſpicia obueniſſent, vrbem conderet; eamque ex ſuo nomine nuncuparet, atque in ea regni ſummam teneret. Cumque auſpicaretur Romulus in palatio, Remus in Auentino, ſex vultures pariter volantes, à ſiniſtra Remo prius viſos: tumque ab eo miſſos qui Romulo nunciarent, ſibi iam data auſpicia, quibus condere vrbem iuberetur: itaque maturaret ád ſe venire. Cumque ad eum Romulus veniſſet, quæſiſſetque quænam illa auſpicia fuiſſent, dixiſſetq; ille, ſibi auſpicanti ſex vulturios ſimul apparuiſſe: at ego, inquit Romulus, iam tibi duodecim demonſtrabo: ac repentè duodecim vultures apparuiſſe, ſubſecuto cœli fulgore pariter tonitruque. Tum Romulus, Quid, inquit, Reme affirmas priora, cum præſentia intuearis? Remus poſtquam intellexit ſeſe regno fraudatum, multa, inquit, in hac vrbe temere ſperata atque præſumpta, feliciſſimè prouentura ſunt. At verò Licinius Macer lib.I. docet contentionis illius pernicioſum exitum fuiſſe, namq; ibidem obſiſtentes Remum & Fauſtulum interfectos. Contrà Equatius libr.I. In ea contentione non modò Remum non eſſe occiſum, ſed etiam vlterius à Romulo vixiſſe tradit. Sed horum omnium opinionibus diuerſis repugnat noſtræ memoriæ *proclamans hiſtoria* Liuiana, quæ teſtatur quòd auſpicatò Romulus ex ſuo nomine Romam vocauit: cumque muniret mœnibus, edixit, ne quis vallum tranſiliret: quod Remus irridens tranſiliuit, & à Celere Centurione rutro (vel raſtro) fertur occiſus. Romulus aſylum conueniſſet.

IN COM-

# IN COMMENT. DE ORIGINE VRBIS ROMÆ,

## AND. SCHOTTVS.

A NON dubito fore plerosque qui hæc Aurelii Victoris esse negabunt, eius qui concise Viros illustreis; copiosius vero atque elegantius Augustos pertractauit. Stylus enim non malus auctorũ index, repugnare videtur. Quoniam tamen in vet. codice M. S. eidem tribuuntur, quod Aurelii nomen & ἐπιγραφή, quam in Prolegomenis posui, libelli titulum præcederet, eademq; manuscripta omnia essent, & ante Historiam
B Augustam, *Secunda pars aurelii Victoris*; fidem meam liberare volui, & integrum, vt repperi, Victorem representare. Illud forte mouebit, quod initio T. Liuium vocet recentiorem; & *memoriæ nostræ proclamans historia*, inquit extremo. Atqui Constantii & Iuliani æqualis Victor; qui aliquot seculis à Liuio absunt. Deinde quem Victorem Afrum nominet, quæro an seipsum, more Græcorũ? vt Herodotus initio Historiæ. Sed de his docti iudicabũt. Cuius cuius tamẽ est fragmẽ-
C tũ, visum est nõ indignũ quod in manus hominũ veniret, propter & Vett. qui interciderunt, auctorũ reliquias hic inspersas, & Annalium Pontificum fragmenta: quæ omnia temporis iniuria deperdita quotidianis pene conuiciis efflagitant homines eruditi. Tum quia Virgilio illustrando erit: quare cum illo & Dionysii Halicarn. & Liuii libro I. diligens lector componet. Nihilo certe meliora sunt quæ falso Messallæ Coruini nomine circumferuntur, de progenie Octauiani Aug.
D & Donati titulo, vita Virgilii, Terentii, & de Comœdia Rhapsodiæ.

*Antiate*] P. Valerium forte intellegit, quem nescio quamobrem *Antiam* non *Antiatem* cognominari voluit. Meminit illius C. Plinius in præfat. Nat. hist. (tametsi Turneb. aliud subiiciat) Liuius, ceteri. nam de patria Verrii Flacci, Antias ne fuerit mihi N. L.

*Marco Varrone*] Sic vetus lib. sed ego *Licinio*
E *Macro* leg. putabam.

*Cælo & terra editos*] Qui illustre aliquod beneficium primo mortalium generi præstitissent, vt Cererem repertis & frugibus & agricultura ἀποθεώσει quadam homines illi consecrarunt, cæloque donarunt. quod inde originem traxisse, & tamquam numina cęlo delapsa mortalium bono, stulte crederent eorumq; parentes ignorarent; aut ex inopinato ipsi apparuissent. Tertull. Apologetico. Sed ne aliorum scrinia compilare videar, lege Eras. Chiliasten & Cæl. Rodog. lib. xx. F
cap. XXIIX. Illud addam ex eodem Tertull. libro: *Saturnum*, inquit, *quantum litteræ docent, neque Diodorus Græcus* (sic enim leg. alii docuerũt, non *Theodorus*) *aut Thallus: neque Cassius Seuerus aut Corn. Nepos, neque vllus commentator huiusmodi Antiquitatum, aliud quam hominem promulgarunt*. Quod Minutius Felix in Octauio exscripsit & Lactantius lib. I. ca. XIII. Diuinar. Institut. vt in Fragmentis Corn. Nepotis diximus.

*Nauiandi dicunt*] Aut deest vox, aut *nauiam* G
leg. qua de Festus Pompeius: *Nauia ex vno ligno exsculpto; vt nauis, quo vtuntur alueo in vindemia.* & Macrob. lib. I. Saturn. cap. VII. his gemina refert. *Ianus*, inquit, *cum Saturnum classe perfectum excepisset hospitio, & ab eo edoctus peritiam ruris, ferũ illũ & rudẽ ante fruges cognitas victũ in melius redegisset, regni eũ societate munerauit. Cum primus quoq; æra signaret, seruauit & in hoc Saturni reuerentiã, vt quoniã ille naui fuerat aduectus, ex vna quidem parte sui capitis effigies, ex altera vero nauis exprimeretur, quo Saturni memoriã etiã* H
*in posteros propagaret. Aues ita fuisse signatũ hodieq; intelligitur in aleæ lusu, cum pueri denarios in sublime iactantes, capita aut nauium, lusu teste vetustatis, exclamant.* Sic enim in m. ss. quatuor integre legi non *nauim*, testantur Pithoei fratres doctissimi. Hodieque in vsu est ille lusus: Galli vocant *iouer à croix au pile.* Ceterum de signato ære primum à Iano, vel, vt alii, à Saturno, Athenæus lib. XV. Plutarchus Problematis: Plinius lib. I
XXXIII. ca. III. Ouid. I. Fastor. & Lactantius lib. I. Diuin. Instit. De Quadrante Ratilo M. Terent. Varro lib. IV. de. L. L. & Festus Pompeius.

*Græca scil. appellatione*] ἀπὸ τοῦ ὄρους, à monte, quod montes ipsi incolerent. Dion. Halicarn. li. I. lege. igitur, *quæ illi* ὄρη *vocant*: vel: *qui illis oras faciunt.*

*Versibus quos olim*] Laudat Cicero hęc Enniana.

*---scripsere alii rem,*
*Versibus, quos olim Fauni vatesque canebant,* K
*Cum neq; Musarũ scopulos quisquã superarat,*
*Nec dicti studiosus erat---*

in Bruto, Oratore & lib. de Diuinatione, & Varro li. VI. de L. Lat. Quod. sequitur *inuium deum* corruptũ, pro *Inuum Deum*. T. Liuius li. I. *Pana Romani post Inuũ vocarunt*: & Seruius ad illud Virg. VI. Aen. *Pometios Castrumque Inui, Bolaniq; Coramque, Inuus*, inquit, *Latine appellatur, Græce* Πάν. *Item* ἐφιάλτης *Græce, Latine Incubus.*

Idem

A *Idem Faunus: Item Fatuus Fatuelis. Dicitur autem Inuus ab ineundo passim cum omnibus animalibus; vnde & Incubus dicitur.* Male quoque in vulg. Seruii exemplis *Inus* pro *Inuus* excusum.

*Euander Arcas*] Arcades se indigenas esse, non ad uenas, gloriari solebant: eaque caussa lunulas in calceis gestabant, antiquitatis insignia, quòd se cum luna natos iactarent, homines lunatici: Plutarchus ἐν αἰτίοις. Cicero pro Fundanio, quem Seruius in 2. Georgic. testem aduocat. B *Arcades se esse προσελήνους asserunt.* & Apollonius lib. IV. Argonaut.

Ἀρκάδες οἳ ἐ προπάροιθε σεληναίης ὑδέονται.

Ouidius I. Fast.

*Orta prior Luna (de se si creditur ipsi)*
*A magno tellus Arcade nomen habet.*
*Hinc fuit Euander*, cet.

*Recaranus quidam*] De Carano Heraclida, id est, posteritate Herculis, Alexandri Macedonis genere paterno, Liuius libro XLV. Plutarchus Alexandro, Solinus XV. cap. Polyhistoris, C Iustinus lib. VII. M. Velleius Paterculus lib. I. & Sudas. De *Recarano* verò nihil adhuc compertum habeo.

*Latronem quendam*] Virgil. VIII. Æn. nunc semiferum, nunc semihominem appellat, qui hic legendus.

*Pinarios dictos*] Mirum vocis *Potitiorum* originem non attulisse. Dubitari enim poteſt an à potiendo an à potando, ἀπὸ τῦ ποτίζειν, dicti. Illa D enim familia huic ministrare debebat. Vide Pet. Nannium Συμμίκτων lib. V. & de Appio Claudio Liuium lib. IX. Valerium Maximum libro I. cap. II. & Victorem nostrum de Viris Illustribus cap. 34.

*Quam opinionem sequi metuit*] Metuo ne & Harpyiarum vngues hunc locum cõtaminarint, cùm prius *maluit* legeretur: rectè, nam Virgiliana libr. VIII. Æneid. versu 193. cum iis, quæ ex annalibus Pontificum hic leguntur, gemina E sunt.

*At verò Lucatius*] Puto *Lutatio* per t legendum. Nihil tamen affirmo. Hoc tantum: videri corruptum hoc nomen in Seruio, qui Liuium falsò citat auctorem proditæ patriæ, ab Ænea & Antenore: cùm ille disertè in iis, quæ vulgò exstant libris affirmet in neutrum vetusto iure hospitii, & quia pacis reddendæque Helenæ semper auctores fuerant, sæuitum. Ea e- enim librariorum audacia semper fuit, vt quæ ipsi ignorarent, in notiora peruerterent, vt *Lu-* F *tatium* in *Liuium*, quod de illo ne fando quidem audiuissent.

*Cui Iulo cognomen*] Liuium & Virgilium secutus eundem Ascanium, & Iulum fuisse dicit. sic enim Poeta:

*Ascaniusque puer, cui nunc cognomen Iulo.*

Ouidius quoque binominem vocat Ascanium. Dionysius tamen, Eusebius, alii rectius Iulum Ascanii filium faciunt. Malè Liuius Siluium Ascanii filium appellat, cùm esset Æneæ postuma proles, vt Virgilius VI. Æneid. ait & Seruius. G Inf. tamen Victor tanquam sui oblitus, Iulum Ascanii filium nominat.

*Scrofam incientem*] Sic emendaui, pro. partui vicinam. In veter. codic. *intimentem*, vnde *enitentem* primò diuinaram. Sed Festus Pompeius libr. de verborum significat. VII. extremo, nos manu duxit. *Grauida est*, inquit, *quæ iam grauatur conceptu: Pregnans velut occupata in generando, quod conceperit: Inciens propinqua partui quòd incitatus sit fœtus eius.* H

*Suem* XXX. *porcos*] Libet elegans Cassii fragment. è Diomede I. Grammat. proferre: *Grundiles lares a Grundio antiquo verbo dictos accepimus, quos Romulus constituisse dicitur in honorem Scrofæ, quæ triginta pepererat porcos. Hoc ita esse affirmat Cassius Historia* II. *Pastorum vulgus sine contentione consentiendo præfecerant æqualiter imperio Remum & Romulum, ita vt de regno pares inter se essent, monstrum fit sus: parit porcos triginta, cui rei fecerunt Laribus grundiles.* I Vide & Nonium Marcell. *Grundire.*

*Amata Latini Regis*] Sic & virgo Vestalis à Pontific. Maximo capta appellari solet, quoniam, quæ prima capta est, hoc nomine fuisse traditum est. Agellius libro I. cap. XII. Noct. Atticarum.

*Mezentii Regis Agyllæorum*] Liuius: *Ad Mezentium Etruscorum regem confugiunt, qui Cere opulento tum oppido imperitans*, cet. Vrbs enim eadem *Agilla* à Catone & *Care*, facta vo- K ce de χαῖρε appellabatur, teste Seruio in VIII. Æneidos, qui historiam narrat, vt & Strabo. Hinc Cæritum tabulæ, de quibus Agellius libr. XVI. 13. & Asconius in Diuin. Vnde colligere est aut aliter olim diphthongum *Ai* pronunciari solitam; aut non rectè hodie Græcæ linguæ pronunciationem restitui, vel literæ, quæ scribuntur, eædem omnes clarè distinctæque efferantur: quod tamen probo: non rectè enim *ai* cum *e* sono confunditur. L

*Circa Numicii flu.*] *Numicii* scribendum hic, & pòst paullo videtur. *Numicius* enim à Plinio libro III. cap. quinto, & Ouidius Metamorph. fluuius ille vocatur. Ab Halicarnasseo ποταμὸς Νομίκιος, cuius mediam syllabam *mi* Horatius epistola XV. II. præter Gram. legem corripuit, quam alibi idem extendit,

*Brundisium Numici melius via ducat an Appi.*

*Præstinguerentur*] Malo quàm *perstringe-* M *rentur*. tametsi hanc vocem cum illa frequenter scioli commutarint; Proprietatis credo ignoratione exsulauit hactenus, nunc à variis in veterem possessionem ex Asconio restituta. Lucret.

*Perstrinxit stellas exortus vti ætherius Sol.*

*Patrem indigetem*] Qui indigetes dii dicantur. Seruius in duodecimo Æneid. & Sext. Pompeius.

*Lucius Cæsar*] Post paullo *Caius Cæsar*, & infr. *Iulius* nominatur: quare vereor, vt recte

A vt rectè habeat ſcripta lectio, legendumque ſit *Iulius Cæſar*. Certè procliuis error, traductis non-nihil literis pæne iiſdem. Et verò C. Iulium Cæſarem Auguralium libros ſcripſiſſe inter doctos conuenit, laudatos à Priſ. lib. VI. & VIII. Gramm. Auſpiciorum ſextum decimum Macrobius I. Saturn. citat, & Pontificalium libros auctor noſter ſup. quos, licet nõ nominet, perpetuò citari puto.

*Coloniæ deductæ*] qui *priſci Latini* dicti ſunt, inquit Liuius. de Preneſte & Pometia dixi in No-
B tis Illuſtrium.

*Fratris ſui filium*] *Egeſtum* Halicarn. Plutarch. *Ænitum* in parall. num. *69*. Eutropius *Sergeſtum* appellat, alii etiam *Lauſum*.

*Necari ſacerd. iuſſit*] Quidam viuam humi defoſſam aiunt, vt Veſtales delinquentes ſolent. Vide Plutarch. probl. *96*.

*Impoſitos alueo pueros*] Liuius fluitante alueo expoſitos pueros dicit, quem pro nauigio rudi capit Gyraldus, nam Plutarch. in Romulo ſca-
C pham vocat.

*Accæ Larentiæ*] In M.S. conſtanter *accelerantiæ*: emendaui *Accæ Larentiæ* tranſpoſitis litteris, quod propius abeſt à ſcripta lectione, quã quod in vulg. ferè *Accæ Laurentiæ*.

*Ruminalem dictam*] Huius fici meminit Cornelius Tacitus XIII. Annali extremò. De Lupà eadem in Euſebii Chronicis leguntur.

*Eaq; in centenos hom.*] contrà Liuius: *Non cum globo iuuenum (nec enim erat ad vim apertam par) ſed aliis alio itinere miſſis certo tempore ad regiam venere paſtoribus.* cet. D

*Remuriam appellaret*] Ennius apud Cicer. I. de diuinat.

*Certabant vrbem Romam Remuramne vocarent:*
*Omnis cura viris vter eſſet Induperator.*

*Ne quis vallum tranſſiliret*] Liuii verba ſunt: *Vulgatior fama eſt ludibrio fratris Remum nouos tranſiluiſſe muros: inde ab irato Romulo interfectum.* quomodo melius legi quàm *tranſſiliuiſſe* E
Diomedes I. Gramm. admonuit. Muros tamen non rectè appellat, cùm Tarquinius Priſcus, primus vrbem muro lapideo cinxerit; niſi muri fundamentum & deſignationem aratro factam intellegas. Illud non prætermittendũ primum Virorum illuſtrium cap. de Proca in M.S. affuiſſe; ſequebatur enim perpetua ſerie *Romulus aſylum conuenis*. nam vulgatæ edit. illa de origine vrbis, hinc concinnata. Nunc Ioannis Metelli ſententiam pridem promiſſam de huius opuſculi Viro- F
rumq; illuſtrium Rom. auctore audiamus.

# IOAN. METELLVS SEQVANVS STEPHANO PYGHIO S. D.

ACCEPI *à Clariß. Viro Cornelio Vaeto Gandauo antiquißimum ſcriptum Codicem. Continet* Illuſtr. Virorum vitas, *quæ Plinii titulo circumferuntur, &* Victoris Aurelii Hiſtoriæ abbreuiatæ, *inquit*, ab Auguſto Octauiano; id eſt, à fine T. Liuii vſq; ad conſulatum decimum Conſtantii Auguſti & Iuliani tertium; *de Cæſarib. libellum. Ille Plinii, nullius adſcriptum nomen habet: vnde & in ſuſpicionem venio, cum de eo quidam dubitent, (nõ deſunt enim, qui eum Suetonio tribuant) vt* Aſconii Pediani *eſſe cenſeam, non* Cornelii, *vt alii volunt*, Nepotis. *Eſt editio tertia parte completior. Initium facit ab origine vrbis Rom. & finis ſic habet.* Expliciunt nomina Principum Rom. *Quamobrem hanc inſcriptionem indidi:* Q. ASCONI PEDIANI PATAVINI, DE ORIGINE PRINCIPIBVSQ. GENTIS LIBER. *Dicitur in eius anonymo titulo collectus & digeſtus, à quo vero non ſcribitur:* nimirum ex Verrio Flacco, Veratio, Fabio Pictore, Licinio, Varrone, Cæſare, Tuberone, & omni priſcorum hiſtoria. Proinde, *inquit*, vt quiſq; Neotericorũ aſſeuerauit, hoc eſt Liuius, & Victor Afer. *Victorem addit, non propter hunc librum: ſed propter* Aurel. Victorem, *de quo diximus, qui huius hiſtoriam, quæ deſinit in Antonio & Cleopatra continuauit, inde in Iuliani Conſulatum tertium. Hi auctores laudantur hoc libro omnes, præter Varronem, Flaccum, Veratiumq;, nec non Victorem Afrum. At vltra illos, etiam nominatim afferuntur, Ennius, Caßius, Pontificaliũ libri, Alexander Epheſius de bello Marſico, Lutatius, Vulcatius, Acilius Piſo, Sempronius, Domitius, Octauius, nec non Cato de origine generis humani, A. Poſtumius de aduentu Æneæ, Aufidii epitome, Vennonius, Annius, Sex. Gellius in origine gentis Rom. Qui libri non exſtant. Ex his quos habemus, adducuntur, Virgilius ſæpenumero, Salluſtius, Plautus, Homerus, ac Liuius. Nullus autem horũ omnium (ni fallor) poſt Aſconium dixit. Atq; hæc tantum priore libri parte, hoc eſt, ea, quæ originem vrbis Rom. ſiue auctores & principes, Rom. generis conditores, qui ante conſtitutã remp. fuere, deſcribit. Nam ea parte libri, quæ edita eſt, quæ habet principes generis Rom.*

Excepto tamen Victore Afro, qui ſub Iuliano vixit.

qui post remp. fundatam exstiterunt, nullius omnino liber, neq; in Victoris epitoma refertur. Cur
vero credam, hunc de Viris Illustrib. librum esse Asconii, moueor, quod paulo post eius initium sic
scribit: Quare autẽ addidit Tytvs (de Virgilio nimirũ loquitur) suo loco plenissime ad-
notauimus in cõmentatione, quam occepimus scribere, cognita ex eo libro, qui in-
scriptus est, de Origine Patauina. Erat n. Patauinus Asconius, ita vt coniectura sit eum po-
tius, quàm alium suæ gentis originem scripsisse, quo eam illustraret, & suis gratum faceret. At ve-
ro quæ de origine vrbis, sic quoq; cõmentationem edidisse. quod & antiquitatis perscrutandæ
non solum esset studiosissimus, verùm etiam scientissimus. Id quod ex eius in Ciceronẽ fragmen-
tis luce clarius est. Quæ si quis, cum hoc libro conferet: equidem, agnoscet par in ea emendanda
studium, & similis quædam scribendi, illi & huic consuetudo, siue dictionẽ spectes, siue quid ex-
cutiendi rationem, inest & elucet. Eadem & inscriptio. Commentationes enim, appellat suas
in Cic. explicationes. Efficitur præterea vt Asconium huius de Viris illust. libri auctorem esse
putem, quod Liuium in eo æqualem scribit. Sed horũ, inquit, opinionibus omnium diuer-
sis repugnat nostræ memoriæ proclamans historia Liuiana, quæ testatur, quod au-
spicato Romulus ex suo nomine Romam vocauit. Et pro Cornelio. Sunt, inquit, tamen
qui eundẽ illum duorum numerum, quem Cicero, ponant. Inter quos Tuditanus
& Pomponius Atticus, Liuiusq; noster. Tum etiã quod in hoc de origine, principibusq;
Rom. libello, quemadmodum & illis, quæ supersunt, in Ciceronem fragmentis frequenter ad-
modũ Virgilii testimoniis vtitur cum quid astruit, & vtrobiq; nonnunquam nostrum appel-
lat. Fuit enim Asconius adeo Virgilii studiosus, vt librũ contra Virgilii obtrectatores, quem-
admodum in vita eiusdem Virgilii Ti. Claudius Donatus adfert, ediderit. Nam Octauium Aui-
tum & Poetilium Faustinum furta Virgilii, vnde videlicet quæ 3 carmina surriperentur, notas-
Asconii ætas. se, Seruius refert. Asconium itaq; Neronis tempore, vixisse Eusebius ait, eiq; Fabius Lat. linguæ
cultum & auctoritatem attribuit: Plinius vero inter auctores suos eum enumerat. Ætatem ad
annum octogesimum quintum perduxit, adeo vt Virgilio notus esse potuerit & Liuio. Quæ cum
ita sint, his fere coniecturis quinq;, quas summatim repeto, adducor, vt auctorem huius libri de
1. Viris Illustrib. & origine vrbis Asconium faciam. Primo quia sub initium capitis 1. auctor li-
bri scribit in hæc verba: Quare autẽ addidit Tytvs (de Virg. loquitur) suo loco plenissi-
mè adnotauimus in commentatione, quam occœpimus scribere, cognita ex eo lib.
qui inscriptus est, de origine Patauina. Ita cum eum librum de origine Patauina scripse-
rit, potuit, & dum eam scriberet, vnà scribere de Origine gentis Rom. quod sit prope eiusdem ar-
gumenti. Saltem affinis propter Æneam, à quo vrbs initium duxit suum, vel non dissimilis qui-
dem. De Patauina vero origine Asconium potius, quàm alium quemuis scripsisse ideo sit veri-
simile, quia Patauinus esset, quo suæ gentis historiam illustrans, gratum iis faceret. At si Asco-
nius eius de origine Patauina libri est auctor, necessariũ est fateri ex his proximis superiorib.
2. verbis, eum huius auctorẽ esse libri. Secundo probatur à pari in genere eodem scribendi diligen-
tia. Asconio enim consuetum fuit antiquitatis historiam perscrutari potissimum, vti ex eius
in Ciceronem fragmentis constat. In aliis eius libris generalis argumenti particulares cõmenta-
tiones historicas discutiendi tractandiq; persimili cum libro nostro consuetudine ac diligentia:
neq; leuiter, sed expensis variis auctorũ de iis, vt his sententiis. Cuius antiquitatis fuit omnium
sui temporis & doctissimus & diligentissimus: ita vt loca obscura propter ignorantiam antiqui-
tatis abstrusa difficillima explicaret. Id enim ipsius est præcipuum, nempe summa diligentia ex
variis auctorib. reconditas historias eruere intelligendo Ciceroni, quod ex parte in Virgilio fe-
cisse, vt in Cicerone ex hoc superiore loco, quo clara faceret duo Latinæ linguæ lumina credendũ.
Indicatis in iis illis historiis, quæ incognitæ illos aliquibus locis redderent non intellectos, imo im-
peditos tot etiam, vt historiæ veritas elucesceret. Atq; vti his cõmentationem suam illam ille
nominat, & illa quoq; in Ciceronẽ sua Commentaria, ipse Commentationes (sic enim in ve-
3. tustis libris legitur) vocat. Tertio non solum antiquitatẽ in specie enodandi studium & consue-
tudo, Asconium huius auctorẽ esse libri verisimiliter probat: sed etiam par eius scribendi cum
hoc libro stylus, si quis diligenter attenderit. Quanquam necesse est dissimilitudinem esse quan-
dam in nonnallis propter generis scribendi diuersitatẽ. Nam in fragmentis in Ciceronem etiam
Grammaticum agere cogitur: hic vero Historicum præcipue, quia vitas breuiter ex professo de-
scribit, non autẽ aliquem auctorem, puta poetam vel oratorem exponit. Sed tamen animaduerti
hoc li-

*hoc libro clausulas eum nō recte incipere ab his particulis,* At verò, Igitur, *id quod in fragmentis illis non obseruaui fieri, nisi illud tribuatur historiæ diuerso generi. At certe vti breuis illic est, & nihil in illis fragmentis, in dicendo redundat; ita hic quoq; & quædā verbā, quæ Ciceronianis fortè non placerent, vt hic vsurpat* veluti neotericus, *&c. atq; quosdam loquendi modos, qui delicatis aurib. duri videri poßint. Quarto, verisimile fit Asconium libri auctorē esse, quia hoc* 4.
*libro nullus citatur auctor posterior ætate Asconii, sed omnes ab eo citati, vel eius ætatem præcesserunt, vel ei certe contemporanei fuerunt. Eum præcesserunt, quos sup. enumerauimus, ei vero æqualis fuit Liuius, & eius quoq; ciuis nimirum Patauinus. forte etiam Virgilium videre potuit. Atqui de Liuio constat. Nam hoc lib. cap. de Roma condita:* Sed horum, *inquit*, opinionib. omnium diuersis repugnat nostræ memoriæ proclamans historia Liuiana, quæ testatur, *&c. At idem in Ciceronis fragmentis Liuium appellat* nostrum, *vti hic. Vnde merito conticere liceat Asconium & hic esse, qui suum & hic Liuium vel memoria sua historiam conscripsisse. Porro eo tempore & Liuium & Virgiliū vixisse, quo floruit Asconius, docere poterunt Fabius & Eusebius, qui Asconii mentionē faciunt. Cum igitur Liuio is quàm familiarißimus fuerit, idq; hoc libro ostendat supra scriptis verbis, credi par est eum huius lib. & alterius* de origine Patauina *auctorem existere. Et quod ad Virgilium attinet, & hoc libro, & in Cic.* nostrum *etiam adpellat: videlicet cap. de Hercule Recarano:* Quam opinionem, *inquit*, sequi metuit noster Maro. *& cap. de Saturno:* Vsq; eo, *inquit*, vt etiam, cum aliis diis sacrificium, dato thure in altaria Iouis, prior nominetur, cognomento quoq; addito Pater, secundum quod noster sic intulit: *Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit arcem.*

*Quinto, auctorum quos hic liber citat, in testimonium rei quam probare velit, quosdam A-* 5.
*sconius etiam laudat in fragmentis in Cic. faciendæ fidei, maxime Liuium, quem* nostrū *adpellat. Et Virgilium, quem sæpißime citat, ac* nostrum *quoq; vocat: Ergo hæc eius vtrumq; sic & hoc loco, & fragmentis compellandi tanquam familiares & amicos non infrequens consuetudo, propemodū euincat ipsum auctorem huius lib. credi debere. Citat & Sallustium Plautumq; vt libet,* nostri *tamen omisso pronomine, adeo vt eo pronomine sibi Liuium ac Virgilium familiares amicitia cum iis contracta, & contemporaneos fuisse satis indicet: Non autem* nostros *eos dixeris ratione communionis studiorum, vel alias amoris quo eos non visos complecteretur.*

## AVCTORVM, QVI HIC LAVDANTVR, NOMINA.



## *RERVM SERIES.*

## *SERIES VIRORVM ILLVSTRIVM.*



*Accesserunt.*



DE VI-

# DE VIRIS ILLVSTRIBVS LIBER.

*Auctior & emendatior opera And. Schotti. ac breuibus* Notis *dein vberioribus illustratus.*

## PROCA REX ALBANORVM. 1

Proca rex Albanorum Amulium, & Numitorem filios habuit, quibus regnum annuis vicibus habendum reliquit,[a] & vt alternis imperarent: sed Amulius fratri imperium non dedit: & vt eum sobole priuaret, Rheam Siluiam filiam eius, Vestæ sacerdotem præfecit, vt virginitate perpetua teneretur: quæ à Marte compressa, Romulum & Remum edidit.[b] Amulius ipsam in vincula [1] compegit: paruulos in Tiberim abiecit: quos aqua in sicco reliquit. Ad vagitum lupa accurrit, eósq; vberibus suis aluit: Mox Faustulus pastor collectos Accæ Laurentiæ coniugi educando [2] dedit. Qui posteà, Amulio interfecto, Numitori auo regnum [c] restituerunt: ipsi, pastoribus [3] coadunatis, ciuitatem condiderunt: [d] quam Romulus augurio victor, quòd ipse XII. Remus VI. vultures viderat, Romam vocauit. & vt eam prius legibus quàm mœnib. muniret, edixit ne quis vallũ transiliret: quod Remus irridens, transiluit,[4] & à Fabio [5] Celere Centurione rastro fertur occisus.

Anno A capta Troia.
[a] CCCXXCIX.
[b] CDXV.
[c] CDXXXII.
[d] *Olymp.* VII. *anno* I. *ex a.d.* XI. *Kal. Maii qui vrbis Natalis Palilia dictus.*

1. Sic loquitur Iustinus lib. XVI. hist. Plaut. Amphitruone, & Menæchmis, alibi.
2. Quidam libri vett. *Educandos tradit.*
3. Mediolan. codex, *adunatis pastoribus.*
4. Alii *transiliuit.* vide Diomed. 1. Gramm.
5. Manuscripti libri: & à Celere Centurione rutro fertur occisus. Varro περὶ ἀρχῆς. apud Noniũ. *Cui Celer Antipatri Stoici fili⁹ rutro caput displanat.*

## ROMVLVS ROMANORVM REX I. 2.

Romvlvs asylum conuenis [1] patefecit: & magno exercitu facto, quũ[a] videret coniugia deesse, per latos à finitimis ciuitatibus petiit. Quibus negatis, ludos Consualia [2] simulauit: ad quos cùm vtriusq; sextus multitudo[b] venisset, dato suis signo, virgines raptæ sunt: ex quibus quum vna pulcerrima cum magna omnium admiratione duceretur, Thalassio eam duci responsum. Quæ nuptiæ quia feliciter cesserunt, institutum est, vt omnibus nuptiis Thalassii nomen [3] inuocaretur. Quum feminas finitimorum Romani vi rapuissent, primi Ceninenses contra eos [c] bellum sumserunt. Aduersum quos Romulus processit, & exercitum eorum, ac ducem Acronem singulari prælio deuicit. Spolia opima Ioui Feretrio in[c] Capitolio consecrauit.[2] Sabini ob raptas bellũ aduersus Romanos sumserunt. Et quũ Romæ appropinquarent, Tarpeiam virginem nacti, quæ [3] aquæ caussa, sacrorum gratia, hauriendę descenderat, ei T. Tatius optionem muneris dedit, si exercitum suum in [4] Capitolium perduxisset: Illa petiit quod illi in sinistris manibus gerebant, videlicet anulos & armillas.

[a] I.
[b] IV.
[c] IV.

ANNO V.C. quibus dolosè repromissis, Sabinos in arcem perduxit, vbi T. Tatius scu- A
tis eam obrui præcepit. Nam & ea in læuis habuerant. Romulus aduersus
Tatium, qui montem Tarpeiũ tenebat, processit: & eo in loco, vbi nunc
Romanum forum est, pugnam conseruit: ibi Hostus Hostilius fortissi-
mè dimicans cecidit: cuius interitu consternati Romani, fugere cœpe-
runt. Tunc Romulus Ioui Statori ædem vouit, & exercitui⁵ seu sorte, seu
diuinitus restitit. Tunc raptæ in medium processerunt: & hinc patres, in-
d VIII. de coniuges deprecatæ, pacem conciliarunt Romulus fœdus d percussit, B
& Sabinos in vrbem recepit: populum à Curibus opido Sabinorũ Qui-
rites vocauit. Centum Senatores [6] ab ætate Patres appellauit. Tres equi-
tum centurias instituit, quas à suo nomine [7] Ramnenses, à T. Tatio Titi-
enses, à Lucumone Luceres appellauit. Plebem in triginta curias distri-
buit, easq; raptarum nomine appellauit. Quum apud Capreæ paludem
e XXXVII. exercitum lustraret, numquam e comparuit: Vnde inter Patres & popu- C
*Imperii* XXXVIII. lum seditione orta Iulius Proculus vir nobilis in contionem processit, &
iureiurando firmauit, Romulũ à se in colle Quirinali visum augustiore
forma, quum ad deos abiret: eundemq; præcipere, vt seditionibus absti-
nerent, virtutem colerent: futurum vt omnium gentium domini existe-
rent. Huius auctoritati creditum est: ædes in colle Quirinali Romulo cõ-
stituta, ipse pro Deo cultus, & Quirinus est appellatus.

1. *Nomen inuocaretur*] Vetus codex, *nomen iteretur*. versu seq. *τὸ vi* delendum M.SS. auctoritate. *Feretrius* autem vt per F. scribatur Analogia monet.

2. *Sabini*] M.SS. ampliores. *Antẽnates, Crustumini, Fidenates, Veientes. Sabini etiam ob rapt.*

3. *Aquæ caussa, sacrorum gratia*] alterutrum superat, & à glossa in contextum irrepsit, & rectè aruit à M.SS. Leg igitur, *quæ aqua, sacrorum gratia, haurienda*, vel *quæ aquæ, caussa sacrorum, haurienda*. Sic Sallust. Iugurth. Liuius lib. V. Vide Priscianum.

4. *in Capitolium*] *arcem* V.C. Nondum enim Capitolium erat. sed Prolepsis est historicis familiaris. D

5. M. SS. *exercitus seu forte, seu diu: restitit.* vel, *exercitum s.f.d. restituit.* Rectè sup. *Hostus Hostilius* leg.

6. *Centum Senatores à pietate Patres appell.* M. SS. Forte leg. *Centum Senatores ab ætat. à pietate Patres appell.* Vide Notas auctoris.

7. *Ramnes* habent V. lib. *Tasienses, à luci communione Luceres* & mox: *nominibus.* & inf. *ad Capra.* vul. codd. & *nusquam comparuit.* Melius. E

## NVMA POMPILIVS
### ROM. REX II.

3.

*interregnum ann. 1.* POST consecrationem Romuli, cùm [1] diu interregno seditiones o-
rirentur, Numa Pompilius Pomponii filius, Curibus opido Sabi-
a XLIV. norum accitus, cùm [2] adducentibus ciuibus Romam venisset, vt popu-
lum ferum religione molliret, sacra plurima instituit, ædem Vestæ fecit, F
virgines Vestales legit: Flamines tres, Dialem, Martialem. Quirinalem:
Salios Martis sacerdotes, quorum primus Præsul vocatur, XII. institu-
b XLII. it. Pontificem Maximum a creauit. Portas Iano gemino b ædificauit.
Annum in XII. menses distribuit, additis Ianuario, & Februario. Le-
ges quoque plurimas & vtiles: & omnia iussu Egeriæ nymphæ vxoris
suæ se facere simulans. Ob hanc tantam iustitiam bellum ei nemo intu-
c XDCI. lit. Morbo c solutus in Ianiculo sepultus est, vbi post multos d annos arti-
*Imp.* XLIII. cula cum libris à Terentio quodam [4] exarata. qui libri, quia leueis [5] quas-
d DLXXIII. dam sacrorum causas continebant, ex auctoritate Patrum cremati sunt.

*1. Cùm*

ANNO. C.V.

A 1. *Cum diu interr.*] Latinè dictum opportuit *diuturno*, vel *multa*. In M.S. opt. *cum diu interregnum esset, & seditiones*. Plutarch. tantum dissensiones ortas ait. Mox *Pompona* malim, quàm *Pomponii*.

2. *addicentibus auibus*] disertim M.SS.omn. Profectus autem consultis auibus. quanquam vulg. lectio ferri potest. Plauto Asinaria, *admittunt aues*. contra *Abdicunt. Impetritum, inauguratum est, quouis admittunt aues*. Vide notas.

3. *& vtiles*] Amplius lib.vett. *& vtiles tulit: omnia quæ gerebat iussu Egeriæ*, quos sequor.

4. *exarata*] M.S. *extracta*, nihil muto. significat enim arando effossam, erutámq; arcem. Sic in lege Numæ apud Festum: *Si quis terminum exarassit ipsus est boues sacri sunto*. Vtitur & Cic. 2. de Legib. Plinius, alii. Vide Plinium lib XIII. cap. XI. & August. lib. XVII. cap. XXXIV. Ciuitatis Dei, ex Varrone lib. V. Rerum Romanarum.

B 5. *quia leueis*] quid si *læuas*, id est, sinistras?

## TVLLVS HOSTILIVS ROM. REX III. 4.

TVLLVS Hostilius, quia[1] bonam operam aduersum Sabinos nauauerat, rex creatus, bellum Albanis indixit, quod trigeminorum[2] certamine finiuit.[a] Albam propter perfidiam ducis Metii Suffetii diruit. Albanos Romam transire iussit. Curiam Hostiliam constituit. Montem Cœ- (a. xxcv.)
C lium vrbi addidit. Et dum Numam Pompilium sacrificiis imitatur, Ioui Elicio litare non potuit, fulmine ictus cum regia[b] conflagrauit. Quum inter Romanos & Albanos bellum fuisset exortum ducibus Hostilio & Fufetio, placuit rem paucorum certamine finire. Erant apud Romanos trigemini Horatii, tres apud Albanos Curiatii, quibus fœdere icto concurrentibus statim duo Romanorum ceciderunt: tres Albanorum vulnerati. Vnus Horatius quanuis integer, quia tribus impar erat, fugam si- (b cxiii. Imp. xxxii.)
D mulauit: & singulos per interualla, vt vulnerum[3] erat dolor, interfecit. Et quum spoliis onustus rediret, sororem obuiam habuit: quæ viso paludamento sponsi sui. qui vnus ex Curiatiis erat, flere cœpit. frater eam occidit: qui[4] apud Duumuiros condemnatus, ad populum prouocauit: vbi patriis lacrymis condonatus, ab eo expiandi gratia sub tigillum missus, quod nunc quoq; viæ suppositum, Sororium appellatur. Metius Fufeti-
E us dux Albanorum, quum se inuidiosum apud ciueis videret, quod bellũ solo trigeminorum certamine finisset, vt rem corrigeret, Veientes & Fidenates aduersus Romanos incitauit. Ipse à Tullo in auxilium accersitus, aciem in collem subduxit, vt fortunam[5] belli experiretur, ac sequeretur. Quare Tullus intellecta, magna voce ait, illud suo iussu Metium facere. Qua re hostes territi, victique sunt. Postera die Metius quum ad gratulandum Tullo venisset, iussu ipsius quadrigis religatus, & in diuer-
F sa[6] distractus est.

1. *quia bonum*] ἀνιστορήτως Repugnat enim & historiæ & temporum rationi. Forte leg. *quia auus eius bonam operam*. Nam de Tullo Hostilio supra cap. II.

2. *certamine finiuit.*] Perturbata hæc videntur Io. Greionio eruditiss. viro, itaq; è Liuio concipienda: *certamine finiuit: nam cum apud Romanos Horatii apud Albanos trigemini essent Curiatii, ducibus Hostilio & Fufetio placuit*, &c. vsque ad finem cap. *in diuersa distractus est. Albam propter perfidiam ducis Metii diruit. Albanos*, &c. *cum regia conflagrauit*. Lector arbitrabitur.

3. *vt vuln. erat dolor*] Melius, *sinebat dolor*. M.SS. *vt vuln. patiebatur dolor, insequentes interfecit*.

4. *qui apud*] Forte, *Quare apud* & inf. *eáque re hostes territi*.

5. *vt fortunam sequeretur*] Tantum scripti lib. Reliqua à glossa sunt.

6. *distractus*] Varro de vita pop. Romani lib. I. *Metium Fufetium propter perfidiam interfecit pœne imperiosius quam humanius: Nam equis ad curriculum ex vtraque parte deligatum distraxit*. Verg. 6. Æneid. *Turbatis distraxit equis*, &c.

Anno. C.V.

## ANCVS MARCIVS ROM. REX. IV. 5. A

ANcvs Marcius Numę Pompilii ex filia nepos, æquitate & religione a CXVII. auo similis, Latinos bello [a] domuit. Auentinum [1] & Ianiculum mōteis vrbi addidit. Noua mœnia opido circundedit. Siluas ad vſum nauiū publicauit. Salinarum vectigal inſtituit. Carcerē primus ædificauit. Oſtiam b CXXVII. coloniam maritimis commeatibus opportunam in oſtia Tiberis [b] deduxit. Ius feciale, quo legati ad res repetendas vterentur, ab Æquiculis B tranſtulit: quod primus fertur [2] Heſus excogitaſſe. His rebus intra paucos dies confectis, immatura morte [c] præreptus, non potuit præſtare, qualem promiſerat, regem.

1. *Auentinum & Ianic.*] *Murcium & Ianic. Venus* apud Feſtum Pompeium.

2. *Heſus*] Iulius Paris in Epitoma lib. X. Vale- c CXXXVII. rii Max. *Sertorem Reſium* vocat: alii *Reſum*. Cæterū Imp. XXIV. ius feciale de rebus repetendis belloq; indicendo ad Numam refert Plutarch. Camillo.

3 *paucos dies*] *annos* potius Ennius: *Poſtquā lumina ſis oculis bonus Ancu' reliquit.* Idem II. Annal. de Oſtia colonia, apud Feſtum in *Quaſo*.

C

## L. TARQVINIVS PRISCVS, ROM. REX. V. 6.

LVcivs Tarquinius Priſcus [Lucumo, [1] Græci] Demarathi filius, Corinthi tyrannidem fugiens, in Etruriam commigrauit. Ipſe Lucumo dictus, vrbe Tarquiniis [2] progus, Romam petiit. Adueniendi aquila pileū ſuſtulit: & cūm altè ſubuolaſſet, repoſuit: Tanaquil [3] coniux, auguriorum perita, regnum ei portendi intellexit. Tarquinius pecunia & induſtria dignitatē, atq; etiam Anci regis familiaritatem conſequutus eſt: à quo tutor D liberis relictus, regnū intercepit, & ita adminiſtrauit, quaſi iure [4] adeptus fuiſſet. Centum [5] Patres in curiam legit, qui minorum gentium ſunt appellati. Equitum [6] centurias numero duplicauit: nomina mutare nō potuit, Accii Nauii auguris auctoritate deterritus, qui fidem artis ſuæ nouacula & cote firmauit. Latinos bello domuit, Circum maximum ædifica- a CLXXI. uit. Ludos magnos inſtituit. De Sabinis [a] & Priſcis Latinis triumphauit. E Murum lapideum vrbi circundedit. Filium XIII. annorū, quòd in prælio hoſtem percuſſiſſet, prætexta & bulla donauit, vnde hæc ingenuorū pue- b CLXXV. Imper. XXXVIII. rorum inſignia eſſe cœperunt. Pòſt ab Anci liberis, immiſſis percuſſoribus, per dolum [7] regno exutus eſt, & [b] interfectus.

1. *Lucumo Græci*] Locus ante hac mire corruptus circumferebatur: nunc ope M. SS. in integrum reſtitutus. *Lucius Tarqu. Priſcus Damarati Corinthii filius, eius qui Cypſeli tyrannidem fugiens in Etruriam commigrauit*, vel ſic *Damarati filius qui (Demeratus) Corintho tyrann. fugiens.* Liu. lib. I. Plin. lib. XXXV. ca. III. & Cic. V. Tuſcul. quæſt. Cætera in Notis auctoris.

2. *profugus*] Valer. lib. III. cap. VI. legendus, qui à Steph. Tighio eſt emendatus. M. SS. noſtri ſummo conſenſu, *profectus*. quod placet; de filio enim non de patre Demarato ſermo.

3. *Tanaquil.*] qua de, & Lucumonis ſignificatione, vide Auſonianas lectiones Ioſ. Scaligeri Europæ phœnicis.

4. *quaſi iure*] Sic de Seruio Tullio L. Annæus Florus, ſiue is Seneca eſt. Atqui Priſcus populi iuſſu, & patrum auctoritate, & auſpicato rex creatus eſt; nec erat regnum Roman. hæreditarium, quanuis Dionyſius ſic ſæpe vocet.

5. *Certum Patres*] Liuius: *Priſcus centum in Patres legit, qui deinde Minorum gentium ſunt appellati. Deinde*, id eſt, à L. Bruto, ex Tacito libro II. P. Pithœus libro II. Subſeciu. lect. cap. VII. F

6. *Equitum*] Perturbata hæc, quæ ſic è Liuio concinnanda. *Latinos bello domuit. Circū max. ædif. Ludos magnos inſtituit. Muro lapideo vrbem circundare paranti bellum Sabinum interuenit Equitum centurias, &c. de Latinis & Priſcis triumphauit. Filium XIII. ann. cæt.*

7. *regno exutus*] M. SS. aliquot. *regia exitus & interfectus eſt.* Ennius de Tanaquili. *Tarquinii corpus bona femina lauit & vnxit.*

SER-

## SERVIVS TVLLIVS REX VI. 7

ANNO.V.C.

A SERVIVS Tullius P.[1] Corniculani, & Ocrisiæ captiuæ filius, quum in domo Tarquinii Prisci educaretur, flammæ species caput eius amplexa est. Hoc viso Tanaquil summam ei dignitatem portendi intellexit, coniugi suasit, vt ita eum vt liberos suos educaret. Qui cùm adoleuisset gener à Tarquinio assumptus est. Et quum rex occisus esset, Tanaquil ex altiore loco ad populum despiciens, ait, *Priscum Tarquinium* B *graui quidem, sed non lethali vulnere accepto, petere vt interim dum conualescit, Seruio Tullio* [2] *audientes essent*. Seruius Tullius quasi precario regnare cœpit, sed rectè imperium administrauit. [3] Etruscos sæpè [a] domuit: collem Quirinalem & Viminalem & Exquilias vrbi addidit. Aggerem fossásque fecit. Populum in quatuor tribus distribuit, ac post plebi distribuit annonam, mensuras, pondera, classes, centuriásque constituit. [4] Latinorum populis persuasit, vti exemplo eorum, qui Dianæ Ephe- C siæ ædem fecissent, & ipsi ædem Dianæ in Auentino ædificarent. Quo effecto, bos [5] cuidam Latino miræ magnitudinis nata est. Responsum somnio datum, eum populum summam imperii habiturum, qui [6] prius bouem illam immolasset. Latinus bouem in Auentinum egit, & causam sacerdoti Romano exposuit. Ille callidus dixit, prius eum viuo flumine manus abluere debere. Latinus dum ad Tiberim descendit, sacerdos bouem immolauit. Ita imperium ciuibus, sibi gloriam facto consi- D lióque vendicauit. Seruius Tullius filiam alteram ferocem, mitem alteram habens, cùm [7] Tarquinii [ Superbi ] filios pari animo videret, vt omnium mentes, morum diuersitate leniret, ferocem miti, mitem feroci in matrimonium dedit. Sed mites seu fortè, seu fraude perierunt: feroces morum similitudo coniunxit. Statim Tarquinius Superbus à Tullia incitatus, aduocato Senatu regnum paternum repetere cœpit. Qua E re audita Seruius dum ad curiam properat, iussu Tarquinii gradibus deiectus, & domum refugiens [b] interfectus est. Tullia [statim] in forum properauit, & prima coniugem regem salutauit: à qua [8] iussa turba recedere, quum domum rediret, viso patris corpore, mulionem euitantem, super ipsum corpus carpentum agere præcepit: vnde vicus ille, Sceleratus dictus. Postea Tullia cum coniuge in exilium acta.

[a] CLXXXIX. CXXCII. CXXCVI.

[b] CCXIX. *Imp.* XLIV.

1. *P. Corniculari & Ocrisiæ*] *Tullii Corniculani* Liuius. Alii *Sp. Corniculani & Ocretiæ*. Vide Sex Pompeium dict. Nothum.

2. *audientes essent*] adde ex M.SS. dicto *audientes*.

3. *Etruscos*] Rursum perturbatus ordo, quem Io. Greionius sic reponendum putauit, Liuii auctoritatem secutus. *Etruscos sæpe domuit: populum in quatuor tribus distribuit classes centuriásque, mensuras, & pondera constituit. Collem Quirinalem & Viminalem, & Esquilias vrbi addidit: Aggerem fossásq; fecit ac post plebi distribuit annonã. Latinorũ populis*, &c. Nihil tamẽ mutuo fretus M.SS. libris.

F 4. *Latinorum pop.*] M.S. amplius: *Primus omnium censum ordinauit, qui adhuc per orbem terrarum incognitus erat. Latinorum populis*. Censum autem fecit A.V.C. CXXCVII.

5. *bos cuidam*] Vett. lib. Quo facto bos *quadam*, & Liuius Sabinum facit.

6. *qui prius*] M. SS. libri *cuius ciuis* quomodo & Liuius & mox, *callide dixit*. inf. quoq;, *Dum Latinus ad Tiberim*.

7. *Tarquinii Superbi filios*] τὸ *Superbi* abest à M.SS. & certè historiæ repugnat, nam *Priscus* intelligendus. Ex ora igitur in seriem irrepsit glossema. Nepotes autem Tarqu. Prisci Dionysius vocat. quo de elegans exstat Laur. Vallæ disputatio. Hinc factum vt quod Victor inf. *paternum regnũ*, L. Florus auitum vocet lib. 1. cap. 7.

8. *à qua*] Lege *à quo iussa è turba decedere*, vel *à quo missa turba discedens*. vtrumq; ex lib. M.SS. & sub. *statim* dele: redundat enim.

## TARQVINIVS SVPERBVS A
## ROM. REX VII. 8.

TARQVINIVS Superbus cognomen à moribus meruit. Occiso Ser-
uio Tullio, regnum scelestè occupauit. tamen bello strenuus, Lati-
nos Sabinósq; domuit: Suessam, Pometiam Etruscis [1] erupuit: Gabios per
Sextum filium, simulato transfugio, in potestatem redegit, & ferias Lati-
nas primus instituit. Lacus [2] in Circo, & cloacam maximam fecit, vbi to- B
tius populi viribus vsus est: vnde illæ fossæ, Quiritium sunt dictæ. Quum
a CCXLIV. Capitolium inciperet, caput hominis [a] inuenit: vnde cognitum est eam
vrbem caput gentium futuram. Et quum in obsidione Ardeæ filius eius
Lucretiæ stuprum intulisset, cum eo in exilium actus, ad Porsenam Etru-
b CCXLIV. riæ regem confugit: cuius ope regnum retinere tentauit. Pulsus [b] Cumas
Imper. XXV. Mor. CCLIX. concessit: vbi per summam ignominiam reliquum vitæ tempus exegit.

1 *Etruscis eripuit*] Immo. *Volscis*, auctore Liuio.
2. *Lacus*] *Locos*. M. S S. verè Liuius *foros* appellat Mox *Quiritium* leg.
3. *Regnum retinere*] Melius libb. vett. *recupe- C
rare*, & sup. *obsidio* semper præferunt. Vide Auctoris Notas hic & ad 17. & 74. cap.

## TARQVINIVS COLLATINVS, ET
## LVCRETIA VXOR. 9

TARQVINIVS Collatinus sorore Tarquinii Superbi genitus, in con-
tubernio iuuenum regiorum Ardeæ erat: vbi quum fortè in liberi- D
ore conuiuio coniugem suam vnusquisq; laudaret, placuit experiri. Itaq;
equis Romam petunt. Regias nurus in conuiuio & luxu deprehendunt:
exinde Collatiam petũt: Lucretiam inter ancillas in lanificio offendunt:
ita ea pudicissima iudicatur. Ad quam corrumpendam Tarquinius Sex-
tus nocte Collatiam rediit, & iure propinquitatis in domum Collatini
venit, & in cubiculum Lucretiæ irrupit, pudicitiam expugnauit. Illa po-
stero die aduocatis patre & coniuge rem exposuit, & se cultro, quem ve- E
ste texerat, occîdit. Illi in exitium Regum coniurarunt, eorúmque exsilio
necem Lucretiæ vindicarunt.

## IVNIVS BRVTVS I. ROMAN.
## CONSVL. 10

IVNIVS Brutus [1] sorore Tarquinii Superbi genitus, quum eandem for-
tunam timeret, in quam frater inciderat, qui ob diuitias & prudentiam F
fuerat ab auunculo occisus stultitiam finxit vnde Brutus dictus. Iuueni-
bus regiis Delphos euntibus ridiculi gratia comes adscitus, baculo sam-
buceo aurum infusum Deo donum tulit. Vbi responsum est, eum *Romæ
summam potestatem habiturum, qui primus matrem oscularetur*: ipse terram
osculatus est. Deinde propter Lucretiæ stuprum, cum Tricipitino & Col-
latino in exitium regum coniurauit. Quibus in exilium actis, primus
a CCXLV. consul [a] creatus filios suos [2] fratrisque, quòd cum Aquiliis & Vitelliis ad
recipiendum in vrbem Tarquinios coniurauerant, virgis cæsos securi
per-

 ANNO V. C.

A percuſſit. Deinde in prœlio, quod aduerſus eos gerebat, ſingulari certamine cum Arunte filio Tarquinii congreſſus[3] eſt, vbi ambo mutuis[b] vulneribus ceciderunt. Cuius corpore in foro poſitum, à collega laudatum, matronæ anno luxerunt. b CCXLV.

1 *Sorore Tarquinii*] Puto leg. *ſorore patris Tarquinii Superbi.* Erat enim Tarquinia Bruti mater amita Tarq. Superbi.

B 2 *Fratrísque*] de his apud quoſdam controuerſum. Eſt certè idem in Epiroma libro ſecundo T. Liuii, vbi Car. Sigonius *& ſororis* legendum cenſet.

3 *vbi ambo*] Sic emendo ex M. S S. Vulgati *ſe ambo mutuis vuln. occiderunt.*

## HORATIVS COCLES. 11

PORSENA rex Etruſcorum, cum Tarquinios in vrbem reſtituere[a] tentaret, & primo impetu Ianiculum cepiſſet, Horatius Cocles (illo cognomine, quòd in alio prœlio oculum amiſerat) pro ponte ſublicio C ſtetit, & aciem hoſtium[1] ſuſtinuit, donec pons à tergo interrumperetur, cum quo in Tiberim decidit, & armatus ad ſuos tranauit. Ob hoc ei tantum agri publicè datum eſt, quantum vno die[2] circumarari potuiſſet: ſtatua quoque ei in Vulcanali poſita. a CCXLVI.

1 *Suſtinuit*] *ſolus ſuſtinuit.* M.SS. & poſt paulò *tranſnauit*, ἀρχαϊκῶς

2 *Circumarari*] *arari* lib. vv. quod iugerum eſſet tantum.

D

## MVTIVS SCÆVOLA. 12

CVM Porſena rex vrbem[a] obſideret, Mutius [[1] Scæuula] Cordus, vir Romanæ conſtantiæ, Senatum adiit, veniam transfugiendi petiit, necem regis repromittens. Accepta poteſtate, in caſtra Porſenæ venit ibique purpuratum pro rege acceptus occidit. Apprehenſus & ad regem pertractus, dexteram aris impoſuit: hoc ſupplicii[2] à rea exigens, E quòd in cæde peccaſſet. Vnde quum miſericordia regis abſtraheretur, quaſi beneficium referens, ait, trecentos aduerſus eum ſimiles coniuraſſe. Qua re ille territus, bellum acceptis obſidibus[b] depoſuit. Mutio prata trans Tiberim data; ab eo Mutia appellata. Statua quoque ei honoris gratia conſtituta eſt. a CCXLVI. b CCXLVI.

1 *Scæuula*] Hic abeſt à M. S S. Rectè: pòſt enim ſic cognominatus.

2 *àrea*] ſcripti libri. Vide Martialem libro I. Epigramm.

F

## CLOELIA VIRGO. 13

PORSENA Clœliam virginem nobilem inter obſides[a] accepit: quæ deceptis cuſtodibus, noctu caſtris eius egreſſa, equum, quem ſors * dederat, arripuit, & Tiberim traiecit. A Porſena per legatos repetita, & reddita. Cuius ille virtutem admiratus, cum quibus optaſſet, in patriam redire permiſit. Illa virgines puerosque elegit, quorum ætatem iniuriæ obnoxiam ſciebat. Huic ſtatua equeſtris in foro poſita. a CCXLVI. * leg. *ſore* vt ſup. cap. II.

ANNO V. C.

## FABII TRECENTI SEX. 14. A

a CCLXXIV. ROMANI quum aduersum Veientes [a] bellarent, eos sibi hostes familia Fabiorum priuato nomine deposcit: & profecti trecenti sex duce Fabio Consule fuerunt. Quum sæpe victores exstitissent, apud Cremeram fluuium castra posuerunt: Veientes ad dolos conuersi, pecora ex aduerso in [1] conspectu illorum posuerunt, ad quæ progressi Fabii in insidias delapsi, ad [2] vnum occisione [b] perierunt. Dies, [3] quo id factum, inter nefastos relatus. Porta, qua profecti fuerunt, Scelerata est appellata. Vnus ex ea gente propter impuberem ætatem domi relictus genus propagauit ad Qu. Fabium Maximum, qui Hannibalem mora fregit, Cunctator ab obtrectatoribus dictus.

b CCLXXVI. (B)

1 *In conspectum eorum protulerunt*] Sic M. S S. Liuius libro secundo. *Secuti dedita opera passim ad illecebras propulsa pecora præcipitauere in insidias.*

2 *Et occisi ad vnum perierunt*] lib. vett.

3 *Dies*] a. d. X V. Kalend. Augusti, quo die & Aliensis pugna pugnata. Plutarchus Camillo. Liuius libro sexto. Porta autem Carmentalis est Dionysio Halicarnasseo & Ouidio secundo Fastorum. C

## L. VALERIVS PVBLICOLA. 15.

a CCXLV. LVCIVS Valerius Volusi filius, primùm [a] de Veientibus, iterum
b CCL. [2] de Sabin is, [b] tertiò de vtrisque gentibus triumphauit: hic quia, in D
c CCXLV. locum [3] Tricipitini collegæ [c] Consulem subrogauerat, & domum in Velia tutissimo loco habebat, in suspicionem regni affectati venit. Quo cognito apud populum questus quòd de se tale aliquid timuissent, immisit qui domum suam diruerent. Secures etiam fascibus demsit: eosq; in populi concione submisit. Legem de prouocatione à magistratibus
d CCLI. ad populum tulit: hinc [4] Poplicola dictus. [5] Quum [d] diem obiisset publicè sepultus, & annuo matronarum luctu honoratus est. E

1 *Lucius*] *Publius Valerius Volusi F.*] hic est Liuio. In Fastis Capitolinis & antiquitatibus L. appellationum.

2 *Iterum de Sabinis*] Frater eius is fuit. Affinitas nominis fefellit auctorem.

3 *Tricipitini*] Suspectum de mendo, vereor ne leg. sit *in locum Bruti collegæ*. Huiusmodi multa μνημονικὰ ἁμαρτήματα huic auctori cum aliis Racematoribus communia. Non propterea tamen reiiciendus. Pòst paullò, malim *non subrogauerat* legi ex Liuio, vel *nullum subrogauerat*.

4 *Poplicola*] Sic antiqui codices Marmora, & litterati ( vt Plautino verbo vtar ) lapp. scribunt, confirmaturque Liuii libro II. & III. auctoritate.

5 *Cùm diem obiisset*] Amplius M. S S. *Qui cùm quater Consul diem obiisset, adeo pauper exstitit, vt collectis à populo nummis, publicè sepultus sit, & annuus matronarum luctu honoratus.* F

## A. POSTVMIVS. 16.

a CCXLVII. TARQVINIVS [a] eiectus, ad Manilium Tusculanum generum
b CCLVII. suum confugit: qui quum Latio concitato Romanos grauiter [b] vrgeret, A. Postumius Dictator dictus, apud Rigilli lacum cum hostibus conflixit. Vbi quum victoria nutaret, magister equitum equis frænos detrahi iussit, vt irreuocabili impetu ferrentur: vbi & aciem Latino-

rum

A rum fuderunt, & castra ceperunt. Sed inter eos duo iuuenes candidis equis insigni virtute apparuerunt, quos Dictator quæsitos, vt dignis muneribus honoraret, non reperit. Castorem & Pollucem ratus, communi titulo dedicauit. ANNO V.C.

1 *Postumius*] Absque spiritu Fasti Capitolini, nummi librique veteres & Analogia à postumus pro postremus. Mox *Octauus Mamilius* B vocatur, nam Manilii plebei Romæ fuere.

2 ædem communi titulo v. c. Alii, *aras* addunt, neutrum necessario. Vide Sueton. Cæsare capite X. & XX.

## LVCIVS QVINTIVS CINCINNATVS. 17

LVCIVS Quintius Cincinnatus filium Cæsonem petulantissimum [1]abdicauit, qui & à [2]Censoribus notatus ad Volscos & Sabinos confugit, qui duce [3]Cælio Graccho bellum aduersum Romanos gerebant, C & Qu. Minutium Consulem in Algido monte obsidebant. Quintius [a] Dictator dictus: ad quem missi legati, nudum [4] eum arantem trans Tiberim offenderunt, qui insignibus sumptis Consulem obsidione liberauit. Quare à Minutio & eius exercitu obsidionali [5] corona donatus est. Vicit hosteis, ducem eorum in deditionem accepit, & [in] triumphi die ante currum egit. Sextodecimo die dictaturam, quam acceperat, deposuit, & ad agriculturam reuersus, iterum post [b] viginti annos D Dictator dictus, Spurium Melium regnum affectantem, à Seruilio Hala magistro equitum occîdi iussit. Domum eius solo æquauit: vnde locus ille Æquimelium dictus. a CCXCV.

1 *Abdicauit*] contra Liuium, & certè Abdicatio moribus Romanis incognita. l. Abdicatio. C. de patria potestate. Neque abdicauit filium Quintius, neque censores ea tempestate in E R. P. erant. Creati enim primum Anno V. C. CCCX. Abiit in exilium CCXCII. Liuius libro tertio. Dionysius X. *Kæso* autem in Fastis per K. pingitur, estque frequens in prænominibus.

2 *A censoribus*] Tribb. plebis. Liuius.

3 *Duce Cælio*] *Clœlio* M. SS. *Cluilius* Liuio est, Κοιλιὸς Dionysio.

4 *Nudum arantem*] Præceptum inde Vergilii I. Georgic.

*Nudus ara, sere nudus*---

ex illo Hesiodio:

Γυμνὸν σπείρειν, γυμνὸν δὲ βοωτεῖν, γυμνὸν δ' ἀμάειν.

Vide Persium Satyra 1. Ceterùm *L. Minucium* vocat Liuius.

5 *Obsidionali*] *aurea* addunt qu. libri, vt Liuius: quod intelligendum, vt præter obsidionalem gramineam, etiam auream acceperit Cincinnatus ad honorem triumphi. Inf. *Ahala* præferunt M. SS. & *Malium* cum diphthongo. Vide Cic. oratore.

## F MENENIVS AGRIPPA. 18

MENENIVS Agrippa cognomento Lanatus, dux electus aduersum [1] Sabinos, de iis [2] triumphauit. Et quum populus à Partibus [b] secessisset, quòd tributum & militiam toleraret, nec reuocari posset: Agrippa apud eum, *Olim*, inquit, *humani artus, quum ventrem otiosum* [3] *cernerent, ab eo discordarunt, & suum illi ministerium negauerunt. Cùm eo pacto & ipsi deficerent, intellexerunt ventrem acceptos cibos per omnia membra digerere: & cum eo in gratiam redierunt.* a CCL. b CCLX.

ANNO V. C. *Sic Senatus & populus quasi vnum corpus discordia pereunt : concordia valent.* A
Hac fabula populus regressus est. Creauit tamen Tribunos plebis, qui libertatem suam aduersum nobilitatis superbiam defenderent. Mene-
c CCLX. nius autem tanta paupertate [c] decessit, vt eum populus collatis, quadrantibus sepeliret, locum sepulchro Senatus publicè daret.

1 *Sabinos* ] Dionysius libro VI. Liuius verò aduersus Auruncos dicit.

2 *cernerent* ] vett. libb. *crederent* & post *disserere.* Inf. *sextantibus* elatum Liuius auctor est Victor *quadrantibus*. B

## CNEVS MARTIVS CORIOLANVS. 19.

a CCLX. CNEVS [1] Martius captis [a] Coriolis, vrbe Volscorum, Coriolanus dictus, ob egregia militiæ facinora à Posthumio optionem munerum accipiens, equum tantum & hospitem sumpsit, virtutis & pietatis C
b CCLXII. exemplum. Hic [b] Consul [2] graui annona aduectum è Sicilia [3] frumentum magno precio dandum populo curauit, vt hac iniuria plebs agros, non seditiones coleret. Ergò à [4] Tribuno plebis Decio die dicta, ad Vol-
c CCLXIV. scos [c] concessit, eosque duce [5] Accio Tullio aduersus Romanos concitauit, & ad quartum ab vrbe lapidem castra posuit. Quumque nullis ciuium legationibus flecteretur, à Veturia matre, & Volumnia vxore
d CCLXV. matronarum numero [6] comitata motus, omisso bello, vt proditor [d] oc- D
cisus est. Ibi templum [7] Fortunæ muliebri constitutum est.

1 *Caius Marcius* ] Plutarcho est, & Fastis: Mox *Postumus Cominius* eidem non *Postumius.*

2 *Consul* ] Imo Consulatus repulsam in petitione passus. Plutarch.

3 *frumentum* ] locus falsa interpunctione deprauatus circumfertur: legendum igitur vt edendum curaui, *frumentum, magno precio dandum pop. curauit.*

4 *Tribuno plebis Decio* ] *Sicinio.* Liuius & Plutarchus.

5 *Attio Tullio* ] *Tullo Attio.* vide notas A. S.

6 *comitatis* ] Scripti libb. & pòst *proditur,* sed nihil muto, auctore Plutarch.

7 *Fort. muliebri* ] Vide Plutar. extremo Co- E
riolano & de Fortuna Rom.

## C. LICINIVS STOLO. 20.

FABIVS Ambustus ex duabus filiis, alteram Licinio [1] Stoloni, alteram Aulo Sulpicio Patritio coniugem dedit: quarum plebeia quum sororem salutaret: cuius vir tribunus militum Consulari potestate erat, fasces lictorios foribus appositos indecenter expauit: à sorore irrisa, ma- F
a CCCLXXV. rito questa est, qui adiuuante socero, vt primùm Tribunatum plebis [a] aggressus est, legem tulit, vt alter Consul ex plebe crearetur. Lex, [2] resi-
b CCCLXXXVII stente Appio Claudio lata tamen. Et primus [3] Licinius Stolo [b] Consul factus, idem lege sanciuit, ne cui [4] plebeio plus centum iugera agri habere liceret. Et ipse quum iugera centum quinquaginta haberet, & altera emancipati filii nomine possideret, in iudicium vocatus, & primus omnium sua lege punitus est.

1 *Stoloni* ] adde ex M. S S. *plebeio,* alter *Seruius Sulpicius* Liuio est.

2 *resisten-*

A 2 *resistente tamen App. Claudio lata*] Vetus lectio. Restitit & Furius Camillus quartum Dictator Plutarch. Camillo extremo.

3 *Licin. Stolo*] imò *Lucius Sextius* primus è plebe Consul. Liuius.

4 *plebeio*] delendum videtur, legendumque ex historiæ veritate, *ne cui plus quinquaginta iugera agri--------cùm iug. quinquaginta hab. & altera emanc.* Quemadmodum Latine dicimus, *Alterum tantum* pro tantundem vel totidem, vt mille possedisse intelligas, vide Notas Andreæ Schotti. ANNO V. C.

## LVCIVS VIRGINIVS CENTVRIO. 21.

B POPVLVS Romanus, quum seditiosos magistratus ferre non posset, Decemuiros legibus scribendis [a] creauit, qui eas ex libris Solonis translatas, duodecim Tabulis exposuerunt. Sed quum pacto dominationis magistratum sibi prorogarent, vnus ex ipsis Appius Claudius Virginiam Virginii Centurionis filiam in Algido militantis adamauit: quam quum corrumpere non posset, clientem subornauit, qui eam in C seruitutem deposceret: facilè victurus, quum ipse esset accusator & iudex. Pater re cognita, quum ipso iudicii die superuenisset, & filiam iam addictam videret, vltimo eius alloquio impetrato, quum eam in secretum abduxisset, occidit: & corpus eius humero gerens ad exercitũ profugit, & milites ad vindicandum facinus accendit: qui [1] creatis decem Tribunis [b] Auentinum occuparunt. Decemuiros abdicare se magistratu D præceperunt, eosque omnes aut morte, aut exsilio punierunt. Appius Claudius in carcere necatus est.

a CCCII.

b CCCIV.

1 *qui creatis*] Melius ita concipienda: *qui Auentinum occuparunt, creatisq; decem Tribunis Decemuiros.* & mox, *coëgerunt* M. S S. rectius quàm *præceperunt*.

## ÆSCVLAPIVS ROMAM ADVECTVS. 22.

E ROMANI ob pestilentiam, responso monente, ad Æsculapium [1] Epidauro accersendum decem legatos, principe [2] Qu. Volumnio, [a] miserunt. Qui quum eò venissent & simulacrum ingens mirarentur, anguis è sedibus eius elapsus venerabilis, non horribilis, per mediam vrbem cum admiratione omnium ad nauem Romanorum perrexit, & se in Volumnii tabernaculo [3] conspirauit. Legati Deum vehentes, An- F tium profecti sunt: vbi [4] per mollitiem maris, anguis proximum Æsculapii fanum petiit, & post paucos dies ad nauim rediit: & quum aduerso Tiberi subueheretur, in primam syluam desiluit, vbi templum ei constitutum, & pestilentia mira celeritate sedata est.

a CDLXII.

1 *arcessendum*] Vetus scriptura librorum nostrorum, Grammaticis antiquis probata.

2 *Qu. Ogulnius Gallus* Valerio libro primo de miraculis, Fastis & M. S S. mox, *sedibus suis* dictum oportuit, vt litteratos de Reciprocis præcipiunt.

3 *conspirauit*] Virg. II. Georg.
*Squammeus in spiram tractum se colligit anguis.*
M. S S. tamen *constipauit* non sequor. Post lege *prouecti sunt*.

ANNO V. C.

4 *per mollitiem*] Expressit fortè *τὴν τῆς θαλάσσης μαλακίαν*, pro tranquillitate maris, à qua voce non abhorruerunt Cæsar Comm. III. belli Gall. & Seneca libro nono epist. qui eam in Latium, tamquam colonias deduxerunt. *Malitiam* est in veteri quodam & tempestatem fuisse canit Ouidius decimoquinto Metamorph. sed durè ferit aureis meas illa phrasis pro tempestate. Le- A
ctor eruditus lectis Notis suo arbitratu de his statuet.

5 *Æsculapii fanum*] *Apollinis*, verum est. Pòst emenda, *in proximam insulam*. Procliuius error librariis obiectus, vt *syluam* lippis oculis legerent.

## M. FVRIVS CAMILLVS. 23

B

a CCCLIX. FVRIVS [1] Camillus, quum Faliscos [a] obsideret, ac ludi litterarum magister Principum filios ad eum adduxisset, vinctum eum iisdem pueris in vrbem redigendum & verberandum tradidit. Statim Falisci se
b CCCLVII. ei ob tantam iustitiam dediderunt. Veios decennii obsidione [b] domuit, deque iis triumphauit. Postmodum crimini datum, quod albis equis triumphasset, & prædam iniquè diuisisset: die dicta ab [2] Apuleio Tri-
c CCCLXII. buno plebis, damnatus Ardeam [c] concessit. Mox quum Galli Senones C
relictis ob sterilitatem agris suis, Clusium Etruriæ obsiderent, missi sunt [3] Romani tres legati qui Gallos monerent, vt ab oppugnatione desisterent. Ex iis vnus contra ius gentium in aciem processit: & ducem Senonum interfecit. Quo commoti Galli petiti in deditionem legatis, nec impetratis, Romam petierunt, & exercitum Romanum apud [4] Alliam fluuium occiderunt, die XVI. Calendarum Augusti, qui dies inter nefastos relatus, Alliensis dictus. Victores Galli vrbem intrauerunt, vbi D
nobilissimos senum curulibus, & honorum insignibus primò vt deos venerati, deinde vt homines despicati, interfecere. Reliqua iuuentus cum Manlio in Capitolium fugit, vbi obsessa Camilli virtute liberata
d CCCLXII. est: qui absens [d] Dictator dictus, collectis reliquiis, Gallos improuisos internecione occidit. Populum Rom. migrare Veios volentem retinuit. Sic & oppidum ciuibus, & ciues oppido reddidit.

E

1 *Furius Camillus*] Si temporis ratio habeatur, sic concinnanda: *Furius Camillus Veios decenn. obsidio domuit, deq; iis triumphauit. Cùm Faliscos obsideret, dediderunt. Postmodum.*

2 *Appuleio*] scribunt Antiquarii duplici pp. In vulgatis malè hæc interpunguntur. Inf. *Etruriæ oppidum*, amplius M. SS. Alii *Italiæ oppidum*.

3 *missi sunt*] M. SS. *missi sunt à Romanis tres Fabii:* Alii, *missi sunt Roma tres Fabii.* Verè ex Liuii libro quinto. Quintilius libro tertio, capite octauo.

4 *Aliam*] simplici l. scribi solere docet Seruius in Æneid. VII. & Græca consuetudo.

5 quo die & Fabii recenti sex ad internecionem cæsi. Plutarch. Camillo. Tacit. XV. Annali & libro II. Hist. Augustæ extr. Agellius libro V. cap. XVII. no. Attic.

6 *Oppidum ciuibus*] Vellem *Vrbem* dixisset: quomodo Romam potissimum appellatam pueri norunt, & si ignorent, vapulant plagosis Or- F
biliis. Hinc autem alter Romulus dictus Camillus, vt & Marius tertius, deuictis Cimbris auctor Plutarchus.

## M. MANLIVS CAPITOLINVS. 24

MANLIVS ob defensum Capitolium, Capitolinus dictus, sexdecim annorum voluntarium [1] militem se obtulit. Triginta septem militaribus donis à suis ducibus ornatus, viginti tres [2] cicatrices in pecto-

re

Anno V. C.

A re habuit. Capta[a] vrbe auctor in Capitolium[3] fugiendi. Quadam nocte a CCCLXIII.
clangore anseris excitatus, Gallos ascendentes deiecit. Patronus à[4] ciui-
tatibus appellatus, & farre donatus est. Domum etiam in Capitolio pu-
blicè accepit. Qua superbia elatus, quum à[5] Senatu suppressisse Gallicos
thesauros argueretur, & addictos propria[6] manu liberaret, regni affe-
ctati suspicione in carcerem[b] coniectus, populi consensu liberatus est. b CCCLXIX.
Rursus quum in eadem culpa & grauius perseueraret, [ & ] reus factus,
B &[7] ob conspectum Capitolii ampliatus: alio deinde loco damnatus, &
de saxo Tarpeio[c] præcipitatus. Domus diruta, bona publicata. Gen- c CCCLX
tilitas eius Manlii[8] cognomine iurauit, [ ne quis posteà Capitolinus
vocaretur.

1 Tales ἐθελοντῆρας vocat Homerus Odyss. ε. Vide Macrob. I. Saturn. cap. XI. de Augusto, & cap. VI. versus Ennii de Manlio, & inf. Capitoli-
C num in M. Antonini vita.

2 XXIII. ] *triginta tres* numerat Plinius libro VII. cap. XXVIII. Ex notarum compendiis, vt fit, nota varietas.

3 *in Capit. confugiendi fuit. Quadam-excitus.* Sic Liuius, Lucretius libro V.

*Romulidarum arcis seruator candidus anser.*

4 Meliores libri *à ciuibus*. Mox *donum* quidam editi pro *domum*, sed hoc retineo Liuii au-
D ctoritate, domum enim habuit in Capitolio antequam obsideretur à Gallis.

5 Leg. ex Liuio lib. VI. *cùm Senatum supp. Gallicos thesauros argueret.*

6 *propria pecunia* ] M. S S. Illud tamen non damno: virumque iuxta verum, Patauino teste.

7 Veteres codices scrip. *ab conspectu Capit.* Rectius. de Ampliatione Asconius Pedianus amplius.

8 Puto leg. *Marci prænomen*, vel, *nomen eiurauit.* Quod sequitur, assutus pannus est, qui vestem deformat: Coniiciat quis scriptum fuisse integrè:

*Ne quis Capitolium habitare Senatus decreuit.*

sed coniectura tantùm Vide Epitomam Liuii libro VI. Quinctil. lib. III. cap. VII. & Plutarch. ἐν αἰτίοις.

## CORNELIVS COSSVS. 25.

FIDENATES fidei Romanorum hostes, vt sine spe veniæ fortiùs
dimicarent, legatos ad se missos interfecerunt: ad quos Quintius
E Cincinnatus Dictator missus, magistrum equitum habuit Cornelium
Cossum, qui Lartem Tolumnium ducem sua manu[a] interfecit. De eo a CCCXXV.
spolia opima Ioui Pheretrio secundus ab Romulo consecrauit.

1 Pugnant hæc vt aliàs sæpius cum Liuio, vt vehementer hallucinentur ii, qui hunc libellum à Plinio Cæcilio & Liuio exscriptum esse autumant. Alioqui sic ad sensum T. Liuii concinnanda erant: *ad quos Mamercus Æmilius Dictator missus, Magistrum equitum habuit L. Quinctium Cincinnatum dignum parente iuuenem: ac tum A. Cornelius Cossus inter equites Trib. militum Lartem Tolumnium*, cet. Rursum *Feretrio* per F. scribi mauelim.

F

## PVBLIVS DECIVS PATER. 26.

DECIVS[1] Mus bello Samnitico sub Valerio Maximo, & Cornelio
Cosso[2] Coss. Tribunus militum, exercitu in angustiis Gauri mon- a CDX.
tis insidiis hostium clauso, accepto, quod postulauerat, præsidio, in su-
periorem locum euasit, hostes terruit. Ipse intempesta nocte per medias
custodias somno oppressas incolumis euasit. Ob hoc ab exercitu ciuica

ANNO V.C. corona de quercu, [ quæ [2] dabatur ei, qui ciues in bello seruasset: obsidionali, quæ dabatur ei, qui obsidione ciues liberasset ] donatus est.[3] A
b CDXIII. Consul bello [b] Latino, collega Manlio Torquato, positis apud Veserim fluuium castris, quum vtrique Consuli somnio obuenisset, eos victores futuros, quorum dux, in prœlio cecidisset: quum collato cum collega somnio conuenisset: vt cuius cornu in acie laboraret, Diis se Manibus voueret, inclinante [4] sua parte, se & hostes per Valerium pontificem Diis Manibus deuouit. Impetu in hosteis facto, victoriam suis reliquit. B

1 *Decius Mus*] Sic M. SS. *Muræna* est Orosio lib. III. cap. IX. & XXI. Floro lib. I. cap. XIV. Hæc autem cum priori cap. cohærebant in scriptis codd.

2 Hæc abfuerunt in M. SS. [ ] & certè huc inculcata apparet ex ora. Viden. Agellius libro quinto, capite sexto. Plinius libro decimosexto, capite quarto.

3 *Decius Consul*] lib. vett.

4 M.SS. *inclinante sua parte ad hostes per Val. Pontificem Diis Manibus se vouit.* Vulg. lectionem præfero.

## PVBLIVS DECIVS FILIVS. 27. C

a CDXLVI. b CDXLIV. c CDLVI. d CDLVIII. PVBLIVS Decius Decii filius, primò [a] Consul de Samnitibus triumphauit. Spolia de iis Cereri consecrauit. Iterum [b] & tertio [c] Consul multa domi militiæque gessit. Quarto Consulatu [d] cum Fabio Maximo, quum Galli, Samnites, Vmbri, Tusci contra Romanos conspirassent, ibi exercitu in aciem ducto, & cornu inclinante, exemplum patris D imitatus, aduocato M. Liuio pontifice, hastæ insistens, & solemnia verba respondens, se & hostes Diis Manibus deuouit. Impetu in hosteis facto, victoriam suis reliquit. Corpus à collega laudatum, magnificè sepultum est.

## TITVS MANLIVS TORQVATVS. 28. E

TITVS Manlius Torquatus, ob ingenii & linguæ tarditatem à patre rus relegatus, quum audisset ei diem dictam à Pomponio Trib. pleb. noctu vrbem petiit. Secretum colloquium à Tribuno impetrauit: & gladio stricto, dimittere eum accusationem terrore multo compulit.
a CCCXCII. b CDXIII. c CDXIII. [1] Sulpitio Dictatore, Tribunus militum Gallum prouocatorem [a] occidit. Torquem ei detractum, ceruici suæ [2] induit. Consul [b] bello Latino F filium suum, quòd contra imperium pugnasset, securi percussit. Latinos apud Veserem fluuium [3] Decii collegæ deuotione [c] superauit.
d DXLIII. Consulatum [d] recusauit, quòd diceret, *neque se populi vitia, neque illum seueritatem suam posse sufferre.*

1 *Sulpitio*] *T. Quinctio Peno*, Liuio lib. VII. qui post paullò C. Sulpitium Dictatorem creatum esse in Gallos scribit, quod erroris fortè causam dedit.

2 *indidit*] M. SS. libri. Rectius.

3 Val. Max. lib. VI. cap. IV. in opt. edit. Pighii, stirpis eius qui Latinos apud Veserim prælio fudit, esse docet. Vide Liuium lib. XXVI.

M. VA-

ANNO V.C.

A

## M. VALERIVS CORVINVS. 29

RELIQVIAS Senonum Camillus persequebatur: aduersum in-
gentem Gallum prouocator solus Valerius Tribunus militum o-
mnibus territis [a] processit. coruus ab ortu solis galeæ eius insedit, & inter [a] CDIV.
B pugnandum ora oculosque Galli verberauit, Hoste deuicto Valerius [1]
Coruinus dictus. Hic cùm ingens multitudo ære alieno oppressa Ca-
puam occupare [b] tentasset, & ducem sibi Quintium necessitate [2] com- [b] CDXI.
pulsum fecisset, sublato ære alieno, seditionem compressit.

1 *Valerius Coruus*] vult Sigonius è fastis Capit. vt posteri *Coruini* dicti sint ἐπίξω. vide Notas And. Schotti. Sup. *procuratorem* lege accus. casu.

2 Vett. lib. *necess. compulsa*. Nihil muto, ex Liuio, cuius auctoritate illud *sublato ære alieno* superat, hunc aliunde intrusum.

C

## PONTIVS THELESINVS. 30

TITVS Veturius, & Spurius [1] Postumius [a] Consules bellum aduersum [a] CDXXXII.
Samnites gerentes, à Pontio Thelesino duce hostium [2] per insidias
seducti sunt. Nam ille simulatos transfugas misit, qui Romanis dicerent
Luceriam à Samnitibus obsideri in Apulia, quo duo itinera ducebant:
aliud longius & tutius, aliud breuius & periculosius. [3] Festinantibus ita-
D que quum insidias statuisset, qui locus Furculæ Caudinæ vocatur, Pon-
tius accitum patrem Herennium rogauit, quid fieri placeret. ille ait, *aut
omnes occidendos, vt vires frangerentur; aut omnes dimittendos, vt beneficio ob-
ligarentur*. Vtroque improbato consilio, omnes sub iugum misit, ex [4] fœ-
dere: quod à Romanis improbatum est. Postumius Samnitibus [b] dedi- [b] CDXXIII.
tus, nec receptus est.

E 1 *Spurius Postumius*] Inscriptio est cap. huius in M. SS. Rectius, quia nomen Romanum.

2 *in insidias inducti sunt*. Vetus lectio. Pòst paullò, *Romanos docerent*. Venustius. Deinde *Luceriam Apulam à Samn. obsideri, quo duo*. M. SS. Pro *aliud* alterum dici oportere præcipiunt Gramm. filii.

3 Lib. vett. amplius: *Festinatio breuius eligi. Itaq. cùm in insidias venisset, qui locus*. Quæ lectio nihilominus mutila apparet, legendumque ex Liuio: *Festinantibus itaque cùm insidias statuisset Pontius, ad eum locum qui Furculæ Caudinæ vocatur, accitumque*.

4 *icto fœdere*] legunt scr. libb. Liuius sponsionem duntaxat fuisse contendit, ex dignitate pop. Rom. Epitoma tamen lib. IX. *fœdus* etiam appellat, vt & libro LVI. *fœdus Mancini cum Numantinis*.

F

## L. PAPIRIVS CVRSOR. 31

LVCIVS Papirius à velocitate Cursor, quum [a] Consulem se aduer- [a] CDXXIX.
sis ominibus aduersum Samnites progressum esse sensisset, ad auspi-
cia repetenda Romam regressus, edixit Fabio Rutiliano, quem exer-
citui præponebat, ne manum cum hoste consereret. Sed ille opportuni-
tate ductus pugnauit. Reuersus [2] eum securi ferire voluit; in vrbem con-
fugit, nec supplicem Tribuni tuebantur. Deinde pater lacrymis, popu-
lus precibus veniam impetrarunt. Papirius Samnitibus [b] triumphauit. [3] [b] CDXLIV.
Idem Præneste quum Prætorem grauissimè increpuisset, *Expedi*, inquit, aliis CDXXIX.

ANNO V. C. *lictor secures.* Et quum eum metu mortis attonitum vidisset, incommo- A
dam ambulantibus radicem [4] excidi iussit.

1 *Fabio Rulliano*] Fasti libri vett. *Rullo* præferunt: & sup. *contra Samnites profectum esse sensisset.* & mox *exercitui imponebat.*

2 *Reuersus Papirius securi eum*] Scripta lectio integrior. Hunc dictatorem alii non, vt noster, Consulem faciunt.

3 *Idem Præneste*] ex M. SS. hæc lectio eruitur: *Idem comis est iocorum studiosus cùm Prænestinum Prætorem grauissimè increpuisset.*

4 *exscindi*] Scriptura vetus.

## Q. FABIVS RVTILIANVS. B

32.

a CDXXIX. b CDXXXI. c CDXLIV. d CDLIIX. e CDXLIX.

QVINTVS Fabius [1] Rutilianus, primus ex ea familia ob virtutem Maximus: Magister equitum à Papirio Cursore [2] securi penè percussus, primùm [b] de Apulis & Lucerinis, iterum [c] de Samnitibus, tertiò [d] de Gallis, Vmbris, Marsis, atque Thuscis triumphauit. Censor [e] libertinos tribu [3] amouit. Iterum Censor fieri noluit, dicens, *non esse ex* C *vsu Reip. eosdem Censores sæpius fieri.* Hic primus instituit, vti equites Romani Idibus Quinctilibus ab æde Honoris, [5] equis insidentes, in Capitolium transirent. Mortuo huic tantum æris populi liberalitate congestum, vt inde filius viscerationem & epulas publicè daret.

1 *Rullianus* vel *Rullus*] M. SS. leg. & mox *Nucerinis.*

2 M. SS. auctores, *ob Samnitem victoriam securi pœnè percussus.*

3 *Senatu amouit*] leg. videtur ex Liuio. Valerius Maximus libro secundo, capite secundo legendus.

4 *non esse*] Plutarch. Coriolano initio & in Catone inter eius scitè dicta.

5 *albis equis*] libri veteres scribunt. Trans- D
uectio autem antiquitus dicebatur, qua de Liuius libro nono, Dionysius sexto, Plinius XV. capite quarto, Valerius libro secundo, & Sueton. Augusto capite LVIII. Mox *epulum* legi malim auctoritate veteris libri.

## MARCVS CVRIVS DENTATVS.

33.

a CDLXIII. b CDLXIII. c CDLXIII. d CDLXXVIII. e CDXXCI. f CDLIV.

MARCVS [1] Curius Dentatus primò de [a] Samnitibus triumphauit, E
quos vsque ad mare superum perpacauit. Regressus in concione ait, Tantum agri cepi, vt solitudo futura fuerit, nisi tantum hominum cepissem: tantum porrò hominum cepi, vt fame perituri fuerint, nisi tantum agri cepissem. Iterum [b] de Sabinis triumphauit. Tertio [c] de Lucanis ouans vrbem introiuit. Pyrrhum Regem Epirotarum Italia [d] expulit: [2] quaterna dena agri iugera viritim populo diuisit. Sibi deinde toti- F
dem constituit, dicens *neminem [3] esse debere, cui non tantum sufficeret.* Legatis Samnitum aurum offerentibus, quum ipse in foco rapas torreret, *Malo,* inquit, *hæc in fictilibus meis esse, & aurum habentibus imperare.* Quum interuersæ pecuniæ argueretur, [4] cadum ligneum, quo vti ad sacrificia consueuerat, in medium protulit, iurauitque *se nihil amplius de præda hostili in domum suam conuertisse.* [5] Aquam deinde Anienem manibus hostium in vrbem [e] induxit. Tribunus plebis [f] Patres auctores fieri coëgit comitiis, quibus plebeius magistratus creabatur: ob hæc merita domus ei apud [6] Tiphatam, & agri iugera quingenta publicè data.

ANNO V. C.

A 1 *Manius*] prænomen in Fastis Capitolinis est. M'. vel, M./. vnde erroris ansa data.

2 *quaterdena*] M. S S. Vulg. quidam *septena dena*. Plinius libro octauo, & Valerius libro quarto, septena tantum agri iugera populo diuisa scribunt.

3 *esse debere ciuem*] M. S S. Post alii *rapa*. genere neutro. qualia *in cœlo Romulus esse solet*. Martialis libro decimotertio, Epigramm. & Seneca ἀποκολοκυντώσει. Vide Cicer. Catone maiore,

B & alios.

4 M. S S. *guttum ligneum*] Verius. *Guttum faginum* certè appellat Plinius libro X V I. capite XXXVIII. Valerius ligneo catillo cenantem inducit libro IV.

5 Corruptè. Leg. *Aquam Anienem de manubiis* ex antiq. lib. Vide Notas auctor. Emendandus in eadem voce & Sidon. Apollinaris ex M. S S. nostris libro septimo, Epistola septima initio.

6 *Tifata*] neutro genere alii montem efferunt, & mox *quinquaginta* libri veteres propius à vero.

## APPIVS CLAVDIVS CÆCVS. 34.

APPIVS Claudius Cæcus in Censura[a] libertinos quoque in Senatum legit: epulandi, decantandique ius tibicinibus in publico ademit. Duæ[2] familiæ ad Herculis sacra sunt destinatæ, scilicet Potitiorum & Pinariorum. Potitios Herculis sacerdotes pretio corrupit, vt sacra Herculea seruos publicos edocerent, vnde cæcatus est: gens Petitiorum funditus[b] periit. Ne[3] Consulatus cum plebeis communicaretur, acerrimè[c] restitit. Ne Fabius solus ad bellum mitteretur, contradixit. Sabinos, Samites, Etruscos bello domuit. Viam vsque[4] Brundusium strauit lapidibus: vnde illa, Appia dicta. Aquam Anienem in vrbem[d] induxit. Censuram solus omni quinquennio obtinuit. Quum de pace Pyrrhi[e] ageretur, & gratia potentum per legatum[5] Cyneam precio quæreretur: senex & cęcus lectica in Senatum latus, turpissimas conditiones magnifica oratione[6] discussit.

a CDXLI.
b CCCLXXXVII
c CDLVIII.
d CDLXI.
e CDLXXIII.

1 *Libertinos quosque*] lib. vett. Non sequor. Vide Suet. Claudio cap. XXIV.

E 2 M. S S. nihil variant præterquam quod *scilicet* afuit. Io. Greionius sic leg. putabat. *Una familia ad H.S. erat destinata, scilicet Potitiorum. Potitios, &c.* sed à capite primam rei originem arcessere mihi videtur. Quid si sic concipiantur hæc, ad vulgatam lectionem historiamque accommodatè? *Quæ familiæ ad Herculis sacra sunt destinatæ Potitiorum, pretio corrupit.* nam XII. ea tempestate Potitiorum familiæ erant. Liuius libro primo & nono. Valerius libro primo, capite

F secundo.

3 Legendum ex Liuio, *Ne Pontificatus & & auguratus* libro decimo, vel potius, *Ne sacerdotia cum*.

4 Immo *Capuam vsque lapide strauit*. Diodorus Siculus libro vigesimo. & Frontinus. M. S S. tamen *Brundisium lapide strauit*. De Aniene, vide Notas auctoris.

5 *Cineam*] per ἰῶτα Græci scribunt. Munera autem non accipiebant continentes Romani. Plutarchus.

6 *Oratione*] Ennius: Quo vobis mentes, cet.

## PYRRHVS REX EPEIROTARVM. 35.

PYRRHVS Rex Epirotarum materno[1] genere ab Achille, paterno ab Hercule oriundus, quum imperium orbis agitans,[2] Romanos potenteis videret, Apollinem de bello consuluit. Ille ambiguè respondit,

*Aio te Æacida Romanos vincere posse.*

ANNO V. C.

a CDLXXI. hoc dicto in voluntatem tracto,[3]auxilio Tarentinis[a] venit: bellum Romanis intulit: Læuinum Consulem apud Heracleam elephantorũ nouitate[b] turbauit. Quumque Romanos aduersis vulneribus occisos videret, *Ego*, inquit, *talibus viris breui orbem terrarum subigere potuissem.* Amicis gratulantibus, *Quid mihi cum tali victoria*, inquit, *vbi exercitus robur amittam?* Ad vigesimum ab vrbe lapidem castra posuit. Captiuos Fabricio gratis reddidit. Viso[c] Læuini exercitu, *eandem sibi* ait, *aduersum Romanos, quam Herculi aduersus Hydram, fuisse fortunam.* A[4] Curio[d] & Fabricio[e] superatus, Tarentum refugit: in Siciliam traiecit: mox in Italiam Locros regressus, pecuniam Proserpinæ auehere tentauit. Sed ea naufragio[5] elata est. Tum in Græciam regressus, dum Argos oppugnaret, ictu tegulæ prostratus est. Corpus ad Antigonum Regem Macedoniæ delatum, magnificè sepultum.

b CDLXXIII.
c CDLXXIII.
d CDLXXVIII
e CDLXXV.

A B C

1 Præposterè:] lege, *paterno genere ab Achille, materno ab Hercule oriundus.* auctore Plutarcho.

2 *agitaret & Romanos.*] Lib. M. SS.

3 *auxilio Terentinorum bellum Rom.*] iidem. Alii: *auxilium Tarentinis: bellum Rom. intulit.*

4 Leg. *A Fabricio & Curio superatus.* ex temporum serie.

5 *naufr. relata*] Ll. vett. & Liuius XXIX. iussu Pyrrhi relatam scribit.

## FABRICIVS. 36

a CDLXXV.
b CDLXXIII.

PYRRHVS cùm secundo prœlio à Romanis esset pulsus Tarentum[a], interiecto anno contra Pyrrhum Fabricius missus est: qui[b] prius inter legatos sollicitari non poterat quarta regni parte promissa. Cùm vicina castra ipse, & Rex haberent, medicus Pyrrhi nocte ad eum venit, promittens se Pyrrhum veneno occisurum. Si sibi quidquam pollicitaretur: Quem Fabricius vinctum reduci iussit ad dominum, Pyrrhoque dici, quæ contra caput eius medicus spopondisset. Tum Rex admiratus eum, dixisse fertur: *Ille est Fabricius, qui difficilius ab honestate, quàm Sol à suo cursu auerti posset.*

D E

## DECIVS MVS. 37

VOLSINI, Etruriæ nobile opidum, luxuria penè perierunt. Nam quum temere seruos manumitterent, dum[1] in curiam legerent, consensu seruorum oppressi, quum multa indigna paterentur, clàm Roma auxilium petierunt. Missusque Decius[2] Muræna mox libertinos[3] omnes aut in carcere necauit, aut dominis in seruitutem restituit.

a CDXXCIIX.

F

1 *Dein in curiam.*] M. SS. Fortè. *dum temere seruos man. dum in curiam leg. consensu eorum oppressi.*

2 *Mus* alii, alii *Decimus*, absque *Muræna.*

3 *Omnes superauit, in carcere necauit.*] M. SS. Superati autem sunt & de iis triumphatum à M. Fuluio. Porrò capitis ἐπιγραφὴν ex M. SS. mutaui, & Romanum nomen cum libri titulo magis quadrat.

APPIVS

A **APPIVS CLAVDIVS CAVDEX.** 37. ANNO V.C.

APPIVS Claudius victis [1] Volſinienſibus cognomento Caudex, [2] frater Cæci fuit. Conſul [a] ad Mamertinos liberandos miſſus, quo- a CDXXCIX.
rum arcem Carthaginienſes & Hiero Rex Syracuſanus obſidebant.[3] Pri- PRIMVM
mò ad explorandos hoſtes fretum piſcatoria naue traiecit: & cum duce BELLVM PVNICVM.
Carthaginienſium egit, vt præſidium arce deduceret. Rhegium regreſ-
ſus quinqueremem hoſtium copiis pedeſtribus cepit: [4] phalangem in Si-
B ciliam traduxit: Carthaginienſes Meſſana expulit: Hierona [b] Regem prœ- b CDXCI.
lio apud Syracuſas in deditionem accepit: qui eo periculo territus, Ro-
manorum amicitiam petiit, eiſq; poſtea fideliſſimus fuit.

1. Carthaginienſibus. Lib. qu. & Seneca in epiſtolis.

2. *Caudex dictus.*] M.SS. Seneca de breuitate vitæ cap. XIII. explicat. Io. Greionius hæc ita ordinabat. *Appius Claudius cognomento Caudex. Iis victis à M. Fulnio collega Vulſinienſibus, Conſul ad Mamertinos liberandos.* A.V.C.CDXXCIX.

3. M.SS. *Primus* & inf. *Hieronem prœlio.*

4. *phalangem.*] *ea legionem in Siciliam.* M.SS. lib.

C **C. DVELLIVS: ET HILMICO**

**POENORVM DVX.** 38.

CNÆVS [1] Duellius primo Punico bello dux contra Carthaginienſes
[2] miſſus, cùm videret eos multum mari poſſe, claſſem magis validã a CDXCIII.
quàm decoram fabrefecit: &, [2] quas coruos vocauere, manus ferreas cum
irriſu hoſtium primus inſtituit, quibus inter pugnandum hoſtium naues
[3] apprehendit, qui victi & capti ſunt. Himilco [4] dux claſſis Carthaginem
D fugit, & à Senatu quæſiuit quid faciendum cenſerent. Omnibus vt pu-
gnaret, acclamatibus. *Feci*, inquit, *& victus ſum*: ſic pœnam crucis effugit.
Nam apud Pœnos dux malè re geſta puniebatur. Duellio conceſſum eſt,
vt prælucente funali, & præcinente tibicine, à cœna publicè rediret.

1. *Caius Duilius*, in Faſtis vocatur.

2. *quas coruos vocauere*, Abeſt in M.SS. omn. Vide Notas.

3. *naues XXX. apprehendit, tredecim merſit.* Amplius libb. vet.

4. *Himilco dux*] *ſenior Hannibal* vocatur. Oroſio libro IV. cap. VII. *ſuperior Hannibal.* Valerio lib. VII. cap. III. Polybio & Zonaræ *Giſgonis filius*: alter *Amilcaris F.* Eutropius tamen lib. II. *Annonem appellat.*

E **ATILIVS CALATINVS.** 39.

ATILIVS [1] Calatinus dux Romanorum aduerſus Carthagini-
enſes [a] miſſus, maximis & munitiſſimis ciuitatibus, [2] Enna, Drepa- a CDXCV.
no, Lilybæo, hoſtilia præſidia deiecit. Panormum cepit: totamq; [3] Sicili-
am peruagatus, paucis nauibus magnam hoſtium claſſem duce Hamil-
F care, [b] ſuperauit] Sed quum ad Camarinam ab hoſtibus obſeſſam feſtina- b CDXCVI.
ret, à Pœnis in anguſtiis clauſus eſt, vbi tribunus militum Calphurnius
Flamma acceptis trecentis [4] in ſuperiorem locum euaſit. Conſulem libe-
rauit. ipſe cum trecentis pugnans cecidit, & poſtea ab Atilio ſemianimis
inuentus, & ſenatus, magno poſtea terrori hoſtibus fuit. Atilius glorioſè c CDXCVI.
[c] triumphauit.

1. *A. Atilius Calatinus Conſul aduerſus*] Ita forte leg. ex Faſtis videatur.

2. *Enna*] omnino leg. Siciliæ vrbs.

3. *totámque*] μνημονικὸν ἁμάρτημα rurſum, vel deceptus in nominis cognatione: pertinet enim ad C. Atilium Regulum inſequentis anni Conſulem.

4. *trecentis ſociis*, ſcripti libri.

## M. ATILIVS REGVLVS. 40. A

a CDXXVI. MARCVS [1] Attilius Regulus [a] Consul, fusis Sallentinis triumphauit:
b CDXCVII. primúsque Romanorum ducum in Africam classem [b] traiecit: [2] quassatas, duce Hamilcare, naues longas tres & sexaginta accepit. Opida ducenta, & hominum [3] ducenta millia cepit. Absente eo, coniugi eius & liberis ob paupertatem, sumtus publicè dati. Mox arte Xantippi Lacedæmonii mercenarii militis captus in carcerem missus. Legatus de B
c CDCII. permutandis captiuis Romam [c] missus, dato iureiurando, vt si [4] non impetrasset, ita demum rediret: in Senatu conditionem dissuasit: reiectisque à se coniuge & liberis, Carthaginem regressus, vbi in arcam ligneam coniectus, clauis introrsum adactis, vigiliis ac dolore punitus est.

1. *Sallentinis*] geminata liquida Fasti, & *Atilius* simplici tau.
2. *ea quassata, de Amilcare naueis longas treis & sexaginta cepit.*] Scripta lectio & sup. *classe traiecit.*
3. *Opida*] simplici p. scribo, iuxta Analogiam ab ope, & Varronem, Ciceronem libro II. de Gloria, alios, denique libros vett. qui & *Xantippi & mercennarii* duplici nn. præferunt.
4. *ducenta*] forte *vicena* aut *tricena* leg. C
5. *vt si impetrasset, ita demum non rediret.* M.SS.

## Q. LVCTATIVS CATVLVS. 41.

QVINCTIVS [1] Luctatius Catulus primo Punico bello trecentis na-
a DXI. uibus aduersum Pœnos, [a] profectus [2] sexcentas eorum naues commeatibus & aliis oneribus impeditas duce [3] Himilcone apud [4] Ægathes D insulas inter Siciliam & Africam depressit, finémque bello imposuit. Pa-
b DXXII. cem petentibus hac conditione [b] concessit, vt Sicilia, Sardinia, & ceteris insulis intra Italiam, Africámque decederent, [5] Hispania citra Ibêrum fluuium abstinerent.

1. *Lutatius* scribitur in M. SS. & *Caius* prænomen in Fastis est, Romæ nuper effossis.
2. *quadringentas* in antiq. scriptum repperi, & is numerus in Orosio est, lib. IV. cap. X. Eutropio lib. II. extremo.
3. *Himilcone*] Orosius *Annone*. Hamilcare Annibalis patre, ex Liuio lib. XXI. in orat. Annonis in Senatu Carthaginensium aduersus Annibalem.
4. *Ægates insulam*] Fortè melius: & post, *inter Italiam* vt sup. paullo *inter Siciliam*. Mox *depressit aut cepit*, M.SS. constanter omnes. E
5. *Hispania*] Non puto adscriptum huic fœderi, sed ei quod cum Asdrubale ictum in Hispaniis fuit, eo, qui sororem Annibalis in matrimonio habebat: ex Polybio lib.
5. Vide tamen Orosium lib. IV. cap. XI. & Liuium lib. XXI. initio.

## ANNIBAL CARTHAGINIENSIS DVX. 42.

ANNIBAL Hamilcaris filius [1] vndecim annos natus, à patre aris ad- F motus, odium in Romanos perenne iurauit. Exinde socius & miles in castris patris fuit. Mortuo [2] eò causam belli quærens, Saguntum
a DXXXV. Romanis fœderatam intra sex menses [a] euertit. Tum Alpibus patefa-
BELLVM PVNICVM II. ctis in Italiam traiecit, P. Scipionem apud Ticinum, Sempronium
b DXXXVI. Longum apud Trebiam, Flaminium [b] apud Trasymenum, Paulum &
c DXXXVII. Varronem [c] apud Cannas seperauit. Quúmque vrbem capere posset, in Campaniam diuertit, cuius deliciis elanguit. Et quum tertium ab
d DXLII. Vrbe, lapidem castra posuisset, [d] tempestatibus repulsus, primùm à [4] Valerio

A lerio Flacco repulſus, à Graccho & [f] Marcello fugatus, in Africam re- ANNO. V.C. f DXXXVII.
uocatus, à Scipione [g] ſuperatus, ad Antiochum Regem Syriæ confugit, g DLI.
eúmque hoſtem [h] Romanis fecit. quo victo ad Pruſiam Bithyniæ Regem h DLVIII.
[i] conceſſit. Vnde [5] Romam legatione repetitus, hauſto, quod ſub anuli i DLXIII.
gemma habebat, veneno, abſumtus [k] eſt, poſitus apud Libyſſam in arca k DLXXI.
lapidea, in qua hodie quoque inſcriptum eſt, ANNIBAL HIC SI-
B TVS EST.

1. *nouem annos natus.* M. SS. Ex compendiis numerorum nata varietas IX. pro XI. Corn. Nepos in vita Annibalis, qui vulgo Æmilio Probo tribuitur, Eutropius lib. III. Liuius XXI.

2. *eo*] *Pronomen* eo abeſt ab vno ſcr. *Aſdrubale* autem exaudiendum ex Corn. Nepote, vnde hæc forte ſarcienda, *octo poſt eius morte annis, mortuo Aſdrubale, cet.*

3. *fractus* non *fruſtratus* leg. ex cap. ſequenti & ſup. XIV. c.

4. *à Q. Fuluio Flacco repulſus*, Hiſtoriæ veritas legi poſtulat.

5. *Romana legatione* libb. vett. Miſſus T. Quinctius Flaminius inf. cap. LI. Pòſt paullò, *cui hodiéque inſcriptum eſt*, in M. SS. legitur: & *Annibal* fere abſque ſpiritu.

C Q. FABIVS MAXIMVS. 43.

QVINCTIVS Fabius Maximus, Cunctator, vt Verrucoſus à verruca in labris, ita Ouicula à clementia morum, Conſul [a] de Ligu- a DXX.
ribus triumphauit. Annibalem mora fregit. [b] Minutium magiſtrum e- b DXXXVI.
quitum imperio æquari ſibi paſſus eſt: & nihilominus periclitanti ſubuenit. Annibalem in agro Falerno incluſit. [2] Manlium Statilium transfugere ad hoſtes volentem, equo & armis donatis retinuit: & Lucano cui-
D dam fortiſſimo ob amorem mulieris infrequenti, eandem emtam dono
dedit. Tarentum [c] ab hoſtibus recepit. Herculis ſignum inde translatũ c DXLIV.
in Capitolio dedicauit. De redemtione captiuorum cum hoſtibus pepigit: quod [3] pactum quum à Senatu improbaretur, fundum ſuum ducentis millibus vendidit, & fidei ſatisfecit.

1. M. SS. aliter: *Cunctator, Verrucoſſus à verruca in labris ſita, Ouicula à clementia morum.* Sed nihil intereſt: non enim ex eo pendent fortunæ
E Græciæ. *Minucius* libri Faſti lapides & Græci per c. & *Verrucoſſus* duplici ſſ. Quattuor hic autem Fabii cognomina.

2. *Marium Statilium* conſtanter in omnibus ſcriptum reperias. Marſum fuiſſe, fortem & nobilem auctor Plutar. Fabio: & alterum Lucanum neutrum tamen nominat.

3. *Quapactio*, lib. vett. & *fidei ſuæ*: factum id autem ante Cannenſem cladem, & prius quàm æquaretur Minucius dignitate. Plut. Non igitur hic habita in narrando accurata ratio temporis.

P. SCIPIO NASICA. 44.

PVBLIVS Scipio Naſica à Senatu vir optimus iudicatus, Matrem Deûm hoſpitio [a] recepit, quum [1] aduerſum auſpicia Conſulem ſe [b] à a DXLIX. b DXCI.
F Graccho nominatum comperiſſet, magiſtratu ſe abdicauit. Cenſor [c] ſta- c DXCIV.
tuas, quas ſibi quiſq; per ambitionem in foro ponebat, ſuſtulit. Conſul
[d] Delminium vrbem Dalmatarum expugnauit: Imperatoris nomen à d DXCIIX.
militibus, & ab Senatu triumphum recuſauit oblatum. Eloquentia primus, iuris ſcientia conſultiſſimus, ingenio [2] ſapientiſſimus fuit: vnde vulgò Corculum dictus.

1. *Cum aduerſum auſpicia.*] Erat hæc enim ad filium, ſuperiora ad patrem pertinent: legendi hic qui Scipionum familiam in tabula ſpectandam propoſuerunt, Glareanus, Vinetus, alii. Non libet igitur, nec vacat actum agere. Mox, *Delmatarum* qu. libri.

2. Putaui aliquando *ſagaciſſimus* leg. ſed nihil ſine libris mutandum cenſeo. In corde ſapientiam quidam collocarunt. Animam alii vocarunt. Hinc Cordati & excordes vecordesq;. Cic. I. Tuſculana.

## M. MARCELLVS. 45. A

a DXXXI. MARCVS [1] Marcellus Viridomarum Gallorum ducem singulari
b DXXXVII. prælio [a] fudit, [2] spolia legit apud Nolam. Annibalem [b] primus, lo-
c DXLI. corum angustia adiutus, vinci docuit. Syracusas per treis annos [c] ex-
pugnauit. Et quum per calumniam triumphus ei à Senatu negaretur,
d DXLII. de sua sententia in Albano monte [d] triumphauit. Quinquies Consul,
e DXLV. insidiis Annibalis deceptus [e] occubuit, & magnificè sepultus. Ossa [3] Ro- B
mam remissa, à prædonibus intercepta perierunt.

1. *M. Claudius Marcellus Virdumarum,* Scriptura vetus. Plutarch. Marcello Βελόματος, corruptè haud dubiè, pro Βιρδόμαρος.

2. Amplius M.SS. *prœlio fudit. Spolia opima Ioui Feretrio tertius à Romulo consecrauit. Primus docuit quomodo milites cederent, nec terga præberent. Annibalem apud Nolam locorum angustia.*

Vide Notas de opimis spoliis ter ablatis hic & in Cosso. Hinc Io. Greionius ab antiqua scriptura manuductus sic tentabat: *Spolia opima Ioui, &c. Primus docuit, &c. præberent. Spolia etiam legit apud Nolam, vbi Annibalem primus locorum angustia.* Ego M. S S. religiosè sequor. Sed ambiguum τὸ *cederent*, an, quòd mihi videtur, diphthongo hic scribendũ, hoc est, Annibalem vinci posse, vt de Pœnicis militibus intelligatur. Sed *Ne quomodo milites cederent* non nemo leg. putabit ex Plutarch. in vita & comparat. Marcelli cum Pelopida.

3. Plutarch. Corn. Nepotem laudat historię huius auctorem, sed paullò copiosius hæc narrantem: vnde tamen effici non potest, Nepotis esse hunc fœtum: sed de his abundè ἐν τοῖς προλεγομένοις dicere memini. C

## LIVIA [1] CLAVDIA VIRGO VESTALIS. 46.

ANNIBALE Italiam deuastante, ex responso librorum Sibyllino-
a DXLVIII. rum, Mater Deûm è Pessinunte [a] accersita, quum aduerso Tiberi D
veheretur, repentè [2] in alto stetit, & quum moueri nullis viribus posset,
ex libris cognitum est, castissimæ demum feminæ manu moueri posse.
Tum Claudia virgo Vestalis falsò [3] incestu suspecta, deam orauit, *vt si pu-
dicam sciret, sequeretur.* Et zona imposita nauem mouit. Simulachrum
b DXLIX. [4] Matris Deûm adduxit: templum [b] ædificauit Nasica, qui vir optimus
iudicabatur.

1. *Quincta Claudia* appellanda ex Cic. orat. de aruspicum responsis. *Arcessita,* rursum scr. libri *in alueo,* M. S S. & Sueton. Tiberio *vado Tiberino extraxit.* cap. II. Vulg. tamen lectionem retineo, auget enim miraculum. Herodianus ἐν τῆς θύμβελδος ἐκβολαῖς dixit, lib. I. Histor.

3. Malim *incestus suspecta.* Mox *aduexit* alii legunt: & *pudicam se sciret, sequeretur.*

4. *Simulacrum Matris Deûm, dum templum ædificatur. Nasicæ, qui vir optimus iudicabatur, quasi hospiti datum.* Sic M. S S. ad vnum omnes. Io. Greionius ita cum Liuio comparabat: *Simulacrum Matris Deûm adduxit, quod, dum templum ædificatur, à Nasica: qui vir opt. iudicabatur, exceptum est, & in ædem Victoriæ latum,* lib. XXIX. & XXXVI. E

## M. PORCIVS CATO. 47.

MARCVS Porcius Cato genere Tusculanus, à Valerio Flacco Ro- F
a DXLV. b IↃXLIIX. mam [1] solicitatus, Trib. militum [a] in Sicilia, Quæstor [b] sub Scipio-
c IↃLIIX. ne fortissimus, Prætor [c] iustissimus fuit. In Prætura Sardiniam [2] subegit,
d IↃLV. vbi ab Ennio Græcis literis institutus, Consul [d] Celtibêros domuit. Et ne
rebellare possent, literas ad ciuitates singulas misit, vt muros diruerent:
e DLXII. quum vnaquæq; sibi soli imperari putaret, fecerunt. Syriaco bello [e] Tri-
bunus militum sub Marco [3] Atilio Glabrione occupatis Termopylarum
f DLXIX. iugis, præsidium hostium depulit. Censor [f] L. [4] Flaminium Consularem
Senatu mouit, quòd ille in Gallia ad cuiusdam [5] scorti spectaculũ, eductũ
quen-

A quendam è carcere in conuiuio iugulari iussisset. Basilicam suo nomine ANNO. V.C.
primus fecit. Matronis [7] ornamenta erepta, Oppia [8] lege petentibus g ıↄxı.
h restitit. Accusator assiduus malorum, Galbam octogenarius accusa- h DLVIII.
uit. Ipse quadragies quater accusatus, gloriosè absolutus. Carthaginem
delendam [i] censuit. Post octoginta annos filium genuit. Imago huius fu- i DCIV.
neris gratia produci solet.

B 1. *sollicitatus*] *ductus* etiam alii auctores sunt.

2. *subegit*] legerem *obtinuit* vel *sortitus est*, si M.SS.lib.paterentur.

3. *M. Acilius Glabrio* in Fastis Capitolinis est & libris antiquis.

4. *L. Quinctius Flaminius* est iisdem. Vide Liuium lib. XXXIX. & Plutarch. Catone.

5. *Scortum*, pro puero meritorio, vt Sueton. Vitellio cap. III.

6. Falsa interpunctione corruptus locus. Repone, *Matronis; ornamenta erepta Opia lege, repetentibus restitit*: alii *petentibus*, alii *restituit* restituendo corruperũt. Vide Notas And. Schotti in quibus Catonis honorum gradus per annos Consulares accuratè contexuit.

Quibus adde ex Paterculo mortuum Catonem P. Censorino, M. Manlio Coss.

## C. CLAVDIVS NERO [ET ASDRVBAL FRATER ANNIBALIS.] 48.

C ASDRVBAL frater Annibalis ingentibus copiis in Italiam [a] traie- a DXLVI.
cit: actúmque erat de Romano imperio, si [1] coniungere Annibali
copias potuisset. Sed Claudius Nero, qui in Apulia cum Annibale ca-
stra coniunxerat, relicta in castris parte, cum dilectis ad Asdrubalem pro-
D perauit, & se Liuio collegæ apud Tenam opidum, [2] & Metaurum flumẽ
coniunxit: ambóque Asdrubalem vicerunt. Nero regressus, pari celeri-
tate, [3] qua venerat, caput Asdrubalis ante vallum Annibalis proiecit.
Quo ille viso, *vinci se Fortuna Carthaginis* confessus est, ob hæc Liuius tri-
umphans, [4] Nero ouans, Vrbem introierunt.

1. *Iungere se Annibali potuisset*. M.SS. libri *Dilectus* verò militum in Festo scriptum visitur de
E Verb. signific. lib. IV.

2. Horatius lib. IV. Carm. Oda IV.

3. *qua iuerat*. Lib. M.SS. sed illud ferri potest, Liuii auctoritate.

4. Triumphus & ouatio quo differant Plutarch. Marcello, eleganter.

## P. CORNELIVS SCIPIO AFRICANVS. 49.

PVBLIVS Scipio ex [1] virtutibus cognominatus Africanus, Iouis fi- a *Natus*
lius creditus: nam antequam conciperetur serpens in lecto matris ıↄxvii.
F eius apparuit. Et ipsi paruulo draco circumfusus nihil nocuit. In Capito-
lium intempesta nocte [2] eunti, nunquã canes allatrarunt. Nec hic quid-
quam prius cœpit, quàm in cella Iouis diutissimè sedisset, quasi diuinam
mentem accepisset. Decem & octo annorũ [b] patrem apud Ticinum sin- b DXXXV.
gulari virtute seruauit. Clade [3] Canensi [c] nobilissimos iuuenes Italiam de- c DXXXVII.
serere cupientes, sua auctoritate cõpescuit. [4] Reliquias incolumes per me-
dia hostiũ castra Canusium perduxit. Vigintiquatuor annorũ Prætor in
Hispaniã missus Carthaginẽ, [5] qua die venit, [d] cepit. Virginem pulcherri- d DXLII.
mam, ad cuius aspectum concurrebatur, ad se vetuit adduci, patriq; [6] eius

ANNO V.C. ac ſponſo reſtitui iuſſit. Aſdrubalem, [e] Magonémque fratres Anni- A
e DXLVII.
f DXLVII. balis Hiſpania expulit. Amicitiam cum Syphace Maurorum rege [f] con-
iunxit, Maſiniſſam in ſocietatem recepit. Victor domum regreſſus,
g DXLIIX. Conſul [g] ante annos factus, concedente collega in Africam claſſe traie-
h DL. cit. Aſdrubalis & Syphacis caſtra vna nocte [h] perrupit. Reuocatum ex I-
i DLI. talia Annibalem [i] ſuperauit. Victis Carthaginienſibus [k] leges impoſuit.
k DLII. Bello Antiochi [l] legatus fratri fuit, captum filium gratis recepit. A Peti- B
l DLXIII.
m DLXVI. lio [7] Acteo Tribuno pleb. repetundarum [m] accuſatus, librum rationum
in conſpectu populi ſcidit. *Hac die,* inquit, C*arthaginem vici,* [*quaſi*] *bo-
num factum, in Capitolium eamus, & Diis ſupplicemus.* Inde in voluntarium
n DLXVIII. exſilium conceſſit, vbi reliquam egit ætatem. Moriens [n] ab vxore petiit,
ne [9] corpus ſuum Romam referretur.

1. Vett. lib. *ex virtute Africanus dictus: Iouis filius credidus eſt:* Pòſt iidem *acciperet* melius quã *accepiſſet.*

2. Plautus Pœnulo accuſandi caſu: *Etiam me meæ allatrant canes.*

3. *Clade Cann.*] ὕϛερον πρωτερόν. Sic concinnanda videntur: *Clade Cannonſi reliquias incolumes perm. h. c. Can perduxit. Nobiliſſimos iuuenes.* cetera.

4. *Reliquias*] Id fecit P. Sempronius Tuditanus. Liuius lib. XXII.

5. *Carthaginem nouam*] amplius vett. libri: quæ παρπαγένη cognominatur Appiano Alexandrino, qui turpi errore eandem atque Saguntum Hiſpaniæ fuiſſe ſcribit. Vide Abrahami Ortelii viri doctiſſ. Synonymiam Geographicam recens editam.

6. Fit neſcio quomodo, vt ſummo, conſenſu M.SS. omn. *patríque eius ſponſor aſtitit*, præferant. Nihil tamen demuto. Talis in Alexandro Magno continentia.

7. Abſque Liuio eſſet, hic locus à M.SS. perſanari non poſſet, in quibus *Ateio* pro *Actæo,* ſine varietate ſcriptum reperi: leg. igitur *A Petilliis ac Nævio*, parua facta immutatione: dictionum enim affinitas oſcitantes librarios & imperitos ferè fefellit ex Liuii libro XXXVIII. ſub finem, & eius Epitoma: Vide quæ doctiſſimus Sigonius adnotauit, & Agellium libro IIII. cap. XVIII. Plutarchus Catone, & Apopht. Πετιλλίους numero multitudinis vocat, & duos fuiſſe, auctor Appianus Syriaca: geminata etiam ll. ſcribunt. C

8. *quare Bonum factum* M. S. alii qm̃ quod valet, *quoniam*. Ego vtrumque tanquam gloſſema ὀβελίζω etiam illud *quaſi*, Læuinus Torrentius ſic cenſuit emendandum: *Bonum factum ſi in Capit.* De qua boni ominis formula B. F. vide Notas. auctoris. D

9. *Ingrata,* inquit, *patria cineres non habebis meos.* Vide Senecam de beneficiis libro V. cap. XVII. Ennius hoc illi Epitaphium poſuit.

*Hic eſt ille ſitus, cui nemo ciuis neque hoſtis.*
*Quiuit pro factis reddere operæpretium.* E

Idem Seneca lib. XIX epiſtolarum, vbi plures de eodem verſus exſtant.

## M. LIVIVS SALINATOR. 50

a DXXXV. LIVIVS Salinator primò Conſul de Illyriis [a] triumphauit: dein- F
de [1] ex inuidia peculatus reus ab omnibus tribubus excepta Me-
b DXLVI. tia condemnatus. Iterum cum Claudio Nerone inimico ſuo [b] Con-
ſul, ne Reſpubl. diſcordia malè adminiſtraretur, amicitiam cum [2] eo
c DXLIX. iniunxit, & de Aſdrubale triumphauit. Cenſor [c] cum eodem colle-
ga omneis tribus excepta Metia, ærarias fecit. Stipendio priuauit eo
crimine quòd aut priùs ſe iniuſtè condemnaſſent, aut poſteà tantos ho-
nores non rectè tribuiſſent.

A 1 *tandem ex inuidia.*] Malo, quanuis M. S. tamen legat.

2 *cum eo iunxit: & victo Asdrubale*] M. SS. & inf. *stipendiis priuauit.* ANNO C.V.

## T. QVINCTIVS FLAMINIVS. 51.

TItus [1] Quinctius Flaminius, (Flaminii, qui apud Trasimenum pe-
riit, filius,) Consul [a] Macedoniam sortitus ducibus [2] Caropis a DLV.
principis pastoribus prouinciam [b] ingressus, Regem Philippum prælio b DLVI.
fudit, castris exuit. Filium eius Demetrium obsidem accepit: quem pe-
B cunia multatum, in regnum restituit. A [c] Nabide quoque Lacedæmo- c DLVIII.
monio filium obsidem accepit. [3] Liberos [d] etiam Græcos Nemeæ per d DLVI.
præconem pronunciauit. Legatus [e] etiam ad Prusiam, vt Annibalem re- e IↃLXXI.
peteret, [4] missus.

1 *Quinctius Flamininus.*] leg. Quæ sequuntur virgulis inclusa ad eum non pertinent. Gens enim Quinctia, cui Flaminini cognomẽtum, patricia. Flaminia plebeia.

C 2 *Caropi principis,*] inflectit Liuius. M. SS. fere *Charopa.*

3 Legendum *Liberos.* Alii *esse* pro *etiam* excuderunt. M. SS. *Ludos Iunoni Samiæ per præc. pronunc.* vel *prænunciauit.* Bis autem libertas denunciata. In ludis Isthmiis deuicto Philippo, libertas Græciæ Liuius XXXIII, Annali & Plutarch. Iterum in Nemæis Nabide victo proclamata libertas Argiuorum. Liuius lib. 34. & Valerius lib. 4. cap. 8.

4 Adscriptum in M. SS. *Idem postea Proconsul Philippum bellum renouantem etiam cum eo Thracas, Macedones, Illyrios, multasque gentium partium ipsius bello subegit.* Quę cum prioribus gemina esse videntur.

## M. FVLVIVS NOBILIOR. 52.

MArcus [1] Fuluius Nobilior Consul [2] Ætolos Ambraciotasque su-
D perauit: vnde ouans Vrbem introiit. Consul Achæos, qui bello
Macedonico interfuerant, post ad Antiochum defecerant, præliis fre-
quentibus victos, & in Ambraciam oppidum coactos, in deditionem * IↃLXVI.
accepit: [3] tamen signis, tabulisque pictis spoliauit, de quibus * triumpha-
uit. Quam victoriam per se magnificam Quinctus Ennius amicus eius
insigni laude celebrauit.

1 *Marcus*] prænomen illius in Tabulis
E Capitolinis. Inf. contra in quib. editis *Marcus Ennius* præpostere appellatur.

2 M. SS. *Consul Ettenas Vritanosque.*] Alii *Surritanosque superauit.* Quidam etiam *Oretanosque*, nonnulli *Surintanosque* scriptum habebant, Mox: *Consul Aetolos qui bello Maced. Romanis adfuerant.* lege tamẽ *M. Fuluius Nobilior Prætor Hispanos superauit: vnde ouans Vrbem introiit. Consul Aetolos Ambraciotasque qui bello Maced. Romanis adfuerant*: Prætura autem in A. v. c. IↃLXII. cadit: Consulatus IↃLXIIII. legẽd. Orosius lib. 4. cap. 10.

3 Malo, *tantum signis tabulisque* ex v. c. De Ennio poeta, vide notas Auctoris.

## L. SCIPIO ASIATICVS. 53

F SCipio Asiaticus, frater Africani, infirmo corpore, tamen in Africa
virtutis nomine à fratre laudatus, Consul [a] Antiochum Regem Sy- a IↃLXIII.
riæ legato fratre apud Sipylum montem, quum arcus hostium pluuia b DLXIV.
habetati fuissent, vicit: & regni relicti à [1] patre parte [b] priuauit: hinc A-
siaticus dictus [2] Post reus [c] pecuniæ interceptæ, ne in carcerem ducere- c DLXVI.
tur Gracchus Tribunus plebis intercessit. M. Cato Censor [d] equum ei d DLXIX.
ignominiæ caussa ademit.

1 *á patre.*] A fuit à M. SS. aliquot, & mox. *Gracchus pater Trib. pleb. licet inimicus eius, intercessit.* iidem.

2 M. S. Theod. Pulmanni. *Hic cum Boiorum gente conflixit: in quo prælio XX. millia hostium interemit. Post reus pec.*

ANNO V.C.

## ANTIOCHVS REX SYRIÆ. 54

A

a IↃLXI. ANTIOCHVS Syriæ rex nimia opum fiducia bellum Romanis[a] intulit, specie Lysimachiæ repetendæ, quam à maioribus suis in Thracia [1] conditam Romani possidebant: statimque Græciam, insulasque eius
b IↃLXII. occupauit. In Eubœia luxuria[b] elanguit: aduentu Atilii Glabrionis[2] exercitus Thermopylas occupauit. Vnde industria M. Catonis eiectus,
c IↃLXIII. in Asiam refugit. Nauali[c] prælio, cui Annibalem præfecerat, à L. Æmilio Regillo superatus: filium Scipionis Africani, quem inter nauigandū ceperat, patri remisit: qui ei [quasi] pro reddenda gratia, suasit vt amicitiam Romanam peteret. Antiochus spreto consilio apud Sipylum B
d IↃLXIV. montem cum L. Scipione[d] conflixit. Victus, & vltra Taurum montem relegatus, à sodalibus, quos temulentus in conuiuio pulsauerat, occisus est.

C

1. Pro *conditam*, M.SS. ferè *quondam* legūt, & *M. Acilii Glabrionis*. Inf. quoque deest *quasi*, & certè à glossā est.

2. *excitatus*] scripta lectio. Potest etiam *exercitus* participium esse pro vexatus. Illud tamen malo.

## CN. MANLIVS VOLSO. 55

a IↃLXV. CNÆVS Manlius[1] Volso[a] ad ordinandam Scipionis Asiatici prouinciam, cupiditate triumphi bellum Pisidiis & Gallogræcis, qui Antio-
b IↃLXVI. cho affuerant,[b] intulit. His facilè victis inter captiuos vxor Regis[2] Orgiagontis centurioni cuidam in custodiam data: à quo vi stuprata, de iniuria tacuit. Est pòst impetrata redemptione, marito adulterum[3] centurionem interficiendum tradidit. D

1 *Vulso*] Tabulæ Capitolinæ scribunt, adduntque M.SS. *Consul*: Collega eius M. Fuluius Nobilior. Mox *Pisidiis* aliis, & *adfuerant*.

2 *Orgiagontis*] Liuius lib. 38. *Orgiagontis* & Sudæ collectanea. Nomen mulieris Chiomara.

3 ἀπὸ κοινοῦ reperitur: abest in antiq. lib.

## L. ÆMILIVS PAVLVS MACEDONICVS. 56

E

a DXXXVII LVCIVS Paulus Æmilius, filius eius, qui apud Cannas cecidit,[a] primo
b DLXXI. Consulatu,[b] quem post[1] tres repulsas adeptus erat, de Liguribus
c IↃLXXII. [c] triumphauit. Rerum gestarum ordinem in tabula pictum publicè po-
d DXXCV. suit: Iterum[d] Consul Persen Philippi filium, Regem Macedonum, apud Samothracas cepit, [quem] victum fleuit, & assidere sibi iussit: ta-
e IↃLXXXVI men in triumphum[e] duxit. In hac lætitia duos filios amisit. Et progressus ad populum, gratias Fortunæ egit: *quòd si quid aduersi Reip. imminebat, sua esset calamitate*[2] *decisum*. Ob hæc omnia & à populo, & à Senatu concessum est, vt ludis Circensibus triumphali veste vteretur. Ob huius[3] licentiam & paupertatem, post mortem eius dos vxori, nisi venditis possessionibus, non potuit exsolui. F

1 *Post tres repulsas egerat*] M.SS. in quibus pòst paulò relatiuum *quem* abest.

2 Alii *depulsum*. Auerruncare Deus mala dicitur.

3 *Ob huius continentiam*] Vett. ll. rectè scriptum habent. Vide Notas.

T. SEM-

ANNO V.C.

## T. SEMPRONIVS GRACCHVS. 57

TITVS[1] Sempronius Gracchus nobiliſſima familia ortus, Scipionem
Aſiaticum quamuis inimicum, duci[a] in carcerem non eſt paſſus. a DLXVI.
Prætor[2] Galliam domuit, Conſul Hiſpaniam, altero Conſulatu Sardi-
niam: tantumq́;[3] captiuorum adduxit, vt longa venditione res in Pro-
uerbium veniret, SARDI *venales*. Cenſor[b] libertinos, qui ruſticas tribus b DXXCIV.
B [4]occuparent, in quatuor vrbanas diuiſit: ob quod à populo collega eius
Claudius (nam ipſum auctoritas tuebatur) reus factus: & quum eum
duæ claſſes condemnaſſent, Tiberius iurauit, ſe cum illo in exſilium itu-
rum: ita reus abſolutus eſt. Et quum in domo Tiberii duo angues e ge-
niali toro repſiſſent, reſponſo dato eum de [5] dominis periturum, cuius
ſexus anguis fuiſſet occiſus: amore Corneliæ coniugis marem iuſſit in-
terfici.

C

1 *Tiberius Sempronius*] leg. Natum mendum ex litterarum compendiis in prænominibus.

3 Locus contaminatiſſimus, quem ſic in integrum reſtituere tentabam. *Prætor Hiſpaniam obtinuit, & altero Conſulatu Sardiniam, quam primùm Conſul domuerat.* verùm ſine libris nihil muto.

3 *tantumque numerum capt.*] Vide Feſtum Pompeium de hoc adagio, & Plutarchum Problematis.

4 *occuparant*] lege, niſi *quod ruſticas* mauis.

5 *de duobus periturum*] Libri vett. & *ſerpſiſſent* iidem legunt.

## P. SCIPIO ÆMILIANVS. 58

D PVBLIVS Scipio AEmilianus Pauli Macedonici filius à Scipione Afri-
cano adoptatus, in Macedonia cum patre agens, victum[a] Perſen a IↃXXCV.
tam pertinaciter perſecutus eſt, vt media nocte in caſtra redierit. Lucul-
lo in [1] Hiſpaniam legatus, [b] apud Intercatiam oppidum prouocatorem b IↃCII.
ſingulari prælio vicit. Muros hoſtilis ciuitatis primus aſcendit. Tribu-
nus [c] in Africa ſub [2] Manilio Imperatore cohortes octo obſidione valla- c IↃC.V.
tas conſilio & virtute ſeruauit, à quibus corona[3] donatus. Quum ædili-
E tatem [d] peteret, Conſul antè[4] annos vltrò factus, Carthaginem intra ſex d IↃCVI.
menſes deleuit. Numantiam in Hiſpania, correcta priùs militum diſci- BELLVM
plina, fame[e] vicit: hinc[f] Numantinus dictus, Caio Lælio plurimùm v- PVNICVM TERTIVM
ſus. Ad reges adeundos[f] miſſus, duos ſecum, præter eum, ſeruos du- e IↃCXX.
xit. Ob res geſtas[6] ſuperbus, Gracchum iure occiſum videri[g] reſpondit f IↃCX.
obſtrepente populo, *Taceant*, inquit, *quibus Italia nouerca eſt, non mater*. Et addidit, g IↃCXXIII.
*Quos ſub*[7] *corona vendidi.* Cenſor[h] Mummio collega ſegniore in Senatu ait, h IↃCXI.
*Vtinam mihi collegam aut dediſſetis, aut non dediſſetis.* Suſcepta [i] Agrariorum cauſa i IↃCXXIV.
domi repente exanimis inuentus, obuoluto capite elatus, ne liuor in o-
re appareret. Huius patrimonium tam exiguum fuit, vt[8] XXXII. libras
F argenti, duas & ſemilibram auri reliquerit.

1 Leg. *Hiſpania*: niſi ruſticè loqui, & ſolœciſmum facere placet.

2 Alii *Tito Manilio*. M. SS. partim *Mallio* partim *Manlio*, *Manio*, *Manilio*, rectum eſt ex Ciceronis Bruto, initio Somnii Scipionis Appiano, cæteris. In Epitoma Liuiana hodieque mendosè L. Manlius legitur lib. quadrageſimo nono.

3 *corona obſidionali aurea*, M.SS.

4 *ante annos*] Ætatis trigeſimo ſexto an-

ANNO AB. no, M. Velleio Paterculo auctore.

5 M. SS. duo *Hinc Numantinus, Panætio Philoſopho plurimum vſus.* De vtroque iuxta verum eſt: Vulgatam tamen lectionem retineo. Amicitiam horum etiam Prouerbio locum dedit: in qua & Ciceronis Lælius conſumitur. Vide Notas Andreæ Schotti, quibus adde & Paterculum libro primo & ſecundo extremo. A

6 *ſuperbè* malo: & *cæſum videri.*

7 *Sub corona*] Videndus Agellius lib. 7. cap. 4. Noct. Atticarum. Vtitur Cæſar 3. belli Gallici, Liuius lib. 31. Tacitus 13. Annal.

8 *vt* XXXII. *libras & ſelibram auri reliquerit*] Vett. ll.

## C. HOSTILIVS MANCINVS. 59

CAIVS[1] Hoſtilius Mancinus Pretor aduerſum Numantinos vetantib. B
a IOCXI. auibus, & neſcio qua voce reuocante profectus, quum ad Numan-
tiam veniſſet, exercitum[2] Popillii acceptum priùs corrigere decreuit: in-
de ſolitudinem petit. eo die Numantini fortè ſollemni nuptu filias loca-
bant, & vnam ſpecioſam duobus competentibus, pater puellæ condi-
tionem tulit, vt ei illa nuberet, qui hoſtis dexteram attuliſſet. Profecti
iuuenes abſceſſum Romanorum in modum fugæ properantium co- C
gnoſcunt: rem ad ſuos referunt. Illi ſtatim quatuor millibus viginti
[3] millia Romanorum ceciderunt. Mancinus, auctore Tiberio Graccho
Quæſtore,[4] in leges hoſtium fœdus percuſſit: quo per Senatum impro-
bato, Mancinus Numantinis[5] deditus, nec receptus, augurio in caſtra
deductus, præturam[6] poſtea conſecutus eſt.

1 *Caius*] Verùm prænomen, non *Aulus*, legendumq; *Conſul*, non *Prætor*, ex Epitoma libri 55. Vox autem exſtat in Iulio Obſequente de Prodigiis, *Mane, Mane, Mancine*, & in Epitoma 55.

2 Reſtituo *Popillii* parua immutatione. Vulgati *Pompeii* procliui errore, vel *Pompilii*. dictus M. Popillius Lænas. Appianus & Oroſius lib. 5. cap. 4.

3 *triginta millia*] Epitoma Liuii L. V. numerat. In compendiis, quæ ſingulis literis notantur, littera decuſſatim ſcripta, vel illic omiſſa, vel hic addita.

4 *Quæſtore ſuo*] M.SS. amplius.

5 M.SS. variant. *Numantinis redditus nec repetitus, à genero in caſtra reductus.* Sed rectè legitur: tantùm illud de auſpicatò in caſtra deducto D alibi collocandum videtur ex Oroſio lib. 5. cap. 4. & 5. Plautus Epidico. *Virtute atque auſpicio Epidici cum præda in caſtra redeo.*

6 Anne Conſularis Prætor fit? Fortè probri cauſſa ordine motus vt eum recuperaret, Præturam alteram gerebat: vt apud Salluſt. Catilinario Corn. Lentulus Sura. Simile in Liuio exemplum extremo lib. x. de Papirio Curſore. Vide Notas auctoris ad Metellum Pium. & l. 4. D. De captiuis & poſtlim. reuerſ. & l. fin. D. de legationib. & E Cicero in Topic.

## L. MVMMIVS ACHAICVS. 60

LVCIVS Mummius deleta[1] Achaia Achaicus, aduerſus Corinthios
a IOCVII. [2] miſſus, victoriam alieno labore quæſitam intercepit. Nam quum
illos, Metellus Macedonicus apud Heracleam fudiſſet, & duce Crito-
lao priuaſſet, cum lectoribus & paucis equitibus in Metelli caſtra pro- F
perauit. Corinthios apud Leucopetram vicit duce[2] Dioneo, qui do-
mum refugit, eamque incendit: coniugem interfecit, &[3] ſe in ignem
præcipitauit: excepto ipſo nemo interiit. Mummius Corinthum
b IOCIIX. ſignis tabuliſq; [b] ſpoliauit: quibus quum totam repleſ-
ſet Italiam, in domum ſuam nihil
contulit.

A 1 *deuicta Achaia, Achaicus: Consul*] libri vett. Neque enim deleuit.

2 *duce Diaeo*] leg. ex Pausania in Achaicis, licet M.SS. *Dineo.*

3 Emenda ex auctoritate calamo exaratorũ & historiæ veritate, *& in ignem præcipitauit: ipse veneno interiit.* Io. Greionius Parisin. profess. cõiecerat, *accepto ipse* veneno *interiit*. Nec displicet.

## QV. CÆCILIVS METELLVS MACEDONICVS. 61

QVINCTVS Cæcilius Metellus à domita Macedonia Macedonicus:
B Prætor [a] Pseudophilippum, qui idem Andriscus dictus est, vicit. A- a ɪↃCV.
chæos bis [b] prælio [c] fudit: triumphandos Mummio tradidit. Inuisus b ɪↃCVII.
plebi ob nimiam seueritatem: & ideò [tertiò] post duas repulsas Consul c ɪↃCIIX.
[d] ægrè factus, Arbachos in Hispania domuit. Apud[1] Contrebiam op- d ɪↃCX.
pidum cohortes loco pulsas [e] redire & locum recipere iussit. Quum o-
mnia [2] proprio & subito consilio ageret, amico cuidam quid acturus es- e ɪↃCXI.
set roganti: *Tunicam*, inquit, *meam exurerem, si eam consilium meum scire existimarem.*
C Hic quatuor filiorum pater supremo tempore humeris eorum ad sepul-
chrum latus est: ex quibus treis [3] consules, vnum etiam triumphantem
vidit.

1 *Apud Trebiam*] alii: alii *Cantabriam.*

2 *propero*] M.S. Valerius lib. 2. cap. 2. & mox *exuerem.* Nihil demuto.

3 *consulares*] Rectius iidem M.SS. vide Notas auctoris.

## QV. CÆCILIVS METELLVS NVMIDICVS. 62

D QVINCTVS Cæcilius Metellus Numidicus, [1] qui de Iugurtha Rege
[a] triumphauit, Censor [b] Quinctium, qui se Tiberii Gracchi filium a ɪↃCXIV.
mentiebatur, in censum non recepit. Idem in legem Apuleiam per vim b ɪↃCLI.
latam iurare [c] noluit: Quare in exilium actus [2] Smyrnæ exsulauit, Clau- c ɪↃCLIII.
E dia [3] deinde rogatione [d] reuocatus, cùm Ludis fortè literas in theatro ac- d ɪↃCLIV.
cepisset, non prius eas legere dignatus est, quàm spectaculum finiretur.
Metellum [4] sororis suæ virum laudare noluit, quod is [5] olim suum iudi-
cium & leges detrectarat.

1 Melius vett. codd. *quia consul de Iug. Rege Numidiæ triumphauit.*

2 Hæc inter cætera auctoris huius ἁμαρτήματα numeranda. Rhodum enim in voluntariũ
F exsilium secessit. Epitoma 69. & Plutarchus.

3 Leg. *Calidia* monuit Ioannes Oliuarius ex Cicerone pro Plancio & Valerio Maximo libro quinto, capite secundo, Q. Calidius dictus.

4 Metellus appellari qui potuit, nisi incestas nuptias fuisse putemus. *Metellus* eidem Oliuario doctiss. reponendum videbatur. Ex Ciceronis actione 6. in Verrem, lege *L. Lucullum sororis suæ.* In M.SS. *quod is olim* (in aliis *solus*) *iudicium contra leges detractarat.*

## QV. METELLVS PIVS. 63

QVINCTVS Metellus Pius Numidici filius, Pius, quia patrem lachry-
mis & precibus assiduè ab exsilio reuocauit. Prætor [a] bello sociali Q. a ɪↃCLXIV.
[1] Pompeium Marsorum ducem interfecit. Consul [b] in Hispania Hercu- b ɪↃCLXX.
leios fratres oppressit. Sertorium Hispania expulit. Adolescens [2] in peti- III.
tione Præturæ & Pontificatus, Consularibus viris [c] prælatus est. c ɪↃCLXXIX

1 *Q. Popedius Silo*, quomodo emendabit qui me audiet, ex libris calamo exaratis & Plutarcho. Vidi qui *Pompedium* appellarent, propius ad *Pompeii* nomen. vnde procliuius error librariis extrita litera obiectus.

2 *De adolescentia* ampla significatione, vide Notas And. Schot i, & Fragmenta Cornelii Nepotis.

ANNO V.C.

## TIBERIVS GRACCHVS. 64 A

a IↃCXVI. TIBERIVS Gracchus Africani ex filia nepos, qæſtor [a] Mancino in Hi-
ſpania fœdus eius flagitioſum probauit. Periculum deditionis elo-
b IↃCXX. quentiæ gratia effugit, Tribunus plebis [b] legem tulit, ne quis plus [1] mille
agri iugera haberet, Octauio collega [2] intercedente, nouo exemplo ma-
giſtratu abrogauit. Deinde tulit, vt [3] familia, quæ de Attali hereditate e-
c IↃCXXI. rat ageretur, & populo diuideretur. Deinde [c] quum prorogare ſibi po- B
teſtatem vellet, aduerſis auſpiciis in publicum proceſſit, ſtatimque Ca-
pitolium petiit, manum ad caput referens, qua ſalutem ſuam populo
commendabat. hoc nobilitas ita accepit, quaſi diadema [4] poſceretur.
Segniterq; ceſſante Mutio conſule, Scipio Naſica ſequi ſe iuſſit, qui ſal-
uam Rempub. vellent, Gracchum in Capitolium perſequutus oppreſ-
ſit. Cuius corpus Lucretii Ædilis manu in Tiberim miſſum: vnde ille
Veſpillo dictus. Naſica vt inuidiæ ſubtraheretur, per ſpeciem legationis C
in Aſiam ablegatus eſt.

1 *plus quingenta agri iugera* leg. ex Plutarc. Gracchis, contra libros.

2 *collega intercedenti*, reponendum -- & *magiſtratum abrogauit.* licet vet. codex vnus *magiſtratũ abdicauit* ſcriptũ præferat. Cic. 3. de leg. & Iul. Obſequens de magiſtratuum abrogatione.

3 *vt ea familia.* M.SS. *vt ex ea familia*, partim *vt ex ea pecunia*, neutrum placet. Familia enim olim pro procunia in 12. tabul. & Suetonio Nerone cap. 4. Quæ in Notis copioſius explicata. Et *caput agi* dicemus eleganter. Cicero in Lælio: *Minus iuſtæ amicorum voluntates adiuuandæ ſunt, in quibus eorum aut caput agitur aut fama.* Quam etiam lectionem confirmat Agell. lib. 1. cap. 3. Male, qui *de capite* ſubſtituerunt. Terent. Heauton. *Non nunc pecunia agitur*: quomodo & in Phormione leg. videtur Actu 4. Cicero pro Cæcinna: *Agitur ius ciuitatis, bona, fortunæ omnium ciuium.*

4 *diadema poſceret.* Alii & *Mucius* Græca cõſuetudine per c. ſcrib. *& ſequi ſe iuſſis*, libri vett.

5 Additum in M.S. Pulm. neſcio vnde: *Cùm Comitiorum die Gracchus ſeditiones populi accenderet, auctore Naſica inflammata nobilitas fragmentis ſubſelliorum plebem fugauit: Gracchus per gradus, qui ſunt ſuper Calpurnium fornicem detracto amminiculo fugiens ictus fragmẽto ſubſellii corruit, rurſuſq; aſſurgens alio ictu clauæ cerebro impactæ occubuit. Ducenti in ſeditione interfecti, quorum corpora in Tiberim proiecta ſunt.* D

## C. GRACCHVS. 65

a IↃCXXIX CAIVS Gracchus peſtilentem Sardiniam Quæſtor [a] ſortitus, non ve- E
niente ſucceſſore, ſua ſponte diſceſſit. Aſculanæ & [1] Fregelanæ de-
b IↃCXXX. fectionis inuidiam ſuſtinuit. Tribunus plebis [b] agrarias & frumentarias
leges tulit. colonos etiam Capuam & Tarentum mittendos cenſuit.
Triumuiros agris diuidendis ſe & Fuluium Flaccum, & C. Craſſum
conſtituit. Minutio [2] Ruffo Tribuno pl. legibus ſuis abrogante in Ca-
c IↃCXXXII pitolium [c] venit: vbi quum Atilius præco Opimii conſulis in turba fuiſ-
ſet occiſus, in forum deſcendit, & imprudens concionem à Tribuno pl. F
auocauit. Quare [3] accerſitus, cùm in Senatum non veniſſet, armata fami-
lia Auentinum occupauit. Vbi ab Opimio victus, dum à templo [4] Dia-
næ deſiliit, talum intorſit, & Pomponio amico apud Portam Trigemi-
nam, [5] P. Lectorio in ponte ſublicio perſequentibus reſiſtente, in lucum
d IↃCXXXII Furinæ peruenit. Ibi vel ſua, vel ſerui [6] Euphori manu [d] interfectus: ca-
put à [7] Septumeleio amico [8] Gracchi ad Opimium relatum, auro expen-
ſum fertur, propter auaritiam infuſo plumbo grauiùs effectum.

1 Fre-

ANNO. V. C.

A

1 *Fregellanæ* geminata. ll. ſcrib. docent litteratores. De Sardinia aeris peſtilentis, Martialis:

*Nullo fata loco poßis excludere, cum mors*
*Venerit, in medio Tibure Sardinia eſt.*

2 M. SS. *Minucio Rufo Trib. pl. legibus ſuis obrogante.* Melius Florus lib. 3. cap. 15. *abrogare auſo legibus ſuis.* Quid ſi *leges eius abrogante.* reponas ex Oroſii lib. 5. cap, 1. Dandi tamen caſu dixit

B Ouid 2. Triſt. *Et nimium ſcriptis abrogat ille meis,* niſi quis *obrogat* leg. cenſeat, vt apud Liuium in M.SS. doctiſſ. Pithœus obſeruauit lib. 9. Annal. *Vbi duæ leges ſunt. ſemper antiquæ obrugat noua.* & Cicero apud Lactant. lib. 6. Diuin. Inſtit. *Huic legi neque obrogari fas eſt, neque tota abrogari poteſt.* Mox *Atilius* ſimplici t. libb. vett. *Antilium* Plutarch. & Appianus vocant.

3 Rectius M.SS. *Quare arceßitus: &c.*

4 *templo Lunæ*] libri aliquot. Male hic *telum intorſi* antea legebatur: quæ vox & in auctore de bello Hiſpanienſi corrupta pro *talum intorſit.* Poſt, *Pontio amico* in 2. M.SS. vidi.

5 *Pub, Lætorio*, antiquitus ſcribebant & in marmoribus Capitol. ſcalptum reperias. Mox libb. vet. *lucum Furrianæ* quod abnuo. De *Furina* dea M. Ter. Varro lib. 4. & 5. de l. Lat.

6 *Euporus* vocatur à Paterculo, *Philocrates* à Plutarch. Grucchis & Valerio lib. 6. cap. 8.

7 *Septimuleio,*] vetuſtiſſ. exemplar: alii fere *Septimo Ateio*, vel *Atello* repreſentant.

8 *Amico Gracchi*] Plinius lib. 33. cap. 3. & Val. Max. lib. 9. cap. 4. familiarem Gracchi faciunt. Plutarchus vero Opimii.

C

## M. LIVIVS DRVSVS. 66

MArcus Liuius Druſus genere & eloquentia magnus, ſed ambitioſus & ſuperbus, Ædilis munus magnificentiſſimum dedit:[1] & ibi Rubrio collegæ quædam de vtilitate Reipub. ſuggerente, *Quid tibi,* inquit, *cum Republica noſtra?* Quæſtor in Aſia nullis inſignibus vti voluit, ne quid ipſo eſſet inſignius. Trib.[a] pleb. Latinis ciuitatem, plebi agros, a IↃCLXII.

D equitibus curiam, Senatui permiſit. Nimiæ liberalitatis fuit. Ipſe etiam profeſſus, nemini ſe ad largiendum præter cælum & cœnum reliquiſſe. Ideoque quum pecunia egeret, multa contra dignitatem fecit.[2] Magulſam Mauritaniæ principem ob regis ſimultatem profugum, accepta pecunia Boccho prodidit: quem ille elephanto obiecit. Adherbalem filium regis Numidarum obſidem domi[3] ſuæ ſumſit, redemtionem eius occulte à patre ſperans. Cæpionem inimicum actionibus ſuis reſiſten-

E tem, ait ſe de ſaxo Tarpeio præcipitaturum. Conſuli[b] legibus agrariis b IↃCLXII. reſiſtenti ita collum in comitio obtorſit, vt multus ſanguis efflueret è naribus,[4] quæ ille luxuria comprobrans morti iam detrudi ſe dicebat: deinde ex gratia in inuidiam venit. nam plebs acceptis agris gaudebat, expulſi dolebant, equites[5] lecti lætabantur. Senatus permiſſis iudiciis exſultabat: ſed ſocietatem cum Equitibus ægre ferebat. Vnde Liuius anxius, vt Latinorum poſtulata differret, qui promiſſam ciui-

F tatem flagitabant, repente in publico concidit, ſiue morbo[6] comitiali, ſeu hauſto caprino ſanguine, ſemianimis domum relatus. Vota pro illo per Italiam publice ſuſcepta ſunt: & quum Latini Conſulem in Albano monte interfecturi eſſent, Philippum admonuit vt caueret. Vnde in Senatu accuſatus, quum domum ſe reciperet immiſſo inter turbam percuſſore, corruit. Inuidia cædis apud Philippum & Cæpionem fuit.

ANNO V. C. 1 *Vbi Remmio collegæ ſuggerenti,*] dandi caſu. Sic antiquiſſ. exempla M.SS.

2 *domi ſuæ ſuppreßit, redemtionem eius occultam.* iidem libri.

3 Amplius ſcripti codd. *Philippo Conſuli.* qui locus in errorem induxit Dominicum Machaneum, & Philippum Poncherium interpretes huius libelli. Et poſt, *effunderetur* pro *effluerer* Nihil tamen demuto.

4 Contaminatus locus ſi quis alius, fœdis Harpyiarum vnguibus. M. SS. duo D. Victoris & Franc. Pithœi *quæ illa luxuria exprobrans mori aut detur dixiſſe dicebat.* Corrupte, propius tamen ad veram lectionem quam in opt. exemplarique Theodori Pulmanni repperi: *quem* (*vel quam*) *ille, luxuriam opprobrans, muriam de turdis eſſe dicebat.* Quam ego germanam lect. eſſe Iouem lapidem iurare auſim. Vulgata certe ferri non poteſt. Et iniuriam fecere Schotti Duacenſis Typographi operæ, quæ *iniuriam* excuderunt pro *muriam*. De muria & garo ſociorum, Plinius, Columella, Athenæus, Pollux, alii. De turdis, Martialis & popinæ profeſſores Apicii. Mox, *ex gratia nimia in inuid.* Pithœi vero, *Deinde ex gratia inuidia. Nam* de his iudicet S. P. Q. litteratus. A

5 In M. SS. *Equites in Senatum lecti latabantur.* De equitibus hæc in Hiſtoria non repperi. Suſtineo igitur, & *Amplius* pronuncio. B

6 De comitiali morbo Plinius lib. 25. cap. 5. & Agell. 17. cap 15. Suetonius de Cæſare c. 45. De caprino ſanguine idem Plinius lib. 28. cap. 9. extremo Taurino extinctus Themiſtocles. Corn. Nepos.

## C. MA[R]IVS PATER. 67.

CAius Marius ſepties Conſul, Arpinas humili loco natus, primis honoribus per ordinem functus, legatus [a] Metello in Numidia cri- C
a IↃCXLIV. b IↃCXLVI. minando [1] Conſulatum [b] adeptus. Iugurtham captum [c] ante currum
c IↃCXLIX. d IↃCL. egit: in proximum annum Conſul [d] vltro factus [2] Cymbros in Gallia a-
e IↃCLI. f IↃCLII. pud [e] aquas Sextias, Teutonas in [f] Italia in campo Claudio, vicit, deque his triumphauit. Vſque [3] ad ſextum Conſulatum per ordinem fa-
g IↃCLIII. ctus, Appuleium [g] Saturninum Trib. pleb. & Glauciam prætorem ſedi-
h IↃCLXV. tioſos ex Senatuſconſulto interemit. Et quum Sulpitia rogatione prouinciam Sullæ [h] eriperet, armis ab eo victus, Minturnis in palude la- D
tuit. Inuentus, & in carcerem coniectus, immiſſum percuſſorem Gallum vultus auctoritate deterruit, acceptaque nauicula in Africam tra-
i IↃCLXVI. iecit: ibi diu exſulauit. Mox [i] Cinnana dominatione reuocatus, ruptis ergaſtulis, exercitum fecit: cæſiſque inimicis iniuriam vltus, ſeptimo
k IↃCLXXII Conſulatu, [k] vt quidam ferunt, voluntaria morte deceſſit.

1 *Criminando eum,* Libri vett.

2 *Teutonas in Gallia apud aquas Sextias, Cymbros in Italia in cãpo Caudio vicit,* leg. ex Liuio & Floro lib. 3. cap. 3. *Teutonos* alii vocant. Cui lectioni reſpondent anni Conſulares ad oram adſcripti. E

3 Vidi qui *Vſque ad ſextum Conſul per ord.* excuderant. Melius qui *Sexies Conſul.*

## C. MARIVS FILIVS. 68

a IↃCLXXI. CAius Marius filius [1] viginti quinque annorum Conſulatum [a] inuaſit: quem honorem tam immaturum mater fleuit. Hic patri ſæuitia ſimilis, Curiam armatus obſedit, inimicos trucidauit, quorum corpora in Tiberim præcipitauit. In apparatu belli, quod contra Sul-
b IↃCLXXI. lam [b] parabatur, apud Sacriportum vigiliis & labore defeſſus, ſub dio F
requieuit. & abſens victus, fugæ, non pugnæ interfuit. Præneſte refugit, vbi per Lucretium Offellam obſeſſus, tentata per cuniculum fuga quũ omnia ſepta intelligeret, iugulandum ſe Pontio Theleſino præbuit.

1 *Viginti annorum*] facit Epitoma Liuiana libri 86. *viginti ſeptem annorũ* libri M. SS. omnes.

2 *Afellam* vocant ſcripti lib Plutarc. ſylla ὀφέλλαν. *Theleſinum* abſque ſpiritu iidem, & ſup. ſub diuo.

## L. CORNELIVS CINNA, 69

a IↃCLXVI. LVcius Cornelius Cinna flagitioſiſſimus Rempublicam ſumma crudelitate vaſtauit. Primo [a] Conſulatu legem de exſulibus reuocandis

A candis ferens, ab Octauio collega prohibitus & honore priuatus, vr- ANNO V.C.
be profugit: vocatiſque[1] ad pileum ſeruis, aduerſarios vicit: Octauium
interfecit: Ianiculum occupauit. Iterum [b] & [2] tertio [c] Conſulem ſe ipſe b IↃCLXVII. c IↃCLXIIX.
fecit. Quarto Conſulatu [d] quum bellum contra Sullam pararet. [3] Anco- d IↃCLXIX.
næ ob nimiam crudelitatem ab exercitu lapidibus occiſus eſt.

1 id eſt, ad libertatem. Vide notas Auctoris.
2 *& tertium*. M.SS. elegantius.
3 *Ancone*, iidem ſine diphthongo.

B

## C. FLAVIVS FIMBRIA. 70

C. Flauius Fimbria (ſæuiſſimus[1] quippe Cinnæ ſatelles) Valerio Flacco Conſuli [a] legatus in Aſiam profectus, per ſimultatem dimiſſus, a IↃCLXVIII.
corrupto exercitu, ducem interficiendum [b] curauit. Ipſe correptis imperii inſignibus, prouinciam ingreſſus, Mithradatem Pergamo expulit. b IↃCLXXXIIX.
Ilium, vbi tardius portæ patuerunt, incendi iuſſit, vbi Mineruæ tem-
C plum inuiolatum ſtetit, quod diuina maieſtate ſeruatum nemo dubitauit. Idem[2] Fimbria militię principes ſecuri [c] percuſſit: mox à Sulla Pergami[3] oppreſſus, corrupto exercitu deſertus ſemet occidit. c IↃCLXIX.

1 Alii *ſæuiſſimus quippe ſatelles*. Alii *ſæuiſſ. quippe curiæ ſatelles*, ſcriptum habent. Quidam etiam ita interpungunt. C. *Flauius Fimbria ſæuiſſimus, quippe* Cinnæ *ſatelles, L. Valerio Flacco.*
2 *Ibidem*. M.SS.
3 *obſeſſus* ]legi malim ex Oroſio lib. 15 cap. 19. Thyatiram, idem & Plutarchus Sulla πρὸς Θυατείρους.

D

## VIRIATVS LVSITANVS. 71.

Viriatus[1] genere Luſitanus, ob paupertatem primo mercenarius, deinde alacritate[2] victor, audacia latro, ad poſtremum dux, bellum aduerſum Romanos ſumſit, eorumque Imperatorem Claudium Vnimanum, [a] deinde C. Nigidium[3] oppreſſit. Pacem à[4] Popilio maluit in- a IↃCVII.
teger [b] petere, quam victus: & quum[5] alia dediſſet, & arma retinerentur, b IↃCXII.
E bellum renouauit. Cæpio quum vincere aliter non poſſet, duos ſatellites pecunia [c] corrupit, qui Viriatum humi[6] depoſitum perimerent. Quæ c IↃCXIII.
victoria, quia emta erat, à Senatu non probata.

1 *Viriathus*] Græca conſuetudine cum aſpirat. ſcribendus: οὐριάθος enim Appiano & Diodoro Siculo, *genere* autem pro origine dixit, vt ſup. cap. 47.
F 2 *vector*, alii. M.SS. omnes *venator*, quomodo & Florus & Epitoma Liuii 2.
3 De Prætoribus 4. cæſis vide Appianum & Florum lib. 2. cap. 17. & Epitoma libri 53.
4 *Pacem à populo maluit* M.SS. recte ſcripſit Victor, *à pop. Rom.*
5 M.SS. *& cum Italia deceſſiſſet, & aurum peteretur, bellum renouauit.*
6 Alii, *humo depoſitum*. Opt. exemplar, *vino depoſitum peremerunt*, vt Plautus Aulularia: *Vt me deponat vino eam affectat viam*. Appianus tres ſatellites corruptos ait, & Viriathum dormientem oppreſſum: quo auctore vulg. lectio retineri poteſt.

## M. ÆMILIVS SCAVRVS. 72

Marcus Æmilius Scaurus nobilis, pauper: nam pater eius, quanuis Patricius, ob paupertatem carbonarium negocium exercuit. Idem[1] primo dubitauit, honores peteret, an argentariam faceret: ſed elo-

ANNO.V.C. quentiæ conſultus, ex ea gloriam peperit. Primo in Hiſpania corniculum[2] meruit[a] ſub Horeſte in Sardinia ſtipendia fecit. Ædilis, [b] iuri[3] reddendo magis, quam muneri edundo ſtuduit. Prætor[4] aduerſus [c] Iugurtham: tamen eius pecunia victus. Conſul[d] legem de ſumtibus & libertinorum ſuffragiis tulit. P. Decium Prætorem tranſeunte ipſo ſedentem iuſſit aſſurgere: eique veſtem ſcidit, ſellam concidit: ne quis ad eum in ius iret, edixit. Conſul Ligures & Gantiſcos domuit, atque de his triumphauit. Cenſor[e] Æmiliam[5] ſtrauit. Pontem Miluium fecit. Tantumque auctoritate potuit, vt Opimium contra Gracchum, Marium contra Glauciam & Saturninum priuato conſilio armaret. Idem filium ſuum, quia præſidium [f] deſeruerat, in conſpectum ſuum, vetuit accedere. Ille ob hoc dedecus mortem ſibi conſciuit. Scaurus ſenex quum à Vario Tribuno [g] plebis argueretur, quaſi ſocios & Latium ad arma coegiſſet, ad populum ait. *Varius[6] Sucronenſis Aemilium Scaurum ait ſocios ad arma coegiſſe: Scaurus negat: vtri potius credendum putatis?*

a IↃCXIX. b IↃCXXVII c IↃCXLII. d IↃCXXXIIX e IↃCXLIV. f IↃCLII. g IↃCLXII.

A B C

1 *Ipſæ primo*] M.SS. libri & *officium* pro *negotium*: & mox *conſultar*.

2 *Corniculum* genus ornamenti quo milites ab Impp. re bene geſta virtutis ergo donabantur: patet ex Liuii lib. 10 epit. de Papirio Curſore. Alii *corniculo meruit* malunt, vt ſit dignitas militaris. vide Notas ex Frontino 3. Stratag. & Valerio lib. 6. & Suetonio de Illuſt. Gramm. Inde *Cornicularius* Suetonio in Domitiano ca. 17.

3 *Iuri reddendo*] vide l. 1. D. de Ædilitio edicto; & Inſtitut. de iure naturali gent. & ciuili.

4 *aduerſus Iugurtham pugnauit*: addunt quidam ex gloſſa Puto leg. legatus *Calpurnii Iugurtha aduerſus tãdem eius pec.* partim ex M. SS. partim ex Salluſtio. Sup. *Oreſte* abſque ſpiritu.

5 *viam Aemiliam.*] non neceſſario addunt M.SS. iidem *Moluium* vel *Muluium* pontem appellant.

6 Editi quidam & M.SS. *Varius Veronenſis.* Aldinus codex *Surius Sucronenſis*, corrupte vtrũque. Lectionem ex Aſconio Pediano in Scaut. reſtitui. *Apud populum*, iidem ſcripti libri. D

## L. APVLEIVS SATVRNINVS. 73

a IↃCL. LVcius Apuleius Saturninus Trib. pleb.[a] ſeditioſus, vt gratiam Marianorum militum pararet, legem tulit, vt veteranis centena agri iugera in Africa diuiderentur. Intercedentem Bebium collegam, facta per populum lapidatione, ſubmouit. Glauciæ Prætori, quod is eo die [1] quo is concionem habebat, ius dicendo partem populi aduocaſſet, ſellam concidit, vt magis popularis videretur. Quendam libertini ordinis ſubornauit, qui ſe Tiberii Gracchi filium fingeret. Ad hoc teſtimonium Sempronii ſoror [b] Gracchorum producta, nec precibus, nec minis adduci potuit, vt dedecus familiæ agnoſceret. Saturninus Aulo[2] Memmio competitore interfecto Tribunus plebis [c] refectus, Siciliam, Achaiam, Macedoniam nouis colonis deſtinauit: & aurum dolo an ſcelere? Cæpionis partum, ad emtionem agrorum conuertit. Aqua & igni interdixit ei qui in leges ſuas non iuraſſet. Huic legi multis nobilibus[3] abrogantibus quum tonuiſſet: *Iam*, inquit, *niſi quieſcitis, grandinabit.* Metellus Numidicus exulare quam iurare maluit. Saturninus tertio Tribunus plebis refectus, vt ſatellitem ſuum

b IↃCLII. c IↃCLIII.

E F

A um Glauciam Prætorem[4] faceret, Mummium[5] competitorem eius in campo Martio necandum curauit.[6] Marius Senatuſconſulto armatus, quo cenſebatur, ne quid Reſpub. detrimenti caperet, darent operam Conſules, Saturninum & Glauciam in Capitolium perſecutus obſedit, maximoque[7] aſtu inciſis fiſtulis in deditionem accepit: nec deditis fides ſeruata eſt. Glauciæ fracta ceruix. Appuleius quum in Curiam fugiſſet, B lapidibus & tegulis deſuper interfectus. Caput eius Rabirius quidam Senator[8] per conuiuia in ludibrium circuntulit. ANNO C.V.

1 *quo ipſe concionem habebat.*] Malo ex M.SS. & mox *auocaſſe.*

2 *Aulo Nonio.*] Plutarch. in Mario, & Appianus, Αὖλον Νώνιον vocant, *Nummium* Florus & Oroſius. *Memmio* ferri non poteſt.

3 *obregantibus*] M.SS. vide quæ notaui ſup. ad cap. 63. & mox addunt iidem *& clamarent:* C *Iam, inquit,* cet.

4 lege *Pratorem, Conſulem faceret*] Ex Floro lib. 3. cap. 16. & hiſtoriæ veritate.

5 *C. Memmium*] leg. quæ vox ſup. præpoſtere collocata.

6 Ordine perturbato poſita lege, *quo cenſetur, dent* (ſeu *darent*) *operam Conſules, ne quid R.P. detrimenti caperet.* Vide Notas A.S.

7 *aſtu*] libri M.SS. & ſup. ampliores, *in Capitolium confugere coegit, ibi eos perſecutus obſedit.*

8 Cicero pro Rabirio, Equitem tantum dicit fuiſſe, non Senatorem.

## L. LICINIVS LVCVLLVS. 74

LVcius Lucullus nobilis, diſertus, & diues, munus quæſtorium[a] amplisſimum dedit.[1] Ptolomæum Regem Alexandriæ Conſuli[b] Sul- aIↃCLXVII. b IↃCLXVI.
D læ conciliauit: & mox[c] per Murænam in Aſia claſſem Mithradatis. cIↃCLXXI.
Prætor[d] Africam iuſtiſſime rexit,[2] aduerſus Mithradatem miſſus,[e] col- dIↃCLXXVI.
legam ſuum Cottam[3] Chalcedonæ obſeſſum liberauit. Cyzicum[f] obſi- eIↃCLXXIX. fIↃCLXXX.
dione ſoluit. Mithradatis copias[g] ferro & fame afflixit, eumque regno gIↃCLXXXII.
ſuo Ponto expulit. Quem rurſum[h] cum Tigrane Rege Armeniæ hIↃCXXCIV.
ſubueniente magna felicitate ſuperauit. Nimius in habitu, maxime ſignorum & tabularum amore flagrauit. Poſt cum alienata mente deſi-
E pere[4] cœpiſſet, tutela eius M. Lucullo fratri permiſſa eſt.

1 Si temporis ratio habeatur legendum, *Ptolemæum Regem Alexandriæ Conſuli Sullæ conciliauit, & mox per.* &c vt anni ad oram adſcripti monent. Plutarchus autem initio Luculli non conciliaſſe, ſed conciliare conatum non potuiſſe ſcribit. M.SS. vero *Miniſter Murænæ* pro mox *& Murænæ.*

F 2 *adu. Mithridatem Conſul miſſus*] amplius eſt in M.SS.

3 *Chalcedône*] inflectunt quidam libri, & *ſubegit* pro *afflixit & venientem* pro *ſubueniente* iidem præferunt.

4 *M. SS. cœpiſſet.*] Nepotem Cornelium rurſus hic laudat Plutarchus, ſed aliter paullo, vt in Prolegomenis diximus.

## L. CORNELIVS SVLLA. 75

COrnelius Sulla in[a] fortuna Felix dictus, quum paruulus à nutrice ferretur, mulier obuia, *Salue*, inquit, *puer tibi & Reipub. tuæ felix.* Et ſtatim quæſita quæ hæc dixiſſet, non potuit inueniri. Hic Quæſtor
[a] Marii Iugurtham à Boccho in deditionem accepit. Bello[b] Cymbri- aIↃCXLVII.
co & Teutonico legatus bonam operam nauauit. Prætor[c] inter ci- bIↃCXLIX. CIↃCLIX.

ANNO C.V. d IↃCLXIV. ues ius dixit. Prætor Ciciliam prouinciam habuit. Bello [d] ſociali Sam- A
nites Hirpinoſque ſuperauit. Ne monumenta Bocchi tollerentur,
e IↃCLXV. Mario reſtitit. Conſul [e] Aſiam ſortitus, Mithradatem apud [1] Orcho-
menum & Chæroneam prælio fudit: Archelaum [2] (prælio) [3] præfectum
f IↃCLXVII. eius Athenis [f] vicit. Portum Peiræum recepit. [4] Medos, Dardanos
g IↃCLXIIX. [g] in itinere ſuperauit. Mox quum rogatione Sulpitia [h] imperium eius
h IↃCLXV. i IↃCLXX. transferretur ad Marium, in Italiam [i] regreſſus, corruptis aduerſariorum
k IↃCLXXI. exercitibus, Carbonem Italia [k] expulit: Marium [5] apud Sacriportum, B
Theleſinum apud portam Collinam vicit Mario Præneſte interfecto,
l IↃCLXXI. Felicem ſe edicto appellauit. Proſcriptionis tabulas [l] primus propo-
ſuit. Nouem millia [6] deditorum in villa publica cecidit. Numerum ſa-
cerdotum auxit. Tribunitiam poteſtatem minuit. Repub. ordinata di-
m IↃCLXXIX. ctaturam [m] depoſuit: vnde ſpe deceptus, [7] Puteolos conceſſit: & morbo,
n IↃCLXXV. qui phthiriaſis vocatur, [n] interiit.

1 Malo quod in M SS. repperi, *à Fortuna Felix dictus*. Idem inf.. *Irpinoſque* abſque ſpiritu.

2 *Apud Chæroneam & Orchomenum*] poſtulat temporum ſeries & ordo.

3 Illud *prælio* obelo confodiendum cenſeo, aut in inſulam relegandum, repetitum ex priore verſu. Mox quidam lib. *cathenis vinxit*, pro *Athenis vixit*, ſed abiudico.

4 Medos, Dardanos] *Enetos etiam Dardanos* leg. ex Appiano.

5 *Marium filium apud Sacriportum, Teleſinum*, &c. libri vett. & *poſuit* iidem, non *propoſuit*. C

6 *deditiorum. M. SS. Via publica*] male in Epitoma Liuiana 88. vbi 8. millia deditorum duntaxat legas: Septem apud Auguſt. lib. 3. Ciuitatis Dei, & Valerium lib. 9. cap. 2.

7 *Sperni cœptus.*] ſcr. libri. Sulla autem per u. iidem: quam literam Græcæ y, reſpondere viciſſimque commutari auctor eſt Verrius Flaccus, & antiqui litteratores. D

## MITHRADATES REX PONTI: 76.

Mithradates [1] Rex Ponti oriundus à ſeptem Perſis, magna vi animi
& corporis, vt ſexiuges equos regeret, duarum [2] & viginti genti-
a IↃCLXII. um ore loqueretur: bello [a] ſociali diſſidentibus Romanis, Nicomedem
b IↃCLXV. Bithynia, Ariobarzanem [b] Cappadocia expulit. Litteras per totam A-
ſiam miſit, vt quicunque Romanus eſſet certa die interficeretur: & fa-
ctum eſt. Græciam inſulaſque omnes, excepta Rhodo, occupauit. Sylla E
c IↃCLXVII. eum prælio [c] vicit, claſſem eius proditione [3] Archelai intercepit: ipſum
apud [4] Orchienum oppidum fudit & oppreſſit: & potuit capere niſi ad-
d IↃCLXIX. uerſum [d] Marium feſtinans, qualemcunque pacem componere malu-
e IↃCLXXXII. iſſet. Deinde eum Cabiriis reſiſtentem Lucullus [e] fudit. Mithradates
f IↃCXXCIVI. poſt à Pompeio nocturno prælio [f] victus in regnum confugit: vbi per
ſeditionem [5] popularem à Pharnace filio in turre obſeſſus, venenum
g IↃCXC. [g] ſumſit. Quum [6] id tardius ſubiret, qui aduerſum venena multis antea F
medicaminibus corpus firmauerat, immiſſum percuſſorem Gallum
[7] Sitochum auctoritate vultus territum reuocauit, & in cædem ſuam
manum trepidantis adiuuit.

1 *Mithridates*] curſum in antiquis numiſm. Græcis, cum à in ſecunda ſyllaba.

2 *quinquagintagentiū.*] Libri omnes ſcripti ὑπερβολικῶς.

3 Archelaus cum claſſe regia Sullæ ſe tradidit. Epitoma Liuii 82. & Oroſius lib. 6. cap. 2.

4 Leg. *Orchomenum*. Mox, *etiam oppreßiſſet, niſi aduerſum*. Rectius M. SS.

5 *popularium*, iidem ſcripti codd.

6 *Quod cum tardius ſubiret, quia aduerſum* vett. libri, quidam etiam *ebiberet*.

7 *Bithocum*] Epitoma Liuiani. 102. lib. Βίτοιτον Appianus appellat, quomodo vtrobique fortaſſe ſcribendum.

## CN. POMPEIVS MAGNVS. 77

ANNO V.C.

CN. Pompeius Magnus ciuili bello Sullæ partes [a] ſecutus, ita egit, vt a ıↃCLXX.
ab eo maxime diligeretur. Siciliam [b] ſine bello à proſcriptis recepit. b ıↃCLXXI
Numidiam [1] Iarbæ [c] ereptam, Maſiniſſæ reſtituit. [2] Viginti ſex annos na- c ıↃCLXXII
tus triumphauit. Lepidum acta Sullæ [d] reſcindere volentem, priuatus [3] I- d ıↃCLXXV
talia abrogauit. Præter in Hiſpaniam [e] pro Conſulibus miſſus Sertorium e ıↃCXXC.
B [f] vicit. Mox piratas intra quadrageſimum diem ſubegit. Tigranem f ıↃCXXCVI
[g] ad deditionem, Mithridatem [h] ad venenum compulit. [4] Deinde mira g ıↃCXXCVII
fœlicitate rerum in Septentrione [i] Albanos, Colchos, Heniochos, Ca- h ıↃCXC. i ıↃCIXXCVIII
ſpios, Iberos: tum in Orientem Parthos, Arabas, atque Iudæos [k] cum k ıↃCXC.
magno ſui terrore penetrauit. Primus in Hircanum, [5] Rubrum & Ara-
bicum mare vſque peruenit. Mox [6] diuiſo orbis imperio, quum [l] Craſ- l ıↃCXCVIII
ſus Syriam, Cæſar Galliam, Pompeius vrbem obtineret, poſt cædem [m] m ıↃCC.
C Craſſi, Cæſarem dimittere [n] exercitum iuſſit. Cuius infeſto aduentu vr- n ıↃCCIV
be pulſus in [o] Pharſalia victus, ad Ptolemæum [7] Alexandriæ Regem fu- o ıↃCCV.
git. [ Huius latus ſub oculis vxoris & liberorum à Septimio Ptolemæi
præfecto mucrone confoſſum eſt. Iamque defuncti caput gladio præ-
ciſum, quod vſque ad ea tempora fuerat [8] adoratum. Truncus Nilo ia-
ctus, à Seruio Codro rogo inuſtus, humatuſque eſt, inſcribente ſepul-
D chro, HIC SITVS EST MAGNVS POMPEIVS. Caput ab Achilla Pto-
lemæi ſatellite, Ægyptio velamine inuolutum, cum annulo Cæſari præ-
ſentatum eſt. Qui non continens lacrymas, illud plurimis & precioſiſ-
ſimis odoribus cremandum curauit.]

1 *Hiarbæ* alii ſcribunt, & *Maſiniſſa*.

2 *Viginti quatuor* duntaxat Liuius numerat.

3 Ineptè vulgati. Reſtitue ex M. SS. *Italia fugauit*.

E 4 Ampliores iidem *mira felicitate & celeritate: nunc in Septentrione*--- & mox, *tunc in Oriente Parthos*. Male. *Proconſuli* ſup. paullò edidit Gryphius, & *Proconſul*, alii. Dixerat enim Philippus nō pro Conſule, ſed pro Conſulibus mittendum Pompeium videri.

5 *Hircanum, Caſpium, Rubrum* amplius M. SS.

6 Placet ſcripta lectio. *Mox cum diuiſio orbis imperio Craſſus Syriam*.

7 *Alex. Regem confugit. Eius imperio ab Achilla & Potino* (lege *Photino*) *ſatellitib. occiſus eſt*. Hic cap. finis in opt. illo M.S. ex quo ix. Viros Illuſtreis addidimus, quiq; Aur. Victorem legitimum huius fœtus patrem demonſtrat.

8 Alii duo M.SS. *ignoratum*, non *adoratum* & *Nilo iactatus*. Mox Mediol. cod. *inſcribendo in eiuſdem ſepulchro*. Melius. Quidam etiam. *Hic ſitus eſt Magnus*. vt deſit *Pompeius*. Hemiſtychiū eſt Lucani poetæ lib. 8. belli Pharſal.

F

## SVPPLEMENTVM VIRORVM ILLVSTRIVM EX LIBRO ANTIQVO MAnuſcripto.

### IVLIVS CÆSAR I.

G CAIVS Iulius Cæſar, veneratione rerum geſtarum Diuus dictus: contubernalis Thermo in Aſiam profectus; cùm ſæpe ad Nicomedem Regem Bithyniæ commearet, impudicitiæ infamatus eſt. Mox Dolabellam iudicio oppreſſit. Dum

ANNO V.C. studiorum causa Rhodum petit, à piratis captus & redemptus, eosdem
a IↃCXCIII. & postea captos [a] puniuit. Prætor [a] Lusitaniam, & post [b] Galliam, ab
b IↃCXCVI. alpibus vsque, & Oceanum bis classe transgressus, Britanniam subegit.
c IↃCCIII. Cùm ei triumphus à Pompeio [c] negaretur, armis eum vrbe [d] pul-
d IↃCCIV.
e IↃCCV. sum in Pharsalia [e] vicit. Capite eius ablato fleuit & honorificè sepeliri
fecit: mox à satellitibus Ptolemæi obsessus, eorum & regis nece Pom-
f IↃCCVI. peio parentauit. Pharnacem Mithridatis filium fama nominis [f] fugauit.
g IↃCCVII. Iubam & Scipionem in [g] Africa: Pompeios iuuenes in Hispania apud
h IↃCCIIX. Mundam oppidum ingenti prælio [h] vicit. Deinde ignoscendo amicis
odia cum armis deposuit: nam [2] Lentulum tantum, & Afranium, &
i IↃCCVII. Faustum Sullæ filium iussit [i] occidi. Dictator in [3] perpetuum factus à Senatu; in curia, Cassio & Bruto cædis auctoribus tribus & viginti vulne-
k IↃCCIX. ribus [k] occisus est: cuius corpore pro rostris posito, Sol orbem suum celasse dicitur.

1 L Fenestella in Epitoma apud Diomedem Gram. decollasse ait, Plutarchus & Sueton. Cæsare 74. iugulatos cruci suffixisse.

2 Locus de mendo suspectus, nam & *Afranium* codex scriptum præferebat. Puto legendum *nam L. Cæsarem tantum & Afranium*. Vide Notas And. Schotti.

3 M.S. perpetuo, *imperpetuum* vnica dict.

## OCTAVIANVS CÆSAR. II. 79

CÆSAR Octauianus ex Octauia familia in Iuliam tralatus, in vltionem Iulii Cæsaris, à quo heres fuerat institutus, Brutum & Cas-
a IↃCCXI. sium cædis auctores in Macedonia [a] vicit. Sextum Pompeium Cn. Pom-
b IↃCCXVII peii F. bona paterna repetentem, in freto Siculo [b] superauit. M. Antonium Consulem Syriam obtinentem, amore Cleopatræ deuinctum, in
c IↃCCXXII [c] Actiaco Ambraciæ littore debellauit: Reliquam orbis partem per legatos domuit. Huic Parthi signa, quę Crasso sustulerunt vltro reddiderunt. Indi, Scythæ, Sarmatæ, Daci, quos non domuerat, dona miserunt. Iani
d XLII. gemini portas bis ante se clausas, primò sub [d] Numa: iterum post pri-
e IↃXIIX. mum Punicum [e] bellum; sua manu [f] clausit. Dictator in perpetuum
f IↃCCXXIV factus, [g] a Senatu ob res gestas Diuus Augustus est appellatus.
g IↃCCXXXI

1 M.S. *Inde Schyta* corruptè, sic emendaui ex Aurelii Victoris Epitoma Cæsarum, quæ circumfertur. Reliqua ex auctoribus, Suetonio, Dione, ceteris, petenda.

## CATO PRÆTORIVS. III. 80

CATO Prætorius, Catonis Censorii [1] pronepos, cùm in domo auunculi Drusi educaretur, nec precio, nec minis potuit adduci a [2] Q.
a IↃCLXII. Popedio Silone Marsorum Principe, vt fauere [a] se causæ Sociorum diceret. Quæstor [3] in Cyprum missus ad vehendam ex Ptolemæi hereditate
b IↃCXX. pecuniam, cùm summa eam fide [b] perduxit: præterea coiuratos punien-
c IↃCXC. dos [c] censuit. Bello ciuili, [d] Pompeii parteis secutus est: quo victo exercitũ
d IↃCCIV. per deserta Africę duxit, vbi Scipioni Consulari delatũ ad se imperium concessit. Victis partibus, Vticam concessit, vbi filium hortatus, vt
clemen-

A clementiam Cæfaris experiretur, ipfe lecto Platonis libro, qui de bonis mortis eft, femet [c] occidit. Anno v. c. e ɔccvii.

1 *Pronepos*] Agellius lib 13. cap 18. & Macrob.lib. 6.cap.2.

2 *ab Pedio Silone.* Liber M.S. de quo fup.c.

63. *Minis* autem, quia ex cenaculo præcipitaturum minabatur.

3 Præpofitio affuit in M.S.

## M. TVLLIVS CICERO. IV. 81

B MArcvs Tullius Cicero, genere Arpinas, patre Equite Romano natus, [a] genus à Tito Tatio Rege duxit. Adulefcens [b] Rofciano iudicio eloquentiam, & libertatem fuam aduerfum Sullanos oftendit: ex quo veritus inuidiam, Athenas [c] ftudiorum gratia petiuit: vbi Antiochum Academicum philofophum ftudiosè audiuit: inde eloquentiæ gratia Afiam, pòft [d] Rhodum petiit, vbi * Molonem Græcum, Rhetorem tum difertiffimum magiftrum habuit; qui fleffe dicitur, quòd per C hunc Græcia eloquentiæ laude priuaretur. Quæftor [e] Siciliam habuit: Aedilis [f] C. Verrem repetundarum damnauit: Prætor [g] Ciliciam latrociniis liberauit: Conful [h] coniuratos capite puniuit. Mox inuidia P. Clodii, inftinctuque Cæfaris & Pompei, quos dominationis fufpectos, eadem, qua quondam Sullanos, libertate perftrinxerat, follicitatis Pifone [i] & Gabinio confulibus, qui Macedoniam Syriamque prouincias in ftipendium opera huius acceperant, in exfilium actus: mox ipfo referente D Pompeio [k] rediit, ipfumq; ciuili [l] bello fecutus eft. Quo victo [m] veniam à Cæfare vltrò [n] accepit.: quo interfecto [o] Auguftum fouit; Antonium hoftem iudicauit. Et cùm III. Viros [p] fe feciffent, Cæfar, Lepidus, Antoniufque, concordia non aliter vifa eft inter eos iungi poffe; nifi Tullius necaretur: qui, immiffis ab Antonio percufforibus, cùm fortè Formiis quiefceret, imminens exitium corui aufpicio didicit: & fugiens occifus eft. Caput ad Antonium relatum.

a ɔɔcxlvii *Ante Christum natum* ciii.
b ɔɔclxxiii *Cic. ætat. 27.*
c ɔɔclxxiv *Ciceronis 28*
d ɔɔclxxv
*Ciceronis 29*
e ɔɔclxxiix *Æta. Cic. 32*
f ɔɔclxxii *Ciceronis 37.*
g ɔɔccii. *Ciceronis 56.*
h ɔɔcxc. *Ciceronis 44*
i ɔɔcxcv. *Ciceronis 46*
k ɔɔcxcvi *Ciceronis 50*
l ɔɔcciv. *Ciceronis 58*
m ɔɔccv. *Ciceronis 59*
n ɔɔccvi. *Ciceronis 60*
o ɔɔccix. *Ciceronis 63.*
p ɔɔccx. *Ciceronis 64*

E * Eidem Apollonio Moloni clariffimo tunc dicendi magiftro operam dedit, & Iulius Cæfar. Auctor Suetonius in 4. M.S. nofter *Milonem* deprauatè fcripferat, nefcio quid de Annio Milone, quem Cicero reum cædis Clodianæ defenderat, fomnians. Legant ftudiofi Ciceronis Hiftoriam à Franc. Fabricio Marcodurano accuratiffimè per annos Confulares digeftam: quæ inftar erit magni in Ciceronem commentarii.

## MARCVS BRVTVS. V. 82

F MArcus Brutus auunculi Catonis imitator, Athenis Philofophiam, Rhodi eloquentiam didicit. Cytheridem [1] mimam cum Antonio & Gallo amauit. Quæftor in Galliam proficifci noluit, quòd is bonis omnibus difplicebat. Cum Appio [2] Claudio in Cilicia fuit: & cùm ille repetundarum accufaretur, ipfe ne verbo quidem infamatus eft. Ciuili bello à Catone ex Cicilia retractus, [a] Pompeium fecutus eft. quo victo, [b] veniam à Cæfare accepit, & Proconful [c] Galliam rexit, tamen cum aliis coniuratis in curia Cæfarem [d] occidit. Et ob inuidiam veteranorum in Macedoniam miffus, ab Augufto in campis [3] Philippicis victus, [e] Stratoni ceruicem [4] præbuit.

a ɔɔcciv.
b ɔɔccv.
c ɔɔccvii
d ɔɔccvix.
e ɔɔccxi.

ANNO V.C. 1 *Cythereidem mimam* M. S. Male, Lycoridem hanc indigetat Virgilius Ecloga x. vbi Seruius legendus, & Cicero Philippica 2. Idem epist. 12. libr. 10. ad Atticum. *M. Antonius Cytheridem secum lectica aperta porta, altera vxorem.*

2 *Appio socio* M. S. noster, fortè vel *Claudio.* pro Cl[illegible]

3 *Philippiis campis.* Vetus liber perpetuò, vt non incuria librariorum accidisse credam.

4 Annum agens septimum & 30. Velleius Paterculus.

## C. CASSIVS LONGINVS VI. 83

CAIVS Cassius Longinus Quæstor Crassi in Syria fuit, post cuius cæ-
ɪↄcc. dem, collectis reliquiis in Syriam rediit. Osacem [1] Præfectum re-
ɪↄccɪɪ. gium apud Orotem fluuium superauit. Dein quòd coemptis Syriacis mercibus fœdissimè negociaretur,[2] Caryota cognominatus est. Tribu-
ɪↄccɪv. nus pleb. Cæsarem oppugnauit. Bello ciuili Pompeium secutus classi præfuit: à Cæsare veniam accepit, tamen aduersus eum coniurationis
ɪↄccɪx. auctor cum Bruto fuit, & in cæde dubitanti cuidam, *vel per me*, inquit, *fieri*: magnoque exercitu comparato, in Macedonia Bruto coniunctus in
ɪↄccxɪ. campis Philippicis ab Antonio victus, cùm eandem fortunam Bruti putaret, qui Cæsarem vicerat, Pandaro liberto iugulum præbuit. Cuius
ɪↄccxɪ. morte audita, Antonius exclamasse dicitur, Vici.

1 *Lysacem* scriptũ inueni, quod tamen concoquere nõ possum. Ego Dionem, Plutarchum, Ciceronem, & Iustinium auctores habeo.

2 *Caruota.* M.SS. Typographus *Carnota* excudebat ineptè. vide Varronem lib. 2. de re Rustica cap. 1. extr.

## SEXTVS POMPEIVS. VII. 84

a ɪↄccɪɪx. SExtus Pompeius in Hispania apud Mundam [a] victus, amisso fratre, reliquiis exercitus collectis Siciliam petiit: vbi ruptis ergastulis mare obsedit. Interceptis commeatibus Italiam vexauit: & cùm mari feliciter vteretur, Neptuni se filium confessus est, eumque bobus auratis & equo
b ɪↄccxɪv placauit. Pace facta [b] epulatus in naui cum Antonio & Cæsare non inuenuste ait: *Hæ sunt meæ Carinæ*: quia Romæ in Carinis * domum eius Antonius tenebat. Rupto per eundem Antonium fœdere, Sextus ab Au-
c ɪↄccxvɪɪ gusto per Agrippam nauali prælio [c] victus in Asiam fugit, vbi ab Anto-
d ɪↄccxɪɪx nianis militibus [d] occisus est.

* *Domum* leg. ex M.S. Suetonius de Lenæo Grammatico. *Docuit in Carinis ad Telluris, in qua regione Pompeiorum domus fuerat.* Sic enim emendandum censeo.

## MARCVS ANTONIVS. IIX. 85

MARCVS Antonius in omnibus expeditionibus Iulio Cæsari comes,
a ɪↄccɪx. Lupercalibus diadema ei imponere [a] tentauit: mortuo diuinos honores decreuit. Augustum perfidiosè tractauit, à quo apud Mutinam vi-
b ɪↄccx. ctus, Perusii fame domitus in Galliam [b] fugit: ibi Lepidum sibi collegam adiunxit: Brutum, exercitu eius corrupto, occidit: Reparatis viri-
Triumuiri bus in Italiam regressus cum Cæsare in gratiam rediit. Triumuir fa-
R. P. C. c ɪↄccx. ctus proscriptionem à Lucio Cæsare auunculo suo [c] cœpit. In Syriam missus

A missus[d] bellum Parthis intulit, à quibus victus, vix tertiam partem de quindecim legionibus in Ægyptum perduxit, ibi Cleopatræ amore deuinctus in Actiaco littore ab Augusto victus est. In Alexandriam regressus, cum habitu regio in solio regali sedisset, [f] necem sibi ipse consciuit.

ANNO V.C. d ıↃCCXIX

e ıↃCCXXII

f ıↃCCXXIII

## CLEOPATRA REGINA. IX. 86

B CLEOPATRA Ptolemæi Aegyptiorum filia, à fratre suo Ptolemæo eodemque marito, quem fraudare regno voluerat, [a] pulsa, ad Cæsarem bello ciuili in Alexandriam venit: ab eo specie sua & concubitu suo, regnum Ptolemæi & necem impetrauit. Hæc tantæ libidinis fuit, vt sæpe prostiterit: tantæ pulchritudinis, vt multi noctem illius morte* emerent. Postea Antonio iuncta, cum eo victa, cùm se illi inferias ferre simularet, in Mausoleo eius, admotis aspidibus [b] periit.

a ıↃCCVI.

*forte, emerint.

b ıↃCCXXIV.

C

# AND. SCHOTTI IN SCRIPTOREM DE VIRIS ILLVSTRIBVS NOTÆ VBERIORES.

D

## IN PROCAM SILVIVM.

RHEAM *Syluiam*] Constanter in antiqq. *Rea Siluia* scribitur, more Latino, qui fere aspirationes auferunt, vnde Cicero in Orat. se more maiorum diu *Triumpos* non *Triumphos*, & fortasse *Tropæa* non *Trophæa*, pronunciare solitum affirmat. Cur etiam *Siluia* & *suboles* à subolesco scripserim, ne quis fortè calumnietur, studio à me factum sciat, secutumq; vett. librorum auctoritatem & analogiam: quod vbique facturum me semel monuisse sufficiat. De Martis stupro vide Prudent. I. adu. Symmachum.

E

*in vincula compegit*] Sic Iustinus lib. XVI. *Igitur Clearchus* LX. *Senatores comprehensos* (*nam ceteri in fugam dilapsi erant*) *in vincula compegit*. Plaut. Amphitruone. *Quid faciam nunc si Tres-viri me in carcerem compegerint*. Sic idem in Menæchmis & Rudente loquitur. Similes dicendi formas in melioris notæ auctoribus obseruare licet. *In cathenas coniecit*. Cæsar I. Comm. Gallico. *In compedes coniecit*. Suetonius in Vitell. cap. XIII.

F

*Acca Laurentia*] De qua Agell. lib. VI. cap. VII. Noct. Attic. vbi *Larentia* legitur, vt in vett. I. omnibus. Huius sepulchrum in via noua Romæ in Velabro fuit, teste Varrone lib. 5. de ling. Lat. Post paullò, *Educandos dedit* Parisinus cod. *tradit* habet.

G

*Amulio interfecto*] patruo, inquit L. Annæus Seneca: is enim auctor potius est, quàm L. Florus: quod ex declamatorio stylo, & Lactantio lib. VII. cap. XV. Diuin. Institut. facile doceri potest. Patruum magnum Iurisconsultorum filii appellarent.

*ipsi pastoribus coadunatis*] Mediol. cod. *adunatis pastor.* melius Parisinus *Ibi* non *Ipsi* præfert. De pastoribus vide infrà in Flaminino, & Iustin. lib. XXXVIII. H

*ciuitatem condiderunt*] in monte Auentino, de quo Agell. lib. XIII. cap. XIV. Noct. Attic. ex a. d. XI. Cal. Maias qui dies consecratus Palilia dictus: Olympiadis VII. anno I. ante Christum natum ıↃCCL. Ab orbe condito MMMCCXII. Ab euersa Troia CCCCXXXII. sed de his in fragmentis Nepotis diximus. Ideo autem hic repetere placuit, quod aliorum calculus fallat, & Comm. hic turpiter alucinentur, & tanquam in limine impingant: absit verbo inuidia. Porrò vultures inaugurandi scientia sacri. Iul. Obsequens anno V. C. DCCX. *Cæsar inquit, cum in campum Martium exercitum deduceret, sex vultures apparuerunt: conscendenti deinde rostra creato Consuli iterum* VI. *vultures conspecti, veluti Romuli auspiciis nouam vrbem condituro signum dederunt*. I

*Augurio victor*] Ennius in annalibus. K

*Augusto augurio postquam inclita condita Roma est.* Idem.

*Certabant vrbem Romā Remuramne vocarent:*

A *Omnis cura viris, vter esset induperator.*

Hinc lege cautum à Romulo: *Ne quid inauspicato publice gerunto.* Cicero 3. de Nat. deorum.

*vt eam primus legibus*] Inter alias legem tulerat: *Muri sanctà existimanto.* Cuius Cic. 2. nat. deor. meminit: Plutarchus in problem. Zonaras tom. 2. quam etiam facto ipso Romulus sanxit interfecto fratre Remo.

*transiluit*] Agrippinensis l. *transilinit.* de quo in Æsculapio quædam. *Fabro* abest in meliorib. B libris & m.ff. o. Pro *rastro* quidam libri *rutro* habent: de quo Varro lib. IV. de ling. Latina, & Nonius eaq; vera lectio. Græcè κρῶπιον dicitur. Varr. περὶ ἀρχῆς. *Cui Celer Antipatri Stoici filius Rutro caput displanat.* Vide Dionys. lib. 2. Ceterum vnde *Celer* dictus sit, ridicule Philippus Poncherius Interp. explicat quasi funebres ludos & visceratinonem, quæ tum nulla erant, celeriter curauerit: vnde dictum constat multis post seculis Q. Cæcilium Metellum anno IↃCXCIII. eiusque C Nepotem IↃCXCVI. Plutarchus hunc à celeri ex agro Latino in Etruriam fuga sic appellatum ait.

## IN ROMVLVM. 2

MAgno exercitu facto] *mox exercitu facto*, in manuss. est. Sic in Mario loquitur. & Sallustius libris historiarum, quod & Seneca lib. xx. epist. cxv. adnotauit.

*ludos consualia ad quos*] Hi Magni ludi etiam D appellati: sic dicti quod Conso consiliorum secretorum Deo. i. Neptuno laticum regi & rerum conditarum: &c. dis magnis, id est laribus vrbis Romæ dati sunt, quibus raptæ Sabinæ sunt. Virgilius, *magnis Circensibus actis.* nam & Circenses iidem vocantur. Ascon. Verr. 2. Dionysius Ἀρχ. Ῥωμ. id est, ait his ludis immunes ab opere equos & mulos fuisse, coronarique floribus solitos. Extat vetus carmen apud Nonium Marcellum Cernui.

E *Ibi pastores ludos faciunt cernui Consualia.* Vulg. male, *Sibi pastores.*

*virgines raptæ sunt*] Paris. *captæ.* Festus auctor est virgines inde tanquam ex gremio matris rapi solitas. Catullus: *Qui rapis teneram ad virum virginem.* Qua de re doctè Iac. Rænardus, vir illustrandæ Iurisprudentiæ natus & immatura morte præreptus, ad legem XII. tab. cap. 11. Pòst non longe *Thalasio* simplicis antiqui lib. & manuss. F præferunt; quomodo & Græci scribunt: idem cum Mediol. *omnibus innupt.* rectius legunt, & *cesserant* non *cesserunt.*

*Eam duci responsum*] Ducendi vox in matrimoniis hinc vsurpari cœpta. D. August. lib. 6. de ciuit. Dei, cap. 9. *Domum ducenda est, quæ nubit: adhibetur Deus Domiducus.* Sic & Martianus Capella lib. 1. de nupt. Philologiæ.

*Thalassii nomen inuocaretur*] In m. ff. melius *Thalasii nomen iteretur.* Græci verò Hymen, ὁ Hymenæe, nuptialem vocem habebant. Martialis Epigr. 64.

*Quod si me iubeas Thalassionem.*
*Verbis dicere non Thalassionis.*

Et lib. 6.

*Nec tua defuerint verba Thalasse tibi.*

Catullus.

*Lubet iam seruire Thalassio.*

G Vide Plutarchum in Pompeio & problemate XXX.

*vi rapuissent*] Sic vulg. quos quidem viderim, omnes: nos ex antiq. l. VI. vocem superfluam vi exturbauimus, & vt otiosam expunximus. Est enim *Rapiendi* ea notio, teste Donato, vt significet per vim, aut cum festinatione aut furore capere: Vnde *Rapina* quæ palam & vi fit: *Furtum* fere clam & occulte. H

*Ceninenses*] Gryphii codd. *Cenienses* quomodo & in vulg. Liuii editionibus. Nos *Ceninenses* per diphthongum scripsimus ex M.SS. Plinium etiam lib. 3. cap. 5. Halicarnass & Steph. de vrbibus secuti. Hi n. Καινίνην vrbem appellant. Cur etiam *Feretrium* potius quàm *Pheretrium* ediderim, in promptu ratio est, quod ita analogia exposcat, siue ea à ferendo, siue à feriendo, siue etiam à ferculo, aut feretro ducta sit. De opimis autem spoliis vide quæ in Corn. Cossum adnotaui. Mox pleniores sunt libri m. ff. quos non sequi religio propemodum fuisset in tanto omnium consensu: *Antenates* tamen scriptum habebant, alii *Antemnates* præferebant. *Chrustumerium* vero appellat Plinius lib. 3. cap. 5. agens de his oppidis in Latio deletis, & Dionysius lib. 1. nunc Crustuminum, nunc Crustumerium. In iisdem *ob raptas virgines.* Sed *virgines* superat. I K

*a quæ causa sacrorum gratia*] vox, *gratia* in m. ff. abest & rectè, mea quidem sententia: irrepsit enim ex ora in contextum. Solent enim Latini, teste Prisciano, eleganter hac prætermissione in generandi casu vti, vt intelligatur, *causa*, vel gratia, vnde hic ab aliis adscriptum fuisse suspicor. Sallust. Iugurth. *belli patrandi cognouit.* Sic alii, *Reipub. defendenda laborat.* Liuius etiam lib. 5 & Hirtius de bello Alexand. aliique sic loquuntur, quod alii ante me monuerunt. In insulam igitur glossema deportetur. L

*In arcem produxisset*] Sic manusc. In vulg legitur: *In capitolium perduxisset.* vt sit ὕστερον πρότερον. *Producere* autem elegantius quàm *perducere* quasi porro ducere.

*dolosè repromissis*] Mediol. *promissis*, à quo stat vetus lib. calamo exaratus: nihil tamen muto, quod sic Suetonium frequenter loqui meminerim: tametsi promissio Relationem (vt cum dialecticis loquar) sua vi significet. Loca piget huc congerere. Vtitur & in Scæuola auctor noster. M

*Hostius*] scripsi, nō *Hostilius* secutus lapides Capitolinos. Val. Max. & Macrobium, qui hoc prænomen sic efferunt. Post, *fugam ceperunt*, nō nemo mutat.

*Et exercitus seu forte*] Sic ex Mediol. & m. ff. o. restitui. Simonis Colinæi aliorumque editiones *Et exercitus seu forte.* Parisinus cod. antiq. *Et exercitum seu forte, seu diuinitus restituit*, eximiè. *Forte* autem, non *forte* leg. hic & in antiq. scriptorib. vt in Tulliis admonuimus.

Hinc

*Hinc Patres, in de coniuges deprec.*] m. ſſ. *matres* habent non recte. dixit enim accuſandi caſu *patres* vt totidem pæne verbis Liuius: *hinc viros orantes.* De virginibus enim ſermo eſt, quarum oratio querelis plena à Liuio & Ouidio: ac de Græcis Plutarch. effingitur. Pariſ. verbis decurtatis legit, *& hinc patres, inde coniuges conſiliarunt.* & ante non longe: *Tum capta* non *Tunc rapta.*

*A curibus*] à *Quiritibus* in m. ſſ. Pulmanni eſt, qui vulgatis plenior, mox legit: *Centumque ex ſenioribus elegit, quorum conſilio omnia ageret: quos pro ſenectute Senatores; Patres à pietate nominauit. Tris Equitum* &c. nec dubito quin germana ſint, quare in contextum recipienda. Itaque *a pietate* lego, vbi vulgati *ab ætate* procliui errore, cum idem pene ſonus ſit. Ab ætate enim Senatores, à pietate, vel vt Liuius, ab honore Patres dicti. Cum hæc ita emendaſſem vidi ſententiam à Mediol. codice confirmari & à Dominico Machanæo, quem ita legiſſe ex ſcholiis apparet. Putaui aliquando hunc locum ſic interpungendum: *Centum Senatores ab ætate; à pietate Patres appellauit*, nec muto ſententiam, præſertim cum amicis quibuſdam eam probauero: tametſi Saluſt. Catilin. vulg lectionem tueatur. *Dilecti*, inquit, *quibus corpus annis infirmum, ingenium ſapientia validum erat, Reipub. conſultabant. Hi vel ætate vel curæ ſimilitudine Patres appellabantur.* Nobiſcum vero facit Eutropius, aliique.

*Quas à ſuo nomine*] in q. libris afuit præpoſitio.

*Ramnenſes*] alii *Rhamnenſes* ſcribunt. M. SS. conciſius *Ramnes*, Pariſinus *Romnes*, quam lectionem parum abeſt quin præferam. Quæ enim cognatio nominis in Romulo & Ramnenſes? Nihil tamen affirmo, lector conſideret.

*Tatienſes*] Ità ſcribſi, vt præter m. ſſ. Aldinus Pariſinus & Mediol. codd. ſuaſerunt: ſuaſit & M. Varro & Plutarchus. Accedit & ratio, ne *Titienſis* à Tatio dicam prohibens, quamquam Sext. Pompeius ita deriuet. Inde: *à Luci communione Luceres*, o. ſcripti legunt: faterurque Liuius ſe huius centuriæ originem in tanta narrantium varietate referre non poſſe, an à Lucumone, an à luco, an Lucero Ardeæ rege appellata. Suſpicari libet ab Hoſto Hoſtilio dictam, quem Dionyſius Halicarn. Luconem Tuſcum appellare videtur, & Romulo laboranti ſuppetias tuliſſe ait.

*Raptarum nomine*] Vett. libri *nominibus*. rectius. Hinc quidem tantum XXX. raptas fuiſſe putant: Veriſimilius, Iuba & Dionyſius IↃCXXCIII. raptas aiunt.

*Cum apud capreæ pal.*] ita vulg. nos antiquos lib. expreſſimus *ad Capræ paludem.*

*Nuſquam comparuit*] Sic malim *nonnunquam* q. l. male.

*In concionem proceſſit*] In m. ſſ. perpetuo, t, ſcriptum *Contio* repperi quaſi *Coitio*: alioqui à *Conciere* non male per, c, ſcribitur, quaſi conuocatio. Hæc eo pertinent, ne quis damnet, vbi à vulgi ſcriptura ſciens volenſque receſſero, Analogiæ & librorum ſcr. auctoritati innixus. Porro pro *abiret* Aldus *obiret* excudit.

*Vt à ſedition. abſtin.*] Sic. q. l. ſed noſtram lectionem retineo, cum ſic in Lutatio Catulo loquatur. iidem *auctoritate* legunt non *auctoritatis*. Nec illud celabo lectorem extremo capite eadem *manu* adſcriptum in manuſ. omn. *Regnauit annos* XXXVII.

## IN NVMAM.

*Cum diu interregno ſedit. orir.* Locus mihi ſemper de mendo ſuſpectus: videbam enim, deeſſe aliquid, aut *diuturno* legendum. fuit enim annum interregnum, aut Latine dicendum: *Cum multæ interregno ſeditiones orirentur.* Poſt cum m. ſſ. nactus eſſem, ita, vt excudendum curaui leg. didici. placetque plenior ea lectio. Mediol. *diſſenſiones* non *ſeditiones* legebat.

*Pomponis F.*] ſcribſi antiq. libris auctoribus, quomodo & Liuius & Dionyſius: quidam & *Pomponi* habebat. Pariſinus *Pompilii*, vulg. *Pomponii* & *à Curibus* nonnulli. *Numa Pompilius* etiam appellabatur, quæ vox in Feſto cum de opimis ſpoliis agit, corrupta eſt, in *compelli.*

*Adducentibus ciuibus*] Sic editi libri quaſi comitantibus ciuibus, quibus & patre fratreque deprecantibus Romam venit Dionyſius lib. 2. M. ſſ. o. *addicentibus auibus* eximie: nam Liuius eam tamquam germanam lectionem comprobare videtur, ait enim auſpicato Numam regem creatum. *Accitus*, inquit, *ſicut Romulus augurato in vrbe condendo regnum adeptus eſt, de ſe quoque Deos conſuli iuſſit: inde ab augure* &c. Nec veriſimile virum religioni deditum, domo profectum ad res tantas inconſultis auibus. Sic contia in Hoſtilio Mancino auctor noſter dixit *vetantibus auibus*, alibi, *aduerſis ominibus & aduerſus auſpicia. Addicere autem aues* dicuntur in auguriis cum aliquid volatu aut garritu approbant & ratum faciunt. Liuius lib. 1. *Negare Atticus Nauius inclytus ea tempeſtate augur, neque mutari neque nouum conſtitui niſi aues addixiſſent poſſe.* Ibidem: *Cum omnium ſacellorum exaugurationis admitterent aues, in Termini fano non addixere.* Ibidem: *Fabio auſpicanti aues ſemel atque iterum non addixere.* Tacitus lib. 1. Hiſtoriar. *Auctus omnino addicentibus auſpiciis, vocat contionem.* Plautus aſinar. *Admittere aues* eadem dixit elegantia, de qua Sext. Pompeius. Liuius lib. 1. *Concilia populi, exercitus vocati, ſumma rerum vbi aues non admiſiſſent dirimerentur.* Locus igitur in Seneca corruptus, etiam emendandus lib. de vitę breuitate ca. XIV. *Hoc ſcire magis prodeſt quam Auentinum montē extra pomerium eſſe vt ille affirmabat, propter alteram ex duabus cauſſis, aut quod plebs eo ſeceſſiſſet. aut quod Remo auſpicante illo loco, aues non addixiſſent.* Sic libri vulg. omnes: lege me auctore, *addixiſſent.* cui ſententię facile accedit qui Agellii cap. XIV. lib. XIII. Noct. Att. cum iſtis Senecæ,

A componet. Meſſallam enim laudat auctorem, qui eam cauſſam maxime probet, quod in eo monte Remus vrbis condendæ gratia auſpicauerit, aueſque initas habuerit, ſuperatuſque in auſpicio à Romulo ſit. Porro de Addicendi altera notione in Virginio Centurione diximus.

*Aedem Veſtæ fecit* ] codd. quidam, *confecit*, & *arcis* pro *Martis* mox legunt. ſed fruſtra ſunt. Quirinalem ſolum à Numa inſtitutum B Plutarchus refert: Dialem & Martialem à Romulo, in honorem patris. Reclamant Liuius & Dioniſius Duos vero Martiales, non vt noſter. Vnum, fuiſſe auctor eſt Andreas Dominicus Floccus in libello de magiſtrat. Rom. qui falſo hodie L. Feneſtellæ inſcribitur. Porro Salios Herculis Sacerdotes fingit Virgil. VIII. Aeneid. verſ. 285.

*Tum Salii ad cantus, incenſa altaria circum,*
C *Populeis ibant euincti tempora ramis.*

Liuius à quo noſter ſtat, Martis Gradiui facit.

*Pontificem maximum* ] quis primus ille fuerit in Anco Martio dicam. Varro lib. IV. de l. l. *Pontifices à ponte, nam ab iis ſublicius eſt factus primum & reſtitutus ſæpe.* non recte: Pons enim ſublicius mere ligneus ab Anco primum Tiberi impoſitus. Halicarn lib. III. Atqui hic annos fere XXX poſt Numam imperium arripuit, à quo D Pontifices creatos hic diſerte affirmat, aliique vno ore omnes. Quanto rectius Qu. Scæuola Pont. max. à poſſe & facere deducit, vt Pontifex ſit quaſi Potifex, à potis & facio. Poſt paullo: *Iano geminio* codex P. riſ. pro *Iano gemino* id eſt, bifronte, & *Annos*, non *annum* quidam & *addito*. nihil tamen muto. Mox locus mutilus à nobis reſtitutus ope vett. & m. ſſ. libr. quos religioſe ſecuti ſumus, niſi quod *coniugis* pro *vxoris* legerent. *Egeria*, autem ſcribebant recte non E *Aegeria*, nam ab egerendo partu dictam monuit Feſtus. Greci ſcriptores nunc ἠγέριαν, nunc ἐγέριαν ſcribunt.

*A Terentio quodam exarata* ] Mire variant libri vett. alii *Terentio*, ſcribunt, alii *Tarentino*, vt præter Pariſ. & Agrippinenſis codex habet: qui ſummo conſenſu *extracta* legunt: quod reponerem, ſi liceret per S. P. Q. litteratum: neque enim *Exarare*, pro, arando extrahere, legere memini: neque pro ſcribere accipi poteſt. Conſtat autem F repertos lib. in agro, dum paſtinaretur, L. Petilii ſcribæ ſub Ianiculo. vide Liuium lib. XL. ab V. C. Plinium lib. XIII. cap. XIII. Val. max. lib. 1. Lactant. lib. 1. cap. XXII. Adſcribſi autem annum V. C. IↃLXXII. Goltzii Faſtos ſecutus, nam P. Cornelio Cethego, M. Bæbio Tamphilo Coſſ. effoſſos. Plinius & Lactantius prodidere. Quod idem Agrippinus cod. *leges* pro *leues* præfert non recte eſt, niſi *cauſas* redundare dicamus. Sed illud pene prætericram pro *arcula* Mediol. l. longe optimum formis excuſum, quem Io. Liuineius & And. Papius eruditiſſ. iuuenes ad me miſerunt, *ſcrinia*, habere. *Ita duo deinceps reges inquit Liuius, alius alia via, ille bello, hic pace ciuitatem auxerunt.* G

## IN TVLLVM HOSTILIVM. III. Regem. 4

*Quia bonam operam* ] Niſi me animi fallit, Lacuna ſubeſt, legendumque, *quia auus eius bon. operam*, vt Liuius ait: nam Tullum bene De R. P. Romana recens nata meritum eſſe legere non memini, & temporum ratio repugnat. de Hoſto H Hoſtilio recordor.

*Nauarat* ] Mediol. legit, & mox, *tergeminorum certatione finiit* perpetuo m. ſſ. & typis excuſi paullo antiquiores: quod neſcio quomodo magis arridet, quam *certamine*, quod numeros poeticos ſonat, alii *trigeminorum*. nihil intereſt. Verum quomodo gemini & trigemini naſcantur vide variorum Philoſophorum ſententias apud Plutarchum de placitis Phil. lib. 5. cap. 5. Lex de Trigeminis à Tullo lata his pene verbis concepta: I *Nati trigemini, donicum puberes eſunt, de publico aluntor.*

*Perfidiam* ] *proditionem* habet Pariſinus & Agripp. Sed quæ iſthæc commutandi audacia? veterem ſcripturam retineo: Varro de vita pop. Tom. lib. 1. *Metium Fufetium propter perfidiam interfecit pene imperioſius quam humanius. Nam equis ad curriculum ex vtraque parte deligatum diſtraxit.* Porro *Metii Fufetii* ſcribo ex K Faſtis Capitolinis, Græca conſuetudine & Mediol. cod. tametſi m. ſſ. varient. *Suffetii* Manutius ediderat, quem reliqui ſunt ſecuti. Metelli ſcriptus codex *Metti Suffetti* fortaſſis quod veteres I longum ſcriberent cum geminaretur, nam & *Curiat* I & *Horat* I iidem ſcribunt.

*Montem Cœlium* ] alii Cælium: & abſque diphthongo m. ſſ. noſtri. Vetus tamen inſcribtio Lugdunenſis eam agnoſcit, quam in Seruio Tullio expreſſimus. Verum hæc de monte Cælio, L Anco Marcio Strabo tribuit: Tarquinio Priſco, Corn. Tacitus. Liuius à nobis ſtat mox, *ſacrificii imitatur*. Paris. antique.

*Ioui Elicio* ] Ab eliciendo Liuius & Ouid. III. Faſt. ſic dictum exiſtimant: quamquam à Græca voce homo Græcus Plutarchus ἱλεῴ. i. propitio deriuet. Non diſſimulabo in vett. noſtris ſchidis *Delicio* legi, in Agripp. *cilicio*: Mox. pro *regia*. vt ante *curia* in iiſdem eſt manuſſ. qui vt hoc caput in plura deducerem auctores exſtitere, & certe M ſeiungenda eſſe res ipſa loquitur, neque enim particulis cohærent, & titulus ita monebat, quem ſæpe inſpiciendum ſuadet Plinius iunior: ſunt enim & Viri illuſtres tametſi capita nunc plura excurrant. In margine igitur notis barbaris veterem capp. diſtinctionem poſui, ne quem res ipſa turbaret.

*Fulmine ictus* ] Recte Sigonius hic Liuiū emendat, qui Hoſtilio extremo *ipſum* pro *ictum* habet contra fidem vett. Adſcribſit & ſimiles loquendi formas ex Liuio lib. 34. Lactant. lib. 34. Lactant. lib. 3. & Cicerone 1. offic.

IN HO-

A

## IN HORATIOS ET CVRATIOS.

*Oratius* perpetuo sine spiritu Agrippinense exemplum;& mox: *ceciderant, tris Albani vulnerati* legit.

*Vt vulnerum erat, dolor, interf.*] Mendum haut dubie latet. Reposui igitur consentientibus scriptis omn. vocem hactenus exsulantem, quomodo plenior & concinnior lectio est: *vt vuln. dolor patiebatur insequentes, interf.* Vox vna alteram sua sede deturbauit, quod vtraque ab eadem præpositione inchoaretur. & vero τὸ *insequentes* omnino ad sensum facit. Liuius denique vnde hæc tralata sunt, iisdem pene verbis: *Ergo, vt segregaret pugnam eorum capessit fugam ita ratus secuturos, vt quodque vulnere affectum corpus sineret.* B

*Qui apud* 2. *viros condemnatus*] lib. o. m. ss. *Quare* vel *Quare*. quod probo. verum quod iidem *populum prouocauit* sine præpositione habent, haut scio an ferri debeat, certe in Poplicola, *ad populum* diserte ait. Cicero 1. de Repub. apud Senecam lib. XIX. epist prouocationem ait ad populum, etiam à Regibus fuisse. Ceterum condemnatus Horatius parricidii est, vt Festus ait: vel cædis reus fuit, vt Halicarnassæus, nō perduellionis, vt Patauinus: quem multi ingeniose excusant, Turnebus lib. 7. cap. 7. Aduers. Iacobus Ræuardus ad leges XII. cap: XXVII. & Paulus Manut. lib. de legibus. Reprehendit vero Sigonius vt improprie locutum Liuium lib. 2. cap. 18. de ant. Iure ciuium Ro. Et vero Vlpianus ad l. Iul. mai: *perduellionis reum appellat, qui hostili animo aduersus* R. P. *vel principem animatur.* Castellianus Cotta vir doctiss. perduellionis reos dictos putat, quia à duorum iudicio iudicabantur hi, qui maiora crimina perpetrabāt. quod Horatii nostri demonstratur exemplo, qui ad II. Viros ea caussa primum creatos, à rege remittitur, à quibus rursus prouocare licebat. declarat hoc Cicero orat. pro Rabirio perduell. reo. C D E

*Patres Lacrymis*] Venustius Mediol. *patriis*. Dein apographon Pulmanni *supraposiitum* præfert *non suppositum*. Nihil tamen demuto, iudicent Aristarchi.

## IN METIVM FVFETIVM.

*Vt rem mitigaret*] abest à lib. nostris antiq. infra *fortunam* (*belli experiretur ac*) *sequeretur*. Parenthesi inclusa redundant ex lib. o. manuss. Paris. & Colon. nec dubito quin aliunde inculcata sint, Liuius enim totidem pene Verbis: *Consiliū*, inquit, *erat qua fortuna rē daret, ea inclinare vires.* F

*Arcessitus*] Scribsi ex m. s. meo, & ab *arci* deflexum, quod accio, antiquis significabat, teste Prisciano. Diomedes vero lib. 1. cap. IV. ab arceo deduci:, quod alium accusare à molestiis arcere sit. Dion. Lambinus tamen non veretur Latinum esse negare, *Accerso* pro euoco, contra Diomedem lib. 1. Sosipatrem lib. 3. & Scaurum ceterosque litteratores.

*Victique sunt*] m. ss. *& victi sunt*. Mediol. *victi & territi sunt*, & mox, *iussu eius*. Sed hæc non sunt tanti. Simile de Datami & Mithribarzane Stratagema est apud Corn. Nepotem excell. Impp. Frontinum lib. 2. cap. 7. Polyænum lib. 7. Diodorum Sicul. lib. 15. qui tamen diuerse narrant omnes. G

## IN ANCVM MARCIVM. 5.

*Cneus M. rtius*] male scribitur. *Ancus* enim dictus ἀπὸ τοῦ ἀγκῶνος. i. incuruo cubito. Seruius in VI. Aeneid. Natus autem error quod initio capp. littera prima omitti solet, vacuumque spacium habere in quo minio depingi posset: hinc et c in secundam vocalem, affinem commigrauit, vt vocem litteris daret. Porro *Marcius* per c non per Tau scribi plurimi ante me iampridem docuerunt. H

*Numæ pompilii ex Filia nepos*] In m. ss. quib. *Pomponii*, in aliis *Pomponis* est. Apud Senecam XIX. li. epi. exstat illud Cicero: 1. de Repub. *Duos Romanos reges esse, quorū alter patrem non habet, alter matrem: nam de Seruii matre dubitatur: Anci pater, Marcius Numæ nepos dicitur.* Hæc igitur Genealogia ex Plutarcho elicitur. I

*M. Marcius Sabinus*] Numæ comes dum Romam commigrauit: ab eodem in Senatum lectus, & à Tullo Hostilio rege III. de regno contendens victus mortem sibi consciuit. Huius filius. K

*Numa Marcius*, Numæ gener, primus Pontifex max. ab eo factus, à Tullo rege Vrbi præfectus. Cor. Tacitus lib. V.

*Ancus Marcius* rex IV. Numæ regis ex filia Pompilia nepos.

*Auentinum & Ianiculum*] V. C. Metelli & Mediolan. addit, *& Murcium*, quamuis alter per t scribserit. Agrippin. corrupte, *& Cursum*: quare addendum existimo, auctore Liuio. Suspicari tamen subit scribsisse auctorem *Murcium & Ianiculum*, vt Auentinum collem intelligat, qui à Veneris Murciæ sacello nomen accepit. Quam coniecturam meam à Sex. Pompeio lib. XI de verbo. signific. comprobari, post, magna voluptate legi. L

*Vrbi*] in Parisino vetustiss. cod. amplius est, *Romanæ* & *Salinarium* Vascosanus excudit.

*Ostiam*] scribo absque spiritu. Liuius enim: *Et in ore Tiberis Ostia vrbs condita*; & Dionysius lib. III. dictam esse ait, quasi θύρας. & mox vett. aliquot libri, *in ostia Tiberis eduxit*. *Repetundas* & *Aequiculis* audacter scribsi m. ss. librorum fidem consensumque secutus: *Rhesum* autem ex Metelli archetypo appello, quem vulg. *Hesum*. c. Titius Probus, vel potius Iulius Paris in Epitoma Valerii de prænominibus Sertorem Resium nuncupat. Periculosa imprimis in peregrinis nominibus coniectura, quia incerta: iccirco m. ss. cod. nostros sequor, dum certiora adferantur. Nec enim me fugit quo in numero auctor ille esse debeat. M

A *Preſtare Regem*] pariſinus, niſi mendoſus codex eſt *patrare* habet, quod an recte habeat aliorum eſto iudicium.

## IN TARQVINIVM PRISCVM. 6.

*Græci Demarathi filius, Corinthi tyrannidem fugiens*[Hæc ea lectio quam Colinæus & Aldus ipſe in vulgus ediderunt. Vaſco ſanus melius, *Demarathi Corinthii filius tyrann. fug.* Nondum vere tamen. M.SS. nos ad germanam lectionem ma-B nu duxerunt, *Dem. Corinthii filius tyrann fug.* A quibus Pariſinus nihil euariat, niſi quod *Damarati* rectius ſcribat. Mediol. non admodum diuerſus abit: *Demarati filius qui Corintho tyrann. fug.* Labor igitur vt *Lucum.* &, *Graci* ex ora in contextum importune irrepſiſſe certe credam, nam mox ait Lucumonem dictum & ſi Corinthii filius, ergo & Græci: niſi forte in Africam terræmotu Corinthus tralata eſt: Liuius nobiſcum facit: *Damarati*, inquit, *Corinthii filius erat, qui* C *ob ſeditiones domo profugus* &c. Et Plinius lib. XXXV. cap. III. vnde quidam falſo Nepotem Cornelium huius libelli auctorem facere conantur, vt alibi admonui. *Cleophantum* inquit, *Corinthium tradit Corn. Nepos ſecutum in Italiam Damaratum Tarquinii Romani regis patrem, fugientem à Corintho iniurias Cypſeli tyranni. Cypſelus* autem à κυψέλῳ dictus: in ciſtula enim cum de eius morte ageretur, delituit. eundem niſi fallor, Euſebius in Chronicis Byzantium con-D didiſſe ait, Olympiadis XXX. anno quarto poſt R.cond. XCVI. Vulgata ſane lectio ferri non poteſt. tum quia mutilum, tum quia falſum ſenſum habet: Damaratum enim Lacedæmoniorum ducem etiam ſignificare videtur, qui Athenis exſulans in patriam impius fuit. Herodotus lib. 5. Paullus Oroſ. lib. II. cap. IX.

*Tarquinius profectus*] Sic repono ex m. ſſ. duobus. Vulgati male *profugus*, vel vt Gryphius *profugit*, præter hiſtoriæ veritatem: nam in ma-E lam fere partem accipitur. Verum in *ſuſtulit* varia ſcriptura in vett. libris. Pariſ. *ſubtulit*. Mediolan. & Colon. *ſubſtulit* &, *coniux* Colinæus excudit, non male: ſic & lapp. frequenter, nam *coniugis* obliqui habent.

*adeptus fuiſſet*] Mediolan. *foret*. Sed cur ait, *quaſi iure*. Nonne populi iuſſu & patrum auctoritate auſpicatoque rex creatus eſt? Num erat regnum Rom. hereditarium? Manifeſtus igitur error.

F *Qui minorum gentium ſunt app.*] A Bruto quoque hoc nomine appellatos, & adlectos ferunt, vt Tacitus lib. XI. Annalium, niſi mutilum locum cum Lud. Viue, dicamus, quod & Lipſius noſter adnotauit. Vide Pet. Pithoei Subſeciuorum lib. II. cap. VII. Onuphrius Panuinus in Roma ſua, patreis iſtos Dialecticorum ſpeciei ſubalternæ ſeu intermediæ comparare videtur.

*Nomina mutare*] *duplicare* Pariſ non improbo.

*Acii Nauii*] omnes pene l. vett. hic euariant manuſſ. *Attii Neuii*. Excuſi quidam *Accii Neuii*, alii *Actu Nauii*. Plinius lib. 34. cap. 5. Nat. hiſt. *Accium Nauium* vocat. Val. Max. li. 1. cap. 4. *Decium Accium Nauium* q. l. Atium Nauum. Dio-G nyſius vero libro 3. *Nauium Accium* appellat, vt illud nomen, hoc cognomen ſit.

*Ludos magnos*] *mag.* in Pariſ. male deſideratur: mox, pro *percuſſoribus* legit *percuſſionibus*, & *Vrbi Romanæ* plenius, vt in Anco Marito.

*Regno exutus & interf. eſt*] Hæc lectio non ab auctore profecta, ſed primum à correctore, ſi dis placet, cuſa, deinde excuſa, veteri occupatione locum tenuit. Tu corrige ex fide m. ſſ. *Regia exciius & interf. eſt* neque enim prius regno exu-H tus, quam interfectus eſt: nec duo paſtores regno exuere potuerunt: excire aula iurgiis ſuis & pugna potuerunt: Credo igitur ad dirimendam litem forte exiiſſe: quamquam aliter nonnihil Liuius.

## IN SERVIVM TVLLIVM VI. 7.

*Seruius Tullius P. Corniculani & Ocriſiæ capt. f.*] I M. SS. *Tullus* perpetuo ſcribunt, ſed corrupte: fuit enim tertii regis prænomen, & Dionyſius lib. 4 hoc nomen à patre tuliſſe Seruium auctor eſt. Porro in P. *Corniculano* omnes pene, quîs vſus ſum, libri mire variant; pro *Publii* Mediolan. præfert *Tullii* Nec deſunt qui T. hoc eſt *Titi* ſcribendum putarint. Scripta vero lectio *Spuri Cornicularii & Ocreatiæ* à quo Pariſinus nihil euariat, niſi quod *Ocreatiæ* ſcribat, vt Mediol. Verum Lugdunenſis *Ocreſiæ* vt & Inſcriptio ve-K tus, quæ illic viſitur, *Occriſiæ*, Colon. Vidi qui & *Ocratiæ ſcriberent*. Sed hanc à librariis pro arbitratu cuiuſque factam mutationem minime mirandum, præſertim in nomine aliunde in vrbem aduecto, & ſeruæ mulieris vnde rex nomen acceperit. Exſtat hodieque Lugduni tabula ærea, cuius exemplum amiciſſ. Lipſius mecum communicauit: quamobrem, quod illuſtrandæ rei ſit, non pigebit abſcribere. L

SERVIVS. TVLLIVS. SI. NOSTROS. SEQVI-
MVR. CAPTIVA. NATVS. OCRESIA. SI. TVSCOS.
CÆLI QVONDAM. VIVENNÆ. SODALIS. FI-
DELISSIMVS. OMNIS. QVIVS. CASVS. COMES.
POSTQVAM. VARIA. FORTVNA. EXACTVS.
CVM. OMNIBVS. RELIQVIS. CÆLIANI. EXER-
CITVS. ETRVRIA. EXCESSIT. MONTEM. CÆ-
LIVM. OCCVPAVIT. ET. A. DVCE. SVO. CÆLIO.
ITA. APPELLATVS. EST. MVTATO. Q. NOMI-
NE. NAM. TVSCE. MASTARNA. EI. NOMEN. E- M
RAT. ITA. APPELLATVS. EST. VT. DIXI.

*Hoc viſo*] *viſu* Mediol. moxque pro *intellexit*, *intellegit* A gripp. cod.

*Ex altiore loco*] deſ. hæc. Pariſ. & recte fortaſſe, nam *deſpicere*, deorſum videre eſt; conſtatque è feneſtra apud concionem verba feciſſe, vbi quidam *reſpiciens* legit, male Non diſſimulabo m. ſ. quendam *ex altiori* ſimpliciter legiſſe, & vox *Tarquinium* ex eodem ſuperat.

*Audientes eſſent*] Antiqua lectio *dicto audientes eſſ.* auctior & verior: alius m. ſ. *dicto obaudi eſſ.* In

eſſ. In

A *dieſſ.* In T.Liuio quoque corrupte eſt *Seruii Tullii dicto audientes eſſent.* pro *Seruio Tullio d.a.eſſ.* vt & B.Rhenanus admonuit.

*Et Eſquilias*] hæc in Pariſino aberant. Scrib.autem per ſ.tametſi ab excubiis vox ipſa defluxerit, quod melioris ſoni gratia X. in S. migrauerit. Sic & Mediol. impreſſerat.idem legit: *aggeremq; ac foſſas.* Hunc igitur ambitum, libri quidam varie legebant:m. ſ. vnus: *& Eſquilias vrbi diſtribuit, Annonam menſ.pond.*&c. reliquis omiſſis: non B placet. Agrippinenſe nihil hic prætermittebat, niſi quod *plebem* non *pleb*: legeret, vt populum à plebe diſtinxiſſe videatur, vt apud Agellium Capito lib. X. cap. XX. *Pop. in q.t.d. ac poſt plebem, Annonam, menſuras &c.* Nihil tamen demuto, quod recepta ſcriptura ſententiam idoneam habeat: Periodum tantum alteram ex m. ſſ. tribus adieci;& vero omiſſus Cenſus in vulgatis temere videbatur. Cenſa ſunt autem ciuium capita Millia LXXX. eorum qui arma ferre pote- C rant. Fabius Pictor apud Liuium.

*Dianæ Epheſiæ*] Plinius lib. VII. Natur. hiſtor. cap. XXXVII. *Laudatus eſt Cteſiphon Gnoſius, æde Epheſiæ Dianæ admirabiliter fabricata.* vbi *Chirſiphron* leg. ex Strabonis lib. XIV. vt & in Victruuio lib. III. & VII. vidit id Ferd. Pincianus, quem honoris cauſſa libens vſurpo: atque vtinam in omnes Plinii libros obſeruationes eius, iampridem, vt audio, excuſæ, in eruditorum ho- D minum manus venire poſſent: quas in infelici terrarum angulo deliteſcentes quidam nobis inuident. Profecto nulla aut pauca ab eo ſpicilegia relicta eſſe non dubito, quantum ex ſpecimine apud noſtrates olim edito, Antuerpie anno CIƆ.IƆ.XLVII. colligere potui.

*Quo effecto*] Malim *facto* vt m.ss.o. *bos quædam* iidem præferunt. Liuius autem lib. I. & Plutarchus Problem. V. Sabinum non Latinum faciunt: hic etiam *Antronem Curatium* ex Varrone E & Iuba rege appellat: Ille vero antea Latinos ſemel iterumque nominat qui templum exſtruxerunt. Verum nihil hæc pugnant, quod Sabinos inter Latinos numerent.

*Qui prius bouem illam*] Sic vulgati o: ſed magis eſt vt *cuius ciues* legatur, cum ex m.ss. auctoritate, tum quod Liuius quem noſter religioſe tranſcribit, iiſdem his verbis vſus ſit: ſitque ſenſus integrior & caſtior. corrumpendi loci anſam de- F dere *cuius* & *ciuis* inter ſe linearum ductu affines voces. Mox: pro *cauſam* m. ſſ. *omnia* legunt, & poſt paullo: *Ille callide dixit, prius viuo eum flumine* &c.

*Vindicauit*] Sic Aldinus & melioris notæ cod. alii *vendicauit*. m.ss. vero diuerſe legunt, *quæſiuit*, adduntque *Regnauit annis* XLIV. Deinde nouum caput Tulliis inſcribunt. Miror tamen m.ſſ. Extremo Tarq. Superbo adſcribere: *Imperauit annis* XXXIV. cum Liuius, Dionyſius, alii XXV. duntaxat numerent. Forte librariorum familiari audacia addendi detruncandi accidit. Fateor Euſebium & Caſſiodorum XXXIV. illi tribu- G ere, verum iidem decem annos Seruio Tullio ademerant, quod noſter nec alibi feciſſe videtur. In Romulo enim adſcripſerat: *Imperauit annis* XXXVIII. in Tarq. Priſco. *Regnauit annis* XXXVII. In aliis vero Regibus, Numa, Hoſtilio, & Anco nulli regnorum numeri comparent.

## IN TVLLIAS.

H

*Tarquinii Superbi filios*] Monſtrum hoc à Dominico Machaneo olim & cont. Lycoſthene expugnatum, mirum eſt in libris repullulaſcere potuiſſe. Monuerunt enim Priſci leg. vt hiſtoriæ veritas conſtaret certe in antiq. duobus; nec in m. ſſ. repperi nomen *Superbi.* Porro nepotes Priſci fuiſſe magis adducor vt credam Dionyſio potius quam Liuio accedens. Sed Laur. Vallæ longa de hac re diſputatio ad Alphonſum re- I gem exſtat, quæ ab Halicarnaſſeo ſumta, an ab ingenio ſit, pronunciare non auſim.

*Ferocem miti*] *Ferocem morum ſimplici*: m. ſſ. quidam, forte quod eiuſdem vocis repetitionem odioſam fore putarent ſcribæ illi, ſemidocti, & belle operam ponentes.

*In matrim. dedit*] Platonis hoc præceptum, vt morum ingeniorumque feruor alterius modeſtia temperetur. Memini illud in Appuleio ex- K tremo libro de dogmate Platonis, legere, ſed quoniam neque Plato, neque Aſini aurei ſcriptor ad manum eſt, verba deſcribere non potui. Legendus & Sex. Aurelius victor in Iuliano Imp. de Plotina vxore Traiani.

*Seu forte ſeu fraude*] *forte* leg. à nomin. fors. Vox in opt. quibuſque auctoribus corrupta. qua de in Clœlia Dionyſius veneno ſublatos putat: miror igitur dubitare quoſdam. Ceterum huiuſ- L modi matrimonia Sac. litteræ prohibēt per Ioh. Baptiſt. Matth. XIIII. & Impp. Conſtitutionibus cauetur eam, quæ in manum fratris conuenit, etiam diſſolutis ſeu morte ſeu repudio nuptiis, duci citra inceſti crimen non poſſe. l. Nemini. C. de Nupt. l. fratris. C. de inceſt. nupt.

*Paternum*] li. VV. *patrium.* In Mediol. abeſt: Mox *repente cepit*, habet G. Caſſandri editio, pro *repetere cepit.*

*Gradibus*) cod. antiq. calamo exaratus *in gra-* M *dus* cuius auctoritatem ſecutus τὸ *ſtatim*, vt ſuperantem vocem ſtylo confodi, & hinc furcis expuli.

*A qua iuſſa turba reced.*] Sic excuſi omnes. Libri ſcripti propius veritatem, *à quo iuſſa t. diſced.* Mediol. tamen *decedere* Liuius totidem pene verbis: *à quo faceſſere iuſſa ex tanto tumultu, cum ſe domum reciperet.* &c. vnde in ſcripta lectione præpoſitionem deeſſe video, è, vel, *à turba.* Neque enim turbam cedere, ſed vxorem tumultum effugere iubet.

(A) *Cum coniuge*] Arunte, inquit, Poncherius male: alioqui non incuriosus interpres. Oblitus forte Tarquinium Superbum maritum Tulliæ iunioris secundis nuptiis factum, &, quod aliquot versibus antecessit, ab ea instigatum ad regnum capessendum, regemque ab ea primo consalutatum. Liuium enim noster auctorem, non Dionysium sequitur.

## IN TARQV. SVPERBVM 8.

(B) *Moribus*] m. ss. *ex moribus* legunt, alii, *à moribus*.

*Suessam pometiam Etruscis*] Paris. *Sceuam Pom.* *M.SS. Deam Pom.* Nescio quid velint. & pro *Etruscis* Mediol. *Vulscis*, cui emendatum iam locum referre acceptum conuenit: non enim in Etruria, sed in Volcis vrbs ea fuit, auctor Plinius li. III. cap. V. Liuius quoque: *Is primus Volscis bellum in ducentos amplius post suam ætatem annos mouit,* (C) *Suessamque Pometiam ex his vi cepit.* Lycosth. etiam sic legendum censet textus, tamen nullam varietatem præfert.

*Locos in circo*] Emendatio hæc à Mediol. libro est: locus enim fœde ab emendatoribus contaminatus circumferebatur, cum præter rei varietatem *Lacus* legerent vulg. l. o. Melius m. ss. *Ludos*. *Locos* autem puto appellasse, quos Liuius ipse, *foros*. i. loca spectandis ludis fabricata. Lacus in circo fuerunt quidem alter maior, alter minor: (D) sed longo post tempore effossi. Dionys. lib. 3.

*Caput hominis*] Toli nomine vnde capitolium dici cœpit, quod ab Arnobio tantum proditum memini.

*In obsidio Ardeæ*] Vulg. *obsidione*. Ego de m. ss. o. reposui *obsidio*. Sic enim sine litura scribserant auferendi casu, ab *obsidium* gen. neutrius. quo vett. scriptores vsos frequenter Festum & nonium testes habeo: quorum ille Salustium 1. Histo- (E) riarum laudat auctorem: *Magnis operibus perfectis* (sic enim leg.) *obsidium cepit per L. Catilinam legatum.* Et C. Lælium in orat. pro se ad pop. *Vt nobis terra mariq; simul obsidium facerent.* Hic vero Ennium: *Cum sæuo obsidio magnus Titana premebat.* Sed de his vide quæ in Quinctium Cincinnatum notauimus copiosius.

*Ad Porsennam*] Scriptura est. m. ss. omnium. Sileius, Martialis, ceterique Poetæ corripiunt me- (F) tri fortassis causa.

*Hanc spectare manum Porsena non potuit.*

Virgil. VIII. Æneid. produxit: vbi Seruius vno n. *Porsenam* semper dictum ait. Post paullo: *Per summam ignominiam*, vetus codex non male *cum summa ignominia*.

## IN TARQ. COLLATINVM. 9

*Sorore Tarquinii*] M. ss. *ex sorore* Hic Liuio repugnat, qui Egerii filium facit Tarq. Collatinum. & nepotem tantum Tarq. Prisci ex fratre. Vide Alex. Neapol. li. 5. cap. 27. Genialium dierum.

*Vbi cum forte*] Paris. & Agripp. *Vnde cum forte* (G) *liberiore conuiuio.*

*Et luxu*] Corrupti hic erant & interpolati libri scr. nisi quod, *vel lusu comprehendunt* legisse videntur.

*Collatiam*] *Conlatiam* & *Conlatini* perpetuo m. ss. habebant: Paris. & Colon. *Collatium.*

*Et in cubic. Lucretiæ irr. pud. exp.* [Sic vulgati, & Mediol. præterquam quod præpositionem tolleret Breuius m. ss. o. *& pudicitiam cubiculi* (H) *expugnauit.*

*Quem veste texerat*] *gesserat*. m. s. noster. Nihil muto Virgil. *aperit ramum quem veste tegebat.*

## IN BRVTVM. 10

Rursus *ex sorore* q. legunt: sequiturque suo more Liuium. Dionysius enim amitam Superbi Tarquiniam facit, vnde Brutum natu grandio- (I) rem, cum Tarquiniis, liberis regiis Delphos profectum colligi potest. Non me fugit incertam esse & multis retro sæculis controuersam Genealogiam Regum Roman. Liuius enim Superbum Prisci filium facit, Dionysius ex filio nepotem fuisse argumentis ac temporum ratione astruit, quem plerique omnes sunt secuti. Laur. tamen Vallæ longam pro Dionisii sententia aduersus Patauinum scriptorem disputationem Andr. Alciatus I. C. insignis oppugnat lib. Παρέρ- (K) γων cap. VIII. Nam Pomponii l. II. D. de orig. Iuris, Tarquinium Superbum Camarati Corinthii filium affirmantis, iampridem explosa sententia est, cum nepos tantum fuerit, si Liuium sequimur: sin Dionysium, abnepos. Quidam igitur sic legerunt: *illis temporibus quibus Tarquinius Damarati Corinthii filius.* quam ego nisi à m. ss. est non temere recipio: vulgatam tueor parua immutatione facta. *quibus Superbus Dam. Cor. Filii F.* Sic enim vnica littera filium (L) m. ss. fere repræsentant, quod cum librarius ignoraret, audaciter omisit. Zazii enim aliorumque nimis coacta purgatio est, Filii verbo hic nepotem contineri, quod ll. permittunt. l. Filii appell. & l. Iusta. D. de verb. signifi. Nam historica hic narratio est, quæ vocum proprietatem sibi vindicat, non alio vi quadam detorta verba. vide Errici Glareani viri optime de historia Rom. meriti Tabulam familiæ huius regiæ in (M) T. Liuio.

*Ob diuitias & prudentiam*] *de imprudentia* constanter in m. ss. & mox *deridiculi* vbi vulg. *ridiculi*.

*Baculo sambuceo*] Liuius *Aureum baculum inclusum corneo, cauato ad id baculo tulisse donum Apollini dicitur, per ambages effigiem ingenii.*

*Deo donum tulit.*] Sic impressi. m. ss vero *dono intulit* & infra, *dignitatem*: alii *potestatem* præferunt.

*Filios suos fratrisque quod*] vox, *fratrisque* non solum

A ſolum in m. ſſ. ſed & in Pariſ. afuit, pro quo illi, *eo quod*, legebant

*Vbi ambo*] Leuis in ſpeciem emendatio, quæ lib. antiquis debetur, lucem & venuſtatẽ addẽs orationi, cum antea legeretur: *ſe ambo mut. vuln. occiderunt.*

## IN HOR. COCLITEM. 11

*Pro ponte ſublicio*] m. ſſ. hic variant. vnus *Sulpitio* habebat, & ſupra adſcriptum *ſubſilicio Tiberis*: alter *Sublicio*. Dicitur autem à ſublicibus id eſt trabibus magnis inter ſe connexis. *Licio* enim antiquis connectere ſignificabat. & *Sublicas*, trabes illas dixerunt quæ inuicem colligantur. Græci Rom. rerum ſcriptores ξυλίνlω γέφυραν, id eſt, ligneum pontem appellant.

B

*Aciem hoſtium ſuſtinuit*] Pleniores vett. l. *ſolus ſuſtinuit*. Mediol. *ſubſtinuit*, vt ferè in Tarq. Priſco. iidem mox illud *ſtatim* adiiciunt.

C *Tranſnauit*] Scribo auctoribus libris ſcriptis, cuius præpoſitionis elegantiam librarii multis in locis corruperunt. Non longe abiero: In Suetonii Cæſare cap. 20. in antiq. lib. *tranſduxit* repperi, & in Octauio cap. 2. Apud Cæſarem 1. bell. Gall. *multitudinem Germanorum in Galliam tranſducat*. Ibidem &, *tranſdidiſſet*, *tranſdere* ſæpe pro tradere. Sed exemplis congerendis ſuperſedeo. Apud Plinium lib. VIII. cap. XXXII. nat. hiſt.

D quod propius ad rem facit, in m. ſſ. lib. de ceruis, *maria tranſnatant, gregatim natãtes*, vbi vulg. *tranant*.

*Circumarari*] *ambire* m. ſſ. o. Pariſ. & Agripp. *arari*.

## IN MVTIVM SCÆVVLAM. 12

*Mutius Scæuola Cordus*] *Scæuola*, vel vt lapp. Capitolini *Scæuula*. In lib. antiq. non comparet.

E Poſt enim *Scæuula* appellatus ἀπὸ τοῦ σκαιοῦ, id eſt ſiniſtro & læuo. Qui hic *Codrus* fecerunt (*rumpantur vt ilia Codro*) imperite & audacter, ſomniarunt ducem Athenienſem: qui ſe quoq; pro patria deuouit.

*Hoc ſupplicii ab ea*] Repone, *à rea* quæ germana lectio eſt: manum enim puniendam quod erraſſet cenſuit, quo fortè pertinet illud Martialis:

*Hanc ſpectare manum Porſena non potuit.*

F

## IN CLOELIAM. 13

Vett. quidam *Cœliam* ſcribunt, quomodo & Nonius in dict. *Nare*. Virg. lib. VIII. Æn.

*Et fluuium vinclis innaret Clœlia ruptis.*

*Inter obſides accepit*] Abſurdum & à pudore virgineo alienum videri queat, obſides puellas datas, niſi Cornel. Tacitus idem ſcriberet lib. de Germ. populis, efficacius obligari animos ciuitatum, quibus inter obſides puellæ quoque nobiles imperantur.

*Quem ſors dederat*] Inſedit hic error libris plurimis vt *ſors* ſcribant pro *fors*. Virg. VII. Æn.

*Quæ fors prima dedit, ſanguis nouus imbuit arma.* G

Vulg. *ſors* male. Terent. Phorm. *Quod fors feret, feremus æquo animo*. Idem Hecyra, *Quia illis fors obtulerat* &c. Sed hanc vocem in antiq. auctoribus, Lucretio, Cicerone, Salluſtio, Liuio, aliiſq; ab Antiquariis nunc reponi, video. Mox, *admirans* pro *admiratus* eſt in Pariſ. & Colonienſi.

## IN FABIOS. 14

*Depopoſcit*] Colinæus: alii *depoſcit*. Infra, H
τὸ *fuerunt* afuit in m. ſſ. & non procul à fine illud, *fuerant*.

*Pecora ex aduerſo*] adſcribam lib. vv. ſcripturam: *pecora ex diuerſo in conſpectum eorum protulerunt atque progreſſi Fabii in inſ. del. & occiſi ad vnum perierunt*. Nonnulli codd. *occidione* habebant.

*Inter nefaſtos relatus*] *delatus* in m. s. non probo. Fuit, cum male habere locum credidi legen- I
dumque *infaſtos rel.* ſicque opinionem confirmabam meam, quod Verrius Flaccus apud A-gellium lib. V. cap. XVII. *atros dies* appellandos iſtos cenſuerit nõ *nefaſtos*: ſed nunc ſententiam muto, quod omneis pęne auctores ita loqui obſeruarim: & noſtrum, de Alienſi die in Camillo.

*Ad Qu. Fabium Max.*] m. ſſ. conſpirant leguntque: *At Q. Fabius qui Annib. morans fregit*. nihil mutandum puto. K

## IN POPLICOLAM. 15

*L. Valerius Voleſi F.*] In Liuio, Dionyſio, & fragmentis Capitolinorum Faſtorum prænomẽ *Publii* eſt, & in eiſdem marmorib. æreiſq; nummis *Voluſi f.* ſcribitur. Eſt tamen Romæ lapis hac inſcriptione:

P. VALESIVS VOLESI F. L
POPLICOLA.

Quare libera cuique per me eſto ſententia: vtrum malit præferat. Porro *Valeſius* antiquè, pro *Valerius*, & *Fuſius* pro *Furius*, & *Papiſius*, pro *Papirius*, teſte Liuio lib. III. ab. V. C. Cic. IX. epiſtol. ad Papirium, Varr. VI. de l. l. & Quinctiliano. Additur in lib. ſcriptis, *ille Bruti collega* ἐμφατικῶς.

*Primum de Veientibus*] Celare lectorem non debeo, Liuium hic & Dionyſium ſecutum me in annis V. C. ad oram adſcriptis: non enim ignora- M
bam antecedere anno vno, Capitol. Faſtos nuper effoſſos: qui triumphaſſe Poplicolam de Veientibus & Tarquinienſibus notant A. V. C. CCXLIV. Iterum de Sabinis & Veientibus CCXLIX. Sigonius enim Liuium, Dionyſium, & Capit. lapp. auctores laudans, bis tantum triumphaſſe arbitratur. Impoſuit forte auctori noſtro, quod M. Valerium Poplicolam fratrem eius iidem Faſti anno poſt R. Cond. CCXLVIII. triumphaſſe de Sabinis ſignent, affirmétq; Plinius lib. XXXVI. cap. XV. Coniecturam meam attuli tantum.

A *Triumphauit*] Plutarchus collegam illius T.
Lucretium iterum Conſ. bonam operam na-
uaſſe in eo bello ſcribit: ſolum tamen Poplico-
lam IV. Coſ. triumphaſſe.

*Conſulem ſubrogauerat*] m. ſſ. *Conſ. alium ſub-
rogabat.* Verum hiſtoriæ repugnat vtraque le-
ctio. quod hoc populus voluiſſe videtur, binos
quotannis hunc magiſtratum gerere, vt alter
alterum in officio contineret, nec veriſimile
eſſet duos contra R. P. facturos, quin id pa-
B lam fieret. Niſi forte ita explices, ideo in ſuſpici-
onem regni affectati veniſſe Poplicolam, quod
ipſe, iniuſſu plebis, conlegam creaſſet. Verum
confecta res eſt, quod antiquiſs. ille Pariſinus
codex *conſ. non ſubrogauerat* aperte præferat, &
*Bruti* non *Tricipitini*. Qua ratione cum Liuio
gemina dicit: ſic enim ait; *Regnum eum affecta-
re fama ferebat, quia nec collegam ſubrogauerat in
locum Bruti & ædificabat in ſumma Velia.* Noſter
vero ait, domum habuiſſe in Velia &c. Cum hæc
C ſcripſiſſem, comperi & Lycoſthenem ita emen-
daſſe: gaudeo itaque eadem in mentem illi veniſ-
ſe, noſtraque confirmari. Reddit ille rationem,
quòd plures, anno CCXLV. ab exactis regibus
primo, Conſulatum geſſerunt, cur in vulg. ha-
ctenus inſederit mendum *Tricipitini* pro *Bruti*:
vt non neceſſe habeam à capite arceſſere.

*Immiſit qui domum ſuam.*] L. Higinius libro
priore de Viris claris: P. *Valerio Voleſi filio Popli-
colæ ædes publicas ſub Velia, vbi nunc ædes Vi-
D ctoriæ eſt, populus ex lege quam ipſe tulerat, conceſ-
ſit.* Citat Aſconius in Piſonianam.

*In populi conciones ſubmiſit.*] Feſtus conuenti-
onem *Contionem* interpretatur, quaſi Coitio,
vnde vett. libri per Tau ſcribunt. Vulgati *Concio*
à *concieo*. Cicero I. de Repub. apud Non. Mar-
cellum: *Tum inſtituti annui Conſules, tum de-
miſſi populo faſces.* Eſt autem Faſceis ſubmittere
ſeu demittere, ea inſignia non erecta ſed de-
miſſa ferri iubere, vt patet ex Plinii exemplo lib.
E VII. cap. XXX. de Cn. Pompeio. Symmachus Præ-
fec. Vrbi Theod. Aug. *Submiſit Poplicola contioni
ciuium Conſularem ſecurim: & honoris ſui culmen
infregit, vt libertatem ciuibus erigeret: ergo mori-
bus potius quam inſignibus æſtimemur.* Et Pruden-
tius (vt poeta quoque ſymbolam conferat) lib. I.
contra Symm.

*Martyris ante fores Bruti ſummittere faſceis*
*Ambit, & Auſoniã Chriſto inclinare ſecurim.*

Nec mihi fraudi ſit ſacros poetas citare quod
F Prudentius apud me alter Pindarus, vt Sidonio
Apollinari, ſit: & Paulinus quaſi Propertius al-
ter ob ſingularem pietatem ametur, & in ſinu
feratur.

*Legẽ de prouocatione*] & libertate. Capita illius
apud Liuium lib. 2. Dionyſ. lib. 4. Plutarchum
in Poplicola, Valer. cap. 1. lib. 4. exſtant. Hinc
*Poplicolam* dictum & hi & Liuius lib. 3. teſtes
ſunt. Dionyſio etiam quaſi δημοκηδὴς dictus. ic-
circo *Poplic.* non *Publicola* ſcripſi aſſentiẽtibus
& m. ss. idque eo fidentius quod Quinctilia-
nus o pro u pronunciari ſolitum affirmet & p,
mutam tenuem, cum media, b, ſæpe commutari
vt poblicus dicerent & ſcriberent &c. Hinc qui- G
dam *Poblicolam* edunt. Liuius lib. II. *Latæ deinde
leges quæ regni ſuſpicione Conſulem abſoluerent, ſed
quæ adeo in contrarium verterent vt popularem fa-
cerent: inde cognomen factum Poplicolæ eſt.* Libro
III. in eandem ſententiam. Plutarchus quaſi pu-
blica edens, non populum colens interpretatur.

*Qui cum quater conſul*] ex m. ss. noſtris ea
expleuimus, quæ hic deſiderata hactenus fuere.
Conſul enim fuit anno V.C. CCXLV. cum Bruto:
iterum anno inſequenti cum T. Lucretio Trici- H
pitino: tertium CCXLVII. cum P. Lucretio, vel,
vt alii, M. Horatio Puluillo II. Coſ. quartum
CCL. cum T. Lucretio II. Val. Max. lib. IV. Plu-
tarc. in Poplic. tertii tantum conſulatus memi-
nere.

*Publice ſepultus ſit*] i. Reipub. ſumtu, colle-
ctis è publico quadrantibus. Conceſſum hoc
amplius honoris ergó, quod antea nemini, vt in
vrbe ipſe poſteriq; eius ſepelirentur. Itaque pro-
pe forum in Velia publico elatus funere eſt, te- I
ſte Halicarnaſſ. & ſepulcro, in quod gens poſtea
Valeria inferri conſueuit, cõditus fuit anno V.C.
CCLI. Poſtumio Tuberto, Agrippa Menenio
coſſ. Val. Max. lib. VI. Cicero Academ. lib. IV.
Liuius lib. II. ſic ait: *Moritur gloria ingenti, copiis
familiaribus adeo exiguis, vt funeri ſumtus deeſſet:
de publico eſt elatus. Luxere matronæ vt Brutum.*
Vide Ammianum Marcellinum lib. XIIII.

## IN A. POSTVMIVM. 16. K

*Ad Manilium*] Sic m. ſſ. Dionyſius & Annæus
Seneca ſcribunt: *Mamilium* Vaſcoſanus recte
excudit. Liuius *Octauum Mamilium Tuſcul.* ap-
pellat. Manilii vero plebei Romæ fuere. Scribo
autem *A. Poſtumius* abſque aſpiratione, aucto-
ribus libris m. ss. nummis æreis & lapidd. Huc
accedit & Analogia: à *Poſtea* enim *Poſtimus*;
*Poſtimius*, inde *Poſtumius* deriuatur: & anti-
qui *umus* ſine ſpiritu ſcribebant. L

*Apud Regilli lacum*] Colineus *Rigilli* impreſſit.
m. ſſ. ſic: *apud Regillum* nam & vrbs eius nomi-
nis fuit. Lacus in agro Tuſculano ſiti, ad quem
pugna facta eſt, meminit Liuius lib. II. Dionyſ.
lib. VI. & Plinius lib. XXXIII. cap. II. Vrbis vero
in Sabinis ſitæ idem Halicarn. lib. XI. non ita lõ-
ge à principio, & Stephanus de vrbibus.

*Victoria nutaret*] Pariſ. *mutaret* forte antiquâ
forma pro mutaretur, niſi mendum eſſe placet.
Liuius in Tullo Hoſtilio: *Foſſa Cluilia ab nomine* M
*ducis per aliquot ſæcula appellata eſt: donec cum re
nomen quoque vetuſtate aboleuit.* pro, vetuſtas ab-
oleuit, forma neutra. m. s. codex hic lõge à vulg.
lectione recedit legitque *cum victoriam nauiter
peteret.*

*Magiſter equitum*] T. Æbutius T. F. Elua,
vt Dionyſius recte vocat. L. vero Annæus Sene-
ca (quem præpoſtere L. Florum faciunt) in
Epitoma r. Ro. A. Cornelium Coſſum no-
minat, à quo noſter auctor ſtare videtur, quod
idem ſtrategema narret. Labor tamen vt hæc

poſt

A post,ad Cossi caput referenda putem : sunt enim nonnulla in hoc libello præpostere collocata,vt suo loco admonebimus. Et vero Liuius lib.IV.ad annum CCCXXXII.A.Cor.Cosso tribuit,M. Aimilio Mamercino dictatore.

*Fuderunt*] Paris.*fregerunt* habet.

(*ommuni titulo dedic.*] Vidit Machaneus,vidit & Lycosth. deesse aliquid. nos ex Agripp. codice excuso admodum vetusto *ædem* addidimus: aut si m. s. vnum sequi lubet, adscribe, *aras eis*
B *comm. tit. ded* per me enim licet:in aliis sane abest supplementum:forsitan non male. Huc pertinet illud in Iulio Suetonii cap. X. *Venationes ludosq́, cum collega & separatim edidit: quo factum est,vt communium quoque impensarum solus gratiam caperet; nec dissimularet collega eius M. Bibulus euenisse sibi, quod Polluci. Vt enim gemini fratribus ædes in foro constituta,tantum Castoris vocaretur; ita suam Cæsarisq́ munificentiam vnius Cæsaris dici.* Adde & Iulio & Cæsare Coss. a-
C liquid actum scribi solitum, tametsi Bibulum collegam haberet.vide ibidem ca.XX.

## IN L. QVINCTIVM CINCINNATVM. 17

*L. Quinctius*] *Quintus* quidã,non probo.Cur autem *c* addiderim ex m. ss.annotatum ab aliis est,qui mihi repetendi laborem ademerunt.

*Filium* (*æsonem*] Vett.per K.vocẽ Kæsonis no-
D tabant,estque in Fastis frequens in prænominibus. Vidi cod.in quo *Censorem* legebatur.

*F. petulantiss. abdicauit*] Abdicatio moribus Rom. & legibus incognita. L. abdicatio. C. de pat. potest. Neque abdicauit filium Quinctius, neque Censores ea tempestate in Rep. erant. Creati enim primum sunt anno V. C. CCCX. Abiit vero in exilium a.CCXCII post V.C. Liuius lib.III.Dionysius X.

*Duce Cælio*] Sic & Aldus scripserat. Colinæ-
E us,& alii per æ diphthongum,qualis varietas & in monte *Cælio* de quo supra dicere memini. Paris.l.*Clodio* nescio quid de P.Clodio & Graccho nimis tempestiue somniãs. m.ss.*Clœlio* præferebant,vere: quamquam Halicarnassei codex Græcus Κοίλιος edit. Liuius vero *Cluilius* errore ex o & u affinibus nato,pro *Cloilius* vel *Cloelius*. Idem *Æquos* fuisse hostes scribit. Cur Gracho non Gracco scribam alibi dicemus.

*Consulem obsidio liberauit*] Sic rursum emen-
F do ex m.ss.adiuuante ratione de qua in Superbo. Quibus hæc addẽ, antiquitus *obsidio*, post *obsidium* dici cœpisse : auctor Marius Victorinus antiquus Grammat. Donati æqualis in Orthographia:vt vice versa *Consortio, onis* apud Velleium Paterc. & Cic. III. officior. & *Contagium* apud Marcel. pro contagione : sic *Debitio dotis* apud Cicer.ad Attic. lib. XIV.epistola XIII. pro, debito dotis Imperiti ergo librarii,quod inauditum suis auribus non satis purgatis & eruditis, accideret *obsidio liberare, ne*, adiecerunt,ne non Latina phrasis esset. Plautus tamen Milite:

*Cage in obsidium perduelles,nostris præsidium para.* G

Vbi vulg.non ita recte, *Curre in obs.* legunt. L. Annæus Seneca in hist.Rom.lib.II.*Ipsam caput belli Karthaginem vrgebat obsidio, ipsisque portis inhærebat.*de Regulo auferendi casu. Sed ne quis de fide in exprimendis libris dubitet; Musas mihi parum propitias opto,nisi ita constanter scriptum repperi, vt & amicis ostendi: quo in numero Karo. Maldereus Neruius, iuuenis omnibus ingenii dotibus præstans,qui dum hæc com- H mentarer,officii caussa nos salutauit: & de studiis,vt fit, vltro citroque collocuti, in eum sermonem sumus deducti, vt in meam sententiam pedibus iret arreptoque libro lineã seque.τὸ *corona* superare crederet. Cui eo libẽtius assensus sum, quod post in Mediol.afuisse comperi:& certe sic loquuntur auctores frequenter, vt Tranquillus in Iulio cap.II. & in Claudio cap.XVII. m.ss. & Paris.hæc inuertebat: *corona aurea obsidionali don.est.* perspicue verum ex Liuii lib.III. qui vni- I us libræ pondo fuisse ait: *aurea* itaque addi iussseram si mihi operæ parere voluissent. Sed coronarum in P. Decio & Scip. Aemiliano noster mentionem habet. Videndus & Agellius.

*Et in triumphi*] Venuste in quib.afuit præpositio alii *triumphali*. Adde & sub iugum hostes subactos misisse : cuius formam Liuius lib. III. describit.

*Ad agriculturam*] Minutum hoc est, tamen monendum, in vett. l. esse *agricultum*: & aliter K interpungi cæsum illud *Dictaturam sexto decimo die quam acceperat, deposuit : Et ad agric.reuersus iterum post.*&c. Vulgata hæc distinctio,quam nõ sequor:sed m.ss.codd.*& ad agric. reuersus est. Iterum post* &c.eximie. De Dictatura illa vide infrà Corn. Cossum. Porro frugalitatis & continentiæ Romanæ memorabile exemplum, de quo vide Saluianum Massiliensium Episcopum lib.I.de Prouidentia Dei.

*A Seruilio Hala*] Sic vulg. o.M.ss.sine vlla ve- L ritate *Ab Seruilio Ahala*, quomodo & Aldus Manutius P. F. olim scrib. monuit. Ciceroni tamen magis placet *Ala* dici. *Verba*,inquit in Oratore, *sæpe contrahuntur non vsus caussa, sed aurium: quomodo enim vester Axilla Ala factus est, nisi fuga litteræ vastioris? quam litteram etiam è Maxillis, Taxillis, Vexillo, Paxillo, consuetudo elegans Latini sermonis euellit.* Hæc ille; videtur igitur *Ala* ab *Axilla* eadem ratione defluxisse, qua *velum* ex *vexillo* factum. Alexand. vero Ne- M apol.lib.I.Genial.cap.IX. putat à fœdo oris halitu *Halam* cognominatum. Iudicent eruditiores.

## IN AGRIPPAM MENENIVM LANATVM. 18.

*Menenius*] in m.ss. est geminata liquida. Plutarchus *Menenius* scribit. Vnde autem *Agrippa* (vel potius *Agripa* ab ægro partu ) dicti Plinius docet lib.VII cap.VIII. Solinus cap.IV.& Agell.lib.XVI. ex Varrone.

*Secesſiſſet*] *ceſsiſſet* in antiq.reperio: alterum malo,inde enim *Seceſſio* dicta. & mox: *non tolerarit*, vbi in vulg. afuit negatio,qui ſic interpretari videntur, quod tributo & militia plebes vexaretur: ſed malim negationem addi: Cauſſas quiuis facile videt.

*Otioſum cernerent*] In vett.eſt, *crederent ocioſum*: varietas forte nata,quod *creui* præteritum formet:& non ita multo pòſt *differere* quidam ſubiiciunt pro *digerere* auctoribus lib. vett. & Liuio: *Reddentem*,inquit,*in omnes corporis partes hunc,quo viuimus vigemuſque diuiſum pariter, in venas maturum confecto cibo ſanguinem.* Tametſi medici digeſtionem ſemper in ore habeant, ſitque *Digerere* ſuo quidq; loco componere. Virgil. *Digerit in numerum*.&c. Ouid: *Latium digeſta per annum*.alias,diuidere.

*Populus regreſſus eſt*] Antiq. *repreſſus eſt*, nihil tamen muto.

*Creauit tamen trib.plebis*] primos duos, C. *Licinium & L. Albinum*, vt Liuius vocat. Aſconius *S. Licinium Bellutium & L. Iunium Paterculum* appellat. Dionyſius C. *Sicinium Bellutium & L. Iunium Brutum*. Plutarchus in Poplicola, *Iunium Brutum & Sicinium Bellutū*. Suidas in voce δήμαρχοι, *Sicinium & Brutum*.

*Aduerſus nobilitatis ſuperbiā*] In m.ss.eſt, *adu. nobilitatem*, rectius, nam è ſuo corpore contra patriciorum potentiam, vim,ac iniuriam magiſtratum creari populus volebat,non ob ſuperbiam ſolum ſed vim præcipue nobilium fœneratorū, qui plebem ære alieno obſtrictam in vinculis habebant.

*Collati quadrantib.*] *Collectis* Pariſinus legit: Liuius, *extulit eum plebes ſextantibus collatis in capita*, quomodo & Val. Max. lib. IV. *Publicum* extremo cap. M.ſſ. legunt: *publicè* alii: quomodo loquitur in Curio Dentato,& Corn. Nepos in Ariſtide: *In tanta paupertate deceſſit vt qui efferretur vix reliquerit. Quo factum eſt, vt filiæ eius publicè alerentur, & de communi ærario dotibus datis collocarentur.*

## IN C. MARCIVM CORIOLANVM. 19.

*Cneus Martius*] Sic in vulg.o. legitur: Scribo *Caius Marcius*, quemadmodum libri vett. præcipiunt: in vno tamen, ne quid diſſimulem ſupra adſcriptum habebat *Quinctius*, forte quod alibi Q. pingi vidiſſet, littera cū C. admodū affini, vt litteratores illi vett. copioſe docuerunt. Infrà paullo *hoſpitam*, Pariſinus habet, & *addictum*, Colon. *adductum*, pro quo vulg. *aduectum* quod neſcio quomodo magis adlubeſcit animo meo.

*Hic conſul*] Conſulem non fuiſſe exiſtimo, nec Capitolini Faſti à Verrio Flacco, vt putatur, conſcripti eum agnoſcunt: Senatorē vt credam, facit T. Liuii auctoritas. Verū in petitione Conſulatus repulſam paſſus eſt: hac iniuria plebi infeſtus, grauiſſime eam ſua ſententia afflixit. Dionyſ. Halicarnaſſeus.

*Dandum populo curauit*] Locus fœdā falſāque interpunctione contaminatus,leg. alioqui *negauit*, ne cum Liuio, Dionyſio & Plutarcho pugnet: hoc amplius, à ſe ipſe diſſentiat: *iniuriam* enim mox appellat. Quam, amabo, iniuriam plebi volenti facturus videbatur, ſi frumentum diſtribuendum curaſſet? Quamobrem ſic olim ſine libris, audacter leg. cenſebam: *Dandum populo negauit, vt hac iniuria.* ſicque explicabam, ideo impediiſſe ne Tribuni pleb. frumentum populo darent, vt rei ruſticæ & agricolationi non vero inteſtinis ſeditionibus vacarent. Cupiebat enim hoſtis Tribunitiæ poteſtatis acerrimus, iuraciuili illa ſeceſſione atque diſcidio Patribus ademta atque extorta recuperare. Equidem ita iudicabam: Sed vulgata retineatur, ſitque comma poſt *frumentum*: *aduectum è Sicilia frumentum, magno precio dandum populo curauit*: aduectūm partim vili pretio, partim gratis ex liberalitate Regis acceptum fuerat, id quod Patricii plerique, imprimiſque hic Marcius vendendum plebi cenſuerat.

*Duce Accio Tullio*] m.ſſ. duo *Tito Tatio* gentili eius qui cum Romulo regnauit annos quinque, vnde & tribus quædam Tatienſis cognominata. Tertius vero *Actio Tullio*, ſed *Tullus Attius* appellatus, vt illud prænomen ſit, hoc gentis nomen, vt in Tullo Hoſtilio: Sed de hoc nomine in Ciceronis vita quædam.

*A Veturia matre & Volumnia vx.*] Pariſ. *Veturia* & vetus li. meus *Voluſia* edunt. Ceterum Plutarchus in Coriolano contrà, Veturiam vxorem, Volumniam matrē fuiſſe ait. Suprà vero Pulmanni apographon legit: *Iſq; cū.* deinde, *comitatis*, indeque: *vt proditur*, non *vt proditor*, nec improbo. Variè enim de morte illius diſceptant auctores, qui hæc litteris monumentiſq; prodiderunt. Fabius Pictor, quē Liuius laudat auctorem, antiquiſſ. vſque ad ſenectutem vixiſſe refert, non vero interfectum: & hanc vocem vſurpare ſolitum, *Multo miſerius ſeni exſilium eſſe.*

## IN LICINIVM STOLONEM 20.

*Licinio Stoloni*] adde, *plebeio*, ſecutus auctoritatem m.ſſ. & certe deſiderabatur, quod mox Patricio, (quem Ser. Sulpicium Liuius ſecus ac noſter appellat) alteram in matrimonium filiam datam affirmet: iidem *Trib. militares* præferunt, non *militum*.

*Vt primum*] pro ſimulatque vel poſtquam primum. Cōſtat vero iam decimum Tribunum pl. cum L. Sextio refectum, quando lex iſta Senatum peruicit. quid ſi ergo legas: *Vt primum Tribunatum pl. rurſum adeptus eſt?* Nihil tamen pronuncio, aut immuto.

*Legem tulit vi*] Tulit idē *vt deducto eo de capite, quod vſuris pernumeratum eſſet, id quod ſupereſſet, triennio æquis portionibus perſolueretur.* Liuius extremo libro VI.

*Lex reſiſt.*] Paullo aliter m ſſ. *Lex, reſiſtente tamen Appio Claudio lata.* vide infrà in Appio.

*Et primus Lici. Stolo*] Sic noſter. Liuius tamen, Plutarchus,

A Plutarchus,& Fasti Capitol. L. Sextium primũ de plebe Consulem factum aiunt. Vitiose Dominicus Floccus auctor de magistrat. Rom.non Fenestella,L. *Sequarium* nominat.

*Idem lege sanciuit*] Sic locum interpungẽdum putaui, à quo dissẽtire liberum cuique facimus. Porro in m.ss. *Lege cauit*, Paris. vero: *Legem sciuit*,venustè admodum.

*Plus centum iugera*] Sic vulgati hactenus; in quibus mendum inest. Libri m.ss. nihil hic nos B adiuuerunt: nam in vno lacuna erat, quasi librarius hæsisset aut lituram in autographo vidisset, alter nihil variabat: Nos & Liuio & Valerio auctoribus, *quingenta*, fecimus, exigente ita historiæ veritate: Et mox: *cum iugera quingenta altera hab.* vbi vulg. *cum iugera centum quinquaginta haberet*. Manifeste falsum. Lycosthenes *mille* reponebat, nos, nisi me amo, dexterius *quingenta altera* restituimus: præsertim cum Varro, Plautus, ceteri sic loquantur, & in vno scriptum reppe- C rissem, *cum iugera quingenta haberet,& altera.* vt *altera* accipiamus pro alterum tantum, vel totidem: Bis enim quingenta millenarium efficiunt, si non fallunt Pythagorici numeri. Forte vox *altera* omissa,quòd statim repeteretur. Simile vulnus in Tib. Graccho sanauimus. Ceterum legis huius meminere præter Liuium, Varro li.1. de re rustica, Appianus I. bell.ciuil. Agellius li. 20.ca.1. Valer. li.8.ca.6. Plinius li.18.cap.3. Vell. Paterculus li. 2. Plutarchus in Camillo & in Gracchis.

D *Primus omnium*] accusante M. Popillio Lænate,vt ait Valerius:damnatus autem decem millibus æris teste Paullo Orosio.

## IN VIRGINIVM CENTVRIONEM. 21.

*X.viros legib.scrib.creauit.*] *curauit* m. ss. Nihil muto. Moxin m.ss. *Verginiam* scribitur per se- E cundam vocalem. Pierius vero prolixè, *Virgilius* scrib. asseruit.

*Qui eam in seruitutem deposc.*] Mediolan.longe euariat: *qui eam vindex posceret*, quomodo etiam legendum mihi videtur quod I. C. Vindicias secundum libertatem aut seruitutem dare dixerint. Locus hic apud Liuium obscurus satis: M. *Claudio clienti*, inquit, *negotium dedit vt virginem in seruitutem assereret, neque cederet secundum libertatem postulantibus vindicias: quod pater puel-* F *læ abesset,locum iniuriæ esse ratus*; de quo vide Rævardum ad leges XII. ca. VI. Ad. Turnebum lib. 13. Aduersar.ca.23.Fr. Hottomann.li.1. Obseruat.ca.32.Alexand. Neapolit.li. VI.ca.X. Cæliũ Rodig. li.17. ca. 29. Denique Asconium Pedianum Verr.3.

*Cum ipso iudicii die superuenisset*] m. ss. *Cum ipso die iudiciis superuen.* quidam codd. *Cum ipse iudicii dies superuen.* non placet.

*Addictã videret*] Male, qui *additam* ediderũt, ignorantes vocis vim. *Addicti* enim ij dicebantur, qui Prætoris pronuntiatione, cum soluendo non essent, creditoribus vendebantur, vt in eos vitæ necisque potestatem habẽrent: Est enim ex G tribus verbis Prætoriis,quæ sunt: *Do, Dico, Addico.* Auctor noster infrà in Manlio Capitolino: *Et addictos propria pecunia liberaret.* Sic enim primi leg. docuimus. Quid in augurali scientia, *Aues addicunt*, in Numa dicere memini.

*Eam in secretum abduxit &*] vul. ex eo, *abduxisset* contra fidem vett. fecerant & *cum* de suo adiecerant: sed qua fronte? Vnus calamo exaratus *in secreta* legebat. Accidit autem sexagesimo ab exactis regibus anno. Cicero de finibus: H L. *Virginius sexagesimo anno post libertatem receptam, Virginiam filiam sua manu occidit potius, quam ea Appij Claudij libidini, qui tum erat summo in imperio, dederetur.* Exstat & Libanij Sophistæ declamatio de patre filium occidente, cum Tyrannus rapere eum vellet.

*Auentinum occuparunt*] Secunda hæc secessio plebis, quæ non prius in vrbem redire voluit quam Tribuni pl. restituerentur,& x. Viris abdicatis Consularis potestas reuocaretur: auctor I Liuius lib. 3. ab v.c. Subit igitur vereri, ne perturbatus hic ordo sit, falsoque locus ascribis interpolatus, quem sic in integrum restituere tentabam: *qui Auentinum occuparunt, creatisque X. Tribunis Decem viros abdicare se magistratu coegerunt.* Coniecturam hanc meam de ordine inuerso historia confirmat. Verum illud *se magistratu* glossam olet, aliundeque furtim irrepsit, quod librarij desiderari aliquid putarent, nescirentque vett. sic nude locutos, *Consules abdica-* K *runt*: quod eo lubentius credo, cum in vno *magistratu abire* reppererim. Ineptius illi quià *magistratu* infarserunt. Nihil tamen à libris antiq. defectus, mutare ausim.

*Præceperunt*] erat in editis lib. Ego scriptos libenter sequor, suadente præsertim ratione, quã in omnibus fidem integritatemque sartam tectã seruaturum me polliceor.

*Aut morte aut exilio*] Mutilus hic Pomponij L I. C. locus l. II. D. de orig. Iur. *populique consensu partim in carcere necati*, addendumque, *partim in exilium acti*, tum ex historiæ veritate, tum quod *partim* geminate fere proferri solet: tametsi non ignorem solum aliquando poni, vt apud Agell. lib.x.cap.xi II.ex Catone & Cl.Quadrigario, & in Instit. Iustinianeis tit. de Testam.apud Ciceronem 2. de Legibus, & 1. Offi. in extr.& Sallustium in oratione Cottæ.

## IN AESCVLAPIVM. 22 M

*Responso monente*] Antiqua lectio, *manante*. Verum capitis huius emendatio partim à m.ss. est partim Valerio Max. debetur. Liuij enim lib. XI. & alij aliquot, magno malo interciderunt: quam iacturam eo leuius ferimus, quod ab iniuria temporis Florus abbreuiator illius reliquus fit.

*Arcescendum*] Sic scripsi ex fide vett. de qua scribendi ratione supra in Fuffetio dixi.

*Q. Ogulnio*] de libris m. ss. hunc locum re-

A ſtitui, in quibus & *Oculino* & *Otulino* pingitur, quorum conſenſum Val. Max. confirmat li. 1. cap. VIII. vbi *Ogulino* quidam libri ſcripti: Steph. Pighius ex Faſtis Capitol. *Ogulnio* emendat. In quibus eſt *Q. Ogulnius Gallus*. Poſt paullo *è ſed. eius*, Colinæus ceterique impreſſerunt; & *horrendus* m. ſſ. præferunt, deinde: *Romanam* ijdem & Mediolan.

*Et ſe in Volumnij tab. cõſpirauit*] Antiqui ſcripti libri partim *Q. Burgoni*, partim *Volguini* lege- B bant, vnde *Ogulnij* parua immutatione faciebam: de quo alij viderint. ijdem, *conſtipauit*, & parum abeſt quin hoc pro illo reponam, nam *conſpirauit* pro in ſpiram & gyrum ſe collegit, neſcio an alibi legerint interpretes. Similis error in Cæſare emendandus li. 3. belli ciuilis; *Subito conſpicati pilarij*, leg. *conſtipati*.

*Antium prouecti ſunt*] In Med. vett. vnde lectionem erui eſt *prouecti* quod hic magis quadrat. In Pariſ. *Anxium prouecti ſunt*. In mſſ. ſic. *Antiũ* C *peruecti: Ibi per mollitiam* &c.

*Per mollitiẽ maris*] Vox *maris* male in quibusd. afuit. Pariſ. *per ſeuicinam maris*. qui neſcio quid de maris ſęuitia ſomniabat, cui numquam molle mare viſum fuit. Intelligit autem maris tranquillitatem. Repperi in vno cod. *maliciam*: Labor igitur vt eam vocem corruptam credam, cum antea ſcripſiſſet auctor *malaciam maris* quod & tranquillitatẽ ſignificat Græcis: quamquam ſi quis *mollitiẽ* D Latine potius ſcripſiſſe cõtendat, cum eo non admodum pugnauero. *Malacia* tamen vett. auctorib. familiarior. Cęſar li. 3. bell. Gallici, *Fuga ſalutẽ petere contenderunt, ac iam converſis in eam partem nauibus, quo ventus ferebat, tanta ſubito malacia ac tranquillitas exſtitit, vt ſe loco mouere non poſſent*. Vbi *malaciam* Cæſar tranq. maris interpretari videtur: amplius tamen ſignificat, quod patet ex illo Senecæ lib. IX. epiſto. *Sed in otio inconcuſſo iacere non eſt tranquillitas, malacia eſt*. Eſt autem voca- E bulum nauticum tractum, vt apparet, ἀπὸ τῆς μαλακίας, quę Græcis animi mollitiem & remiſſionẽ ſignificat: vnde apud Plautum μαλακοὺς molles dictos obſeruaui: & *Malacum pallium*, pro molli: & *Malaciſſandus es*, pro molliendus, vt Gręci μαλακίζειν. Et, *Ne tibi lectus apud me malaciam ſuadeat*. quamquã in vulg. libris male *malitiam*. Quę omnia apud Plautum occurrunt Bacchid: Act. 1. Eâdem comœdia: *Hic noſtra agetur ætas in malacum modum*. Lucretius vero *pellaciam maris* ap- F pellat quam *malaciam* alii à pelliciendo: quod æquoris tranquillitas ad nauigandum inuitet, fallatque non raro, cùm pòſt paullò in horrendas tempeſtates vertitur. Sex. enim Pompeius lib. X. de verb. ſignifi. *Lacit* interpretatur decipiendo in fraudem inducit, hincque alia deriuat. Sic igitur ille lib. II. de rerum natura:

*Infidi maris inſidias, vireſque, dolumque*
*Vt vitare velint, neue vllo tempore credant,*
*Subdola cum ridet placidi pellacia ponti.*

& libro 5.

*Nec poterat quemquam placidi pellacia ponti*
*Subdola pellicere in fraudem ridentibus vndis.*

Arnobius quoque lib. IV. aduerſ. gentes *pellacia*, G pro fallacia vtitur: ſed cum ad manum nõ ſit liber, deſcribere non potui.

*Et cum aduerſo Tiberi*] Colon. exemplum, *aduerſus Tiberim* non ita venuſtè. Supra pleniores ſunt m. ſſ. *& poſt p. d. dehinc ad nauem redit.* vt *dehinc* ſit quaſi illinc, ſeu ex illo loco templi Æſculapij, vel denuo. Sequitur locus haut dubie inquinatꝰ, quẽ ex Valerio, & L. Floro repurgaui: accedebat & Pariſienſis antiqui libri ſcriptura, quę me ad veram lectionem manu duxit, nam m. ſſ. euariant: H alij *in proximam inde ſiliuit*, quidam *inde ſiluit*. ſcribe, *in prox. inſulam deſiliuit*. *ſiluam* vero factum ex *ſulam*, & *inſulæ* prima tantum ſyllaba in m. ſſ. integra remanſit. Quare male ſit audacibus illis emendatoribus, qui pro libito quiduis demutant. L. Florus in epito. li. XI. de ſerpente: *Eoque in inſulam Tiberis egreſſo; eodem loco ſedes Æſculapij conſtituta eſt*. Vbi Sigon. rectè *ædes Æſculapij conſecratæ* ex antiq. ſchidis repoſuit. Feſt. Pomp. li. IX. I *In inſula Æſculapio facta ædes fuit quòd ægrotià medicis aqua maxime ſuſtententur*. Et Val. li. 1. *At in ripam Tiberis egreſſus legatus in inſulam vbi templum dicatum eſt, tranſnauit*. Plutarchus quoque in problem. quærens cur extra vrbem Æſculapij fanum ſit: & Pli. li. XXXIX. cap. 1. pro hac lectione facit. Victor etiam in regione XIV. vrbis, & Ouid. XV. Metamorph.

## IN FVRIVM CAMILLVM. 23. K

*Ac ludi litterarij*] Sic mſſ. vulg. codd. *litterarũ*. At ꝗ hoc magiſtri genus? an linguę Latinę, quę tum vernacula facta erat? ſed doceri primum Grãmatica ſub ſecundum Punicum bellum cœpit, teſte Suetonio: an potius morum inſpector & formator, exercitiis corpora firmans? aut qualis ludus apud T. Liuium li. 3. quem Virginea frequentabat? *ibi namque in vernaculis litterarum ludi erant*. Ea enim verior lectio, quam quæ *in tabernis* vel *ta-* L *bernaculis* habet. Porro hanc hiſtoriam Alpheus Auitus in II. Excellentium virorum dimetro ſic extulit:

*Tum litterator creditus*
*Ludo Faliſcum liberos,*
*Cauſatus in campi patens,*
*Extráq; muri ducere,*
*Spatiando paullatim trahit,*
*Hoſtilis ad valli latus.*

Quod fragmentum cum nuper Priſcianum per- M legens repperiſſem lib. VIII. & XIIX. repetitum non dubitaui huc, quò pertinet, transferre: idq; libentius, partim quod eius poëtæ reliqua deſiderari doleam, quibus iuuari poſſem: partim quod mendum ſubeſſe videam. Conſului igitur olim m. ſſ. codd. bibliothecæ D. Martini apud Louanium, ſed nodum non ſoluerunt: diuino igitur leg. *Tum litterator creditos*. vt ſenſus planior ſit. Illud vero *campi patens* Græca forma dictum, vt à Saluſtio & Floro *dubia belli*, à Tacito *offenſarum operta*, &. quod huic geminum eſt, *aperta camporum* dicitur. Idem Priſc. li. XII. hæc pædagogi verba adfert:

A *Seu tute malis hospites:*

*Seu tute captiuos, habes.*

Verum vt illud præter rē admoneam Vale. Max. lib. VI. cap. V. à Camillo Consule hoc gestum tradit A. V. CCCLIX. cum Liuius Tribunum militarē cons. potest. fuisse dicat, & Plutarchus eum numquam Consulem fuisse tradat.

*Veios decenni obsidione do.*] *obsidio* constanter m. ss. o. Vnus vero, *hieme obsidio domuit*, quomodo fere & Paris. codex vetustissimus: vnde leg. colligo,

B *decenni hieme obsidio domuit*, pro hiemali. L. Annęus Seneca lib. I. meam coniecturam confirmat: *Veientium, inquit, quanta res fuerint indicat decennis obsidio. Tunc primum hiematum sub pellibus, taxata stipendia hiberna: adactus miles sua sponte iureiurando nisi capta vrbe non remeare.* Iudicent eruditiores.

*Quod albis equis triumph.*] Hinc Symmachus vrb. præf. (quem Mart. Lipsio acceptum referre convenit) Theodos. Imp. suasit vehiculorum v-

C sum in vrbe summoveret, non enim è Rep. esse vrbis moderatorem tanquam Salmoneum quendam superbe inuehi. *Irritamentum, inquit, superbiæ Roma vestra non patitur, memor scil. bonorum parentum, quos Tarquinij fastus & ipsius Camilli currus offendit: nam tanto illi viro albentes quadrigæ exsilium triste pepererunt. Submisit Poplicola cōcioni ciuium Consularem securim & honoris sui culmen infregit, vt libertatem ciuitatis erigeret. Ergo morib.*

D *potius quam insignibus æstimemur.* Sic ille à Christianismo alienus, quæ vtinam à nobilibus intelligantur, qui mirum, quam lunatis calceis, non veris animi bonis placere studeant.

*Ab Appuleio*] Mediol. & m.s. quidā *Saturnino* adiecit: Paris. vero *Saturnio*, falso vterque, neque enim is erat de quo infrà sermo habendus. Idem Paris. *Ardeam ciuitatem* præferebat, & *Galli* vox in eodem afuit, & certe superare videtur. Neque multo post: *Etruriæ opidum* Mediol. legit. m. ss. ve-

E ro *Italiæ op.* vulgata tamen lectio ferri potest.

*Missi sunt Romani tres legati*] Concinnior lect. vett. codd. *missi à Romanis tres Fabij*. Mediol. *missi Roma tres Fabij.* Liuius enim Qu. Fabium Ambustum & fratres duos M. Ambusti filios legatos à Senatu missos fuisse ad Gallos Clusium obsidētes refert. A. V. C. CCCLXII. A Diodoro *Quinctus, Kæso, & Caius Fabij* dicti, qui anno inseq. Tribuni milit. Cons. potest. fuere.

*Die XVI. kal. August.*] De die nefasto, vel atro,

F quo pugna Aliensis pugnata est, video inter auctores non conuenire. Liuius & Plutarchus, a. d. XV. k. Sextil. Tacitus XV. annali quartum decimū numerat. Cur autem simplici liquida scripserim *Aliensis*, si quis rationem à me quærat, secutus vett. libros sum, & Græcam consuetudinem. Hi enim Ἀλίαν ποταμὸν & Ἀλιάδα ἡμέραν vocant. Adhæc Seruius in VII. Aen. ad illum 717. vers. *Quosq, secans infaustum interluit Allia nomen.* affirmat poëtas duplici *ll* metri caussā efferre. Lucanus lib. VII. *Et damnata diu Romanis Allia fastis.* Verum circa Idus Februarias à Camillo Roma expulsi sūt Galli, quos inter pēdendū aurū adortus erat. Auctor Plutarchus: vnde recte Sigonius Camillū anno inseq. CCCLXIII. dictaturā cōtinuasse colligit. G

*Vbi nobiliss. senum*] pro *senes nobiliss.* Male *Senonum* quidam. In Scipione Afric. *nobiliss. iuuenes* dixit.

*Camilli virtute liberata*] *seruata* m. ss. & *reliquiis* vulg. Aldus vero *reliquis* vt & lib. scr. qui & *internitione* scribunt, Colon. *interitione*. Vidi qui & *internectione* legerent, vt in antiq. Suetonij libro in Othone cap. XII. Narrat eadem Ann. Seneca lib. I. & Polyęnus libr. VIII. Stratagematum.

## IN MANLIVM CAPITOLINVM. 24. H

Hunc M. *Manlium Capitolinum* Liuius: Dionysius vero T. *Manlium Capitol.* vocat: Diodorus A. *Manlium*. Capitolini autem cognomē in gente Manlia fuit, antequam hic Gallos à Capitolio depelleret, propterea quod in Capitolio habitarent: quod ne cui Patricio liceret, damnato M. Manlio decreto cautum est.

*Triginta tres*] Non de libris hæc emendatio I est, sed à veritate historiæ. Plinius enim li. VII. Natural. hist. ca. XXVIII. sic legi iubet, non *viginti tres*.

*In pectore*] melius, quàm quidam, qui *in corpore* habent, nam aduerso corpore, quod pectus appellamus, cicatrices accepisse, idem Plinius refert.

*Quadam nocte*] *qua de nocte*. Paris. idemque *excitus*, vulg. *excitatus* quod etsi non improbo, illud tamen malo de anseribus. Lucretius li. IV. de rerum natura. K

*Humanum longe præsentit odorem,*

*Romulidarum arcis seruator candidus anser.*

Vidend. Cicero pro Rosc. Plinius li. X. cap. XXII. Plutarch. ἐν αἰτίοις ait alimenta publicè anserum à Censoribus Romanis locata fuisse, ob diligentiorem quam canum custodiam.

*Donum etiam in Capitolio*] m. ss. aliter: *Domum etiam in capitolino publ.* quod probo. Liuius enim domus meminit, & *Capitolinus* vt *Palatinus* sæpe pro montibus vsurpantur: quæ ignorantes qui- L dam Liuium aliosque contaminarunt, Harpyis vnguibus omnia suo more fœdantes, quæ non assequuntur, aut intelligunt.

*A Senatu suppressisse*] Paris. *sumsisse* habet, & mox *additos*. nihil demuto, præterquam quod *pecunia* reposui pro, *manu* ex m. ss. Quod sequitur, li. q. v. legunt *regem affectati suspectus*. antiqua vt apparet, forma, pro *regni aff. suspitione*.

*Et ab conspectu Capitolij*] Sic censeo leg. auctoribus libr. paullo antiquiorib. nam *ob conspectum* M patiendi notione dictum, dure ferit aureis meas; nescio quid alijs vsu veniat. Locus vt interpungēdum putamus, habet. Ceterum ampliandum censeo de saxo Tarpeio & iudiciorum perendinatione, nam de his alibi copiosius.

*Manlij cognomine iurauit*] *cognomen* m. s. præfert, vnde amicus quidā meus legi volebat, *Manlii cognomen eiurauit*. Colon. vero exemplum *Manlii cognomine vitauit*. Verum locus male habet, quamobrem repugnantibus libb. o. lego: *Gentilitas eius Manlij prænomen eiurauit*, vel potius, *nomen eiur.* Prænomina enim propria mihi esse videntur, quibus gens & familia quæque

A distinguitur, sed hæc alibi. Quid si legas *Marci prænomen.* sed longius abit à vestigijs librorum omnium. Florus quoque Liuij abbreuiator lib. VI. qui nos sanare potuisset, & ipse ægrotat. *Cum obstrictos, inquit, ære alieno liberaret, nexos exsolueret, crimine affectati regni damnatus de saxo Tarpeio deiectus est: In cuius notam S.C. factum, ne cui de Manlia gente Marco cognomen esset.* Syllaba *eo* repetita locum corrupit. Recte igitur Sigo. B *prænomen* ex Quinctiliani li.III. reponendum docuit. Quod Liuius & Plutarchus in lib. τῶν κεφαλαίων confirmat: & illud Festi seu Paulli Diaconi lib.XI. de verb.signif. *Manliæ gentis Patriciæ decreto nemo ex ea Marcus appellatur, quod M. Manlius, qui Capitolium à Gallis defenderat, cum regnum affectasset damnatus necatusque est.* Vide T. Liuium lib.VI. ab V.C. Illud extrem. cap. (*ne quis p. Capit. vocar.*) glossema est eius, qui illud *Manlii cognomen* interpretandum putauit. Sic C fere à fungis illis audaciter vett. quibusque auctoribus, vt ille ait, *vnus & alter Assuitur pannus.* Constat autem Marci prænomen postea in gente Manlia tulisse neminem; Capitolini vero cognomen, post eam diem plurimos.

## IN CORNELIVM COSSVM. 25

*Fidenates fidei*] τὸ *fidei* credo ex similitudine vocis Fidenatium fictum esse, quod quasi coniugata sint Dialecticorum, sed *Fidena* primam extendit D syllabam contra atque *Fides.* auctor Carisius lib. IV. Certe in m.ss. constanter lego: *Fidenates veteres Romanorum hostes.* Quidam vulg. *fidei Romanæ hostes.*

*Legatos interfecerunt*] contra ius gentium. Legationis enim ius apud omneis gentes sanctum esse & inuiolatum consueuit, vt inquit Cor. Nepos in Pelopida (vbi tamen vulg. codices non recte *factum* habent pro *sanctum*) & Cicero li.I. Accusat. Supra in Camillo legisti ea caussa post A- E liēsem cladem acceptam vrbem Gallos cepisse, & magnā partem incēdisse, contrucidatis Senatorib.

*Lartem*] alij *Larten*, m.ss. quidam & editi *Lartem* mendose. Priscian li.quincto: *Lar, quod significat* κατοικίδιον θεόν, *Laris facit genitiuum: Sin autem imperatorem Veientorum, Lartis, quem mactauit Cossus, vt testis est Ouidius in Epigrammatis:*

*Larte ferox cæso Cossus opima tulit.*

*Liuius li.4. ab vrbe cond. Larte Tolumnio rege Ve-* F *ientorum.* Sic ille, vnde colligi non obscure potest cum Veientibus non Fidenatibus bellum populo Rom. fuisse. Lycosthenes sic conciliare conatur, quod ad Veientes Fidenates defecissent, teste Liuio, anno CCCXVI. post Rom. condit. Nos Cossum anno CCCXXV. Consulem fecimus Fastos secuti: quo in magistratu hæc ab illo gesta esse, Liuio auctore, propius à vero abest; quod ea Opima spolia sint, quæ dux duci detraxerit, nec dux sit nisi cuius ductu & auspicio bellum geritur. Nec desunt qui *Lar* dignitatis nomē sonare affirment. Verum M. Varro apud Festum ait opima spolia etiam esse si manipularis miles detraxerit, dummodo duci hostium detraxerit.

*Ioui Feretrio*] *Marti* dixisse oportuit, nam lex G Numæ erat pro primis spoliis opimis bouem Ioui immolari oportere: pro secundis Solitaurilibus Marti fieri: pro tertijs vero agnum cædi debere. Cui quidem legi quoniam hactenus ab omnibus non intellecta iacuit, vnus Ios. Scaliger ingenium supra humanum, & patre docto doctior filius, medicam manum adhibuit dum mutilum Festum restituit, vt nihil ille nisi ab aliis deploratum magno animo aggreditur. Sic igitur Numa apud Festum scripserat: H

QVOIVS. AVSPICIO. CLASSE. PROCINCTA. OPEIMA. SPOLIA. CAPIVNTVR. IOVEI FERETRIO. BOVEM. CÆDITO. QVEI. CEPIT. AERIS. DVCENTA. DARIER. OPORTETO.

SECVNDA. SPOLIA. IN. MARTIS. ARAM. IN. CAMPO. SOLITAVRILIA. VTRA. VOLVERIT. CAEDITO. I

TERTIA. SPOLIA. IANO. QVIRINO. AGNVM. MAREM. CAEDITO. CENTVM. QVEI. CEPERIT. EX. AERE. DATO.

Idem Plutarch. in Marcello affirmat, & Seruius ad illud VI. Æneid. *Tertiaque arma patri suspendet capta Quirino.* Ex annalibus vero Pontificum apparet vni Ioui suspendi spolia ea solere, si integra eiusdem Pompeij lectio est. *Ad ædem, inquit, Io-* K *uis Feretrij poni testimonio sunt libri Pontiff. in quibus sit, pro primis spolijs boue, pro secundis suouetaurilibus: pro tertijs agno publicè fieri debere.* Nec me fugit Sigonium cui plurimum histor. Ro. & Liuius ipse debet, ingeniose lacunam hāc supplere conatum, itaque in Fastis legere: *M. Varro ait opima spolia etiam esse si manipularis miles detraxerit, dummodo duci hostium detraxerit. Quod autem omnia solita non sint ad ædem Iouis Feretrij poni &c.* Sed cū nullius libri scripti auctoritate nitatur, nihil in auctore nostro demutare ausim. L

## IN P. DECIVM. 26

*P. Decius Mus*] Sic est in melioris notæ libris antiq. tametsi in quibusd. vulg. *Mus* abesset, indeque ne bestiam facerent, inepti quidam emēdatores *Decimus* reposuerant. Res triduano risu digna. In Lactantio vero li.III. diuin. Institut. cap. XII. *Qui propter salutem ciuium voluntariæ se neci obtulerunt: sicut Thebis Mœneceus, Athenis Codrus, Romæ Curtius, & Mures duo Decij, numquā* M *mortem vitæ commodis prætulissent, nisi se immortalitatem opinione ciuium consequi putauissent.* Vbi quidam pro *Mures*, *Mutius* audacter substituit, quasi aut Decios Mures cognominatos, aut cognomina venuste nomini aliquando præmitti ignorasset. Sed non vacat aliorum errores recitare & refellere.

*Valerio Coruino*] Ita Paris. illud exemplar longe opt. vulgati *Maximo*: quod retineri potest. Liuius & Cassiodorus anno CDX. Mar. Valeriū Coruinum III. A. Cor. Cossum Consules edit: Diodorus similiter & Cicero de diuinat. Fuit aūt ille M. Vale. Max. filius, & Coruinus similiter appellatus. Integrum n. nomē in Fastis est. M. VALERIVS

MA-

A MAXIMVS CORVINVS (siue Coruus) M.F.M. N. Porro Valeriæ gentis cognomen Maximus iam tum ab anno CCLIX. quo in montem Sacrum plebes secessit, operaque M'.Valerii Volusi patribus conciliata est: Vnde & Maximus appellatus. Mox pro *Gauri montis*, *Scauri* habent.m.ss. occurrebat M'. *Aemilius Scaurus* fortasse de quo infra.

*Incolumis euasit*] *incol.* afuit in Paris. & post vox *somnio* quod Euadere & Obuenire hoc illi B significare videretur, nihil tamen expungo. Quę lineis inclusi absunt in m.ss. & vero glossema apparet. Parisinus tamen ea habebat addebatque *obsidionali, scilicet aurea*. Sed res digna non est, ob quam vadimonium deseratur.

*Inclinante sua parte se & host.*] m.ss. *sua parte ad ho.* Manifesto falsum, neque enim transfugit exercitus Romanus. Paris. *inclinante sua parte secum hostes*, rectius.

C IN P. DECIVM FILIVM. 27.

*Primo consul*] Anno CDXLI. cum M. Val. Maximo Consulatum gessit, sed ægrotasse scribit Liuius, sine vlla triumphi mentione. Collegam quidem reliquias belli in Samnio persecutum esse & triumphasse Capitolini lapides notant: qui tamen nullum Decianum triumphum agnoscunt: Suspicor hunc triumphum Decio IV. & D Q. Fabio v. Consule accidisse anno CDLVIII. quo tempore cum Samnitibus ab vtroque Consule prospere pugnatum esse memoriæ proditū: quod tamen affirmē nihil habeo. Sane Hieron. Magius li. 3. cap. 9. Miscell. antiquissimam lapidis inscriptionem Romæ vidisse se affirmat; in quo capitis huius initium ita, vt edendum curauimus, insculptum erat. Fides sit penes auctorem, nihil igitur delendum censeo: tamē scripsi, *spolia ex his* ex eodem lapide & vett. libris m.ss. E & *triumphans* vulg. *triumphauit*. Varronis vero sententia, qua *Quartum Consul* tempus adsignificare, & ter ante factum: & *Quarto Consul* locum, ac tres ante factos, frustra est: vt his confirmari potest. Vide Agellium libro x. capite 1.

IN MANLIVM TORQVATVM. 28.

F *A patre rus*] quidam codex *a patribus* scripserat. Manifesto falsum. Mox *audisset ei diem dictā*, planius Mediol. *aud. diem patri dictam.* nam qui *Pompeio* pro *Pomponio* legerunt, errant. Seq. linea: *omittere* est in m.ss. & infra: *ceruici suæ indidit.*

*Sulpicio dictatore*] Fasti Capit. Consulem fuisse loquūtur hoc bello Gallico C. Sulpicium Peticum cum C. Licinio Stolone Caluo II. qui & anno CCCXXCIX. collega eius fuerat: Dictatorem non item nisi anno pōst tertio CCCXCV. Dictator autem erat T. Quinctius Pennus Cincinnatus, vt Liuius: vel T. Quinctius Barbatus Capitolinus Crispinus, vt eadem Capitolina monumenta signant, non Sulpicius.

*Bello Latino*] Plutarchus in Parall. Bellum Albanum vocat. Idem & in bello aduersus Samnites creatum Manlium Consulem ait & ἐπιτακτόν. G i. Imperiosum appellatum, quod de filio, qui iniussu suo in hostem pugnauerat, supplicium sumsisset, licet victor rediret. Sed errat, tunc enim fœderati erant, verum cum Latinis bellum erat. Cato apud Sallustium Catilin. bellum Gallicū nominat & Auli prænomen tribuit: *Apud maiores nostros*, inquit, A. *Manlius Torquatus bello Gallico filium suum quod is contra imperium in hostem pugnauerat, necari iussit, atque ille egregius adulescens immoderatæ fortitudinis morte pœnas dedit.* Et non longe ab initio: *In bello sæpius vindicatum est in eos qui contra imperium in hostem pugnauerant, quique tardius prœlio excesserant, quā qui signa relinquere aut pulsi loco cedere ausi erant.* H Vide Cicer. 1. de Diuinat. de Deciis, qui se vitamque suam Reip. condonauere. Idem III. Offic. non longe ab extremo: T. *Manlius ad Anienem Galli, quem ab eo prouocatus occiderat, torque* I *detracto, cognomen inuenit: cuius tertio Consulatu Latini ad Veserim fusi & fugati: magnus vir inprimis, & qui perindulgens in patrem, idem acerbe seuerus in filium.* Quem locum attuli libētius, cum quia historiam breuiter explicat, tum quia varie legitur. Nonius enim, vbi de torque, *Anienum* scribit, quomodo & historici aliquot m. ss. & *Verserim* alium fluuium appellant. Nostri vero scrip. libri, *qui nuper indulg.* præferunt, & vulg. *idem acerbus & seuerus* secus longe atque Noni- K us. Ceterum de Torquati μονομαχίᾳ, & Coruini cum prouocatoribus Gallis, vide Agell. lib. IX. Noct. Attic. quibus lucem attulit doctiss. Lipsius 3. et. 4. lib. epistolic. qu. ex optimis membranis Vict. Giselini medici: quæ si integræ fuissent, nihil in eo auctore nos remoraretur.

*Consulatum recusauit*] Recedit ab historiæ veritate, recēdit a tempore: sæpe enim Consulatū gessit sed posteriorū quidā, & gētilis, T. Manlius L T. F. T. N. Torquatus, bis Consul. CIƆXVIII. & CIƆXXIX. qui anno V. C. IƆLXIII. magistratum, ob valetudinem oculorum detrectauit. Q. Fabius quoque Consulatum sibi nōn petenti oblatum recusauit anno CDLIV.

IN M. VALERIVM CORVINVM. 29.

Prænomē a L. Annæo Seneca epitomæ T. Liuii auctore; *Lucii*: a Fastis Capitol. *Marci* tri- M buitur.

*Coruinus dictus*] De Coruini agnomine seu cognomine pugnant docti. Sigonius *Coruus* scribi vult ex Capitol. marmoribus & ratione assentiente. Quemadmodum inquit; *Albus*, *Rufus*, *Crassus*, *Luscus*, *Longus* cognomina primum inuenta sunt, post autem *Albinus*, *Rufinus*, *Crassinus*, *Luscinus*, *Longinus*, subsecuta sunt: Sic qui primus cognomen hoc tulit *Coruus*, posteri *Coruini* dicti. Tamen m.ss. & hoc loco & in P. Decio constanter *Coruinus* scribunt; nec enim commode *Coruus* appellari videtur: Assentior igitur M. Antonio Mureto, qui in his

A rebus non magnopere contendendum censeo. Quod enim præter Eustathium illud Propertii aduocent, non me mouet:

*Et cui cognomen Coruus habere dedit.*

Nihil enim conuincit. Claudiani auctoritatem opponam qui sic in Eutropium: *Agmina Brutorum (ornmiorumq́, caterua.* vbi & Brutum qui reges eiecit respicit, & Coruinum qui primus hoc cognomen tulit. Et Manilius Augusti æqualis Coruinum diserte vocat:

B *Et cum militia volucris Coruinus adeptus,*
*Et spolia, & nomen, qui gestat in alite Phœbum.*

*Necessitate compulsum.*] Scribunt antiqui lib. *compulsa* vt ad multitudinem referatur. Constat enim ducem desideratum à transfugis. Alterum æque quadrat, quòd animaduertenti facile persuasero. vi enim & minis coactus Quinctius imperium accepit.

## IN SP. POSTVMIVM. 30.

C Inscriptio alia est ab edita ex m. ss. Tametsi non ignorem alibi externorum etiam ἐπιγραφὴν legi, vt Pyrrhi, Annibalis, Amilcaris.

*Titus Veturius*] *Caius* erat in Aldino, Mediol. ceterisque antiquis, sed *Titus*, in Fastis Capitolinis. *Postumius* vero à Plutarcho, vbi de clade Caudina scribit, *Albinus* vocatur. Fuere primo Coss. simul anno CDXIX. iterumque hoc bello

D CDXXXII.

*Per insidias sed.*] Sic hactenus lectũ. Sincerior lectio quam posui ex vetustis codd. depromtam, vt illa, quæ subsequitur, *Romanos docerent*, venustius magisque ex vsu historicorum, quam *Romanis dicerent*, quod glossarium est.

*Luceriam Apulam*] Sic præter m. ss. Parisinus ille codex elegantius; quam in vulg. *in Apulia*, quod & aliunde huc delatum.

*Festinantibus itaque cum insid. statuisset*] Vul-
E gata ea lectio est quæ ad Pontium refertur: quã dum quidam impeditam & perturbatam viderei, sic immutauit: *Festin. cum insf. statuisset Pontius ad eum locum qui Fur (aud. vocatur accitum* &c. Præclare liber optimæ notæ Pulmanni & Sequani, scriptus vterque, quibus loci restitutionem acceptum refero. In Mediol. certe *Festinantibus* afuit, legebatque: *Itaque cum* & m. s. *elegi* habebat; ego *elegit* scripsi, quod propter vocem seq. ab iisdem litteris inchoatam, *t*, litteram
F omissam crederem: si quis alteram tueatur, non repugnabo. Eclipsis enim frequens scriptt. antiquis; intelligaturque *præcipit*, *monet*, aut simile verbum.

*Icto fœdere*] reposui ex vetustis libris, nam *ex fœdere* ferri non potest. Florus in Epit. li. 9. *fœdere cum Samnitibus facto.* Claudius quoque Quadrigarius *fœdus* appellat; à quo Liuius nominis Rom. perstudiosus dissentit, qui *sponsionem* interpretatur, quod iniussu populi fœdus fieri non posset, nec sine fecialibus cæremoniaque sollemni. Vides Sigonium lib. I. de antiquo iure ciuiũ Rom. copiose de his dissertantem.

## IN PAPIRIVM CVRSOREM. 31. G

*Aduersis ominibus contra Samnites profectum*] Antiqua lectio ea est: vulg. *aduersis omnibus aduersum Samnites progressum.* Illud concinnius *Omina* sæpe in vett. auctoribus corrupta esse in *omnia* olim admonuit Guil. Canterus vir doctissimus in Nouis lectionibus; qui nuper magno sui relicto desiderio fatis ereptus est.

*Fabio Rutiliano*] *Rutilio* Parif. *Rullo* m. ss. o. hic & seq. cap. & Liuius: quomodo & Plutarchus in H Pompeio vocat, quanquam in Fabio nomen corruptum sit. *Q. Fabium Max. Rullianum* nominant Va. Max. lib. v. & qui Capitolinos Consules digesserunt. *imponebat* iidem legunt venustius quam *præponebat*. Reliqua quæ mutauimus à m. ss. sunt.

*Idem comis. &*] Tota hæc linea in vulg. desiderata hactenus, verum in m. ss. paullo aliter. In Pulmanni apographo: *Idem comes Etruscorum & iocorum cum præstudiosius Nestinum prætorem.* I Sed τὸ *Etruscorum* in Metelli Sequani schidis abest, vnde eam, quam excudendam curaui lectionem erui: vidi enim præpositionem sede motam ab eo qui Prenestinam vrbem ignorabat, quod, teste Volaterrano. lib. VI. Geogra. diruta hodie sit. Ceterum ingenii laudes, morum facilitatem, bellicamque virtutem Liuius li. IX. copiose prædicat, adeoque Alexandro Magno Papirium comparat. Plinius quoque lib. XVII. ca. XI. huius K rei gestæ meminit: quæ tamen nescio vnde, illic inculcata sint: quod Lipsio affirmanti olim facile concessi. Sed ne quem offendat sine diphthongo vrbem prima syllaba pingi, sic enim iussi; Seruius enim in VII. Æn. ἀπὸ τῶν πρίνων, ab ilicibus, quibus ager ille abundabat, deflectit. Adhæc *exscindi* malui auctoritate codicis antiqui, tametsi alter *excindi* haberet. Hinc enim *exscidium* apud Plautũ Curcul. scriptũ obseruaui: *discidiũ* apud Terentium Gab. Faernus: *obscidium* apud Var- L ronem lib. IIII. de L. L. Ad. Turnebus. Porro *Exscidium* à Scindo deduco: Festi collectanea à cædendo, non recte, poetæ enim secundam corripiunt. A cadendo vulgus Grammaticorum deriuat *Excidium.*

## IN Q. FABIVM RVLLIANVM. 32.

*Primum de Apulis & Lucerinis*] *Nucerinis* alii. Liuius Fabium III. Cons. anno V. CDXLV. M subegisse ait Nuceriam Alphaternam. Sic enim ex Diodoro leg. docuit Sigonius. Glareanus vero Luceriam scribit; cuius & Horatius in Odis meminit: Sigonius contra Nuceriam tuetur. Hæc in Picentibus seu Campania est IX. mill. pass. distans à mari, vt & Alphaterni, auctore Plinio: illa in Apulia est. Lubricus profecto locus, & in quo mihi aqua hæreat, nec pudet fateri, cum nihil euersorum locorum veritate incertius. Ptolemæus enim tres Nucerias facit. Paullo ante, *ob Samnitem victoriam* de m. ss. duobus exscripsi, & infrà, *albis equis.*

*Censor*

A *Cenſor Libert.*] collega P. Decio, P. Decii F. anno CDXLIX. quo in magiſtratu ob feliciter rem geſtam *Maximi* cognomen ſortitus eſt, nō ob res militiæ geſtas. Luſtrum etiam hoc tempore conditum XXVIII. Porro vulg. codd. *tribus* habent inepte & ruſtice. alii *Trib.* ſcribunt. *tribu amouit.* Pariſ. m. ſſ. & Mediol. *tribubus.* Vaſcoſanus *tribu mouit.*

*Ex vſu reip.*] *populi Romani* Mediol. impreſſerat: hinc forte quod P.R. pop. Rom. ſignet: quas B litteras ſi inuertas R.P. rempub. notant: ſin coniungas PR. prætorem in antiquis ſcidis ſignificant. Ex qua quidem ignorantia ſeu oſcitantia errores infiniti in libros irrepſere. Plutarch. in Coriolan. refert, Manlium Cenſorinum legem tuliſſe ne cui bis Cenſuram gerere liceret.

*Viſcerationem & epulas*] lego *epulum* ex m. ſſ. tribus, quibus vſus ſum, rectius, ni fallor. In iiſdem eſt, *vbertate* quod & in Pariſ. poſtea reppeɾi, non *liberalitate.* & idem *filius eius.*

C IN MAN. CVRIVM DENTATVM. 33.

Vitioſe hactenus, vt & in Valerio Max. *Marcus* ſcripſerant ſcioli quidam; qui *Manius* eſt. Non viderant lippis oculis ſupra, virgula vel ſemilunula M'. in m. ſſ. notari. Non celabo lectorē cod. vnum ſcr. *Dematum* legiſſe. non probo. Plinius enim auunculus lib. VII. ca. XVI. diſerte inde appellatum tradit, quod cum dentibus natus D eſſet. Varro, L. *Sicinium Dentatū* quemdam cele brat apud Fulgentium Nefrendes. & Plinius lib. VII. cap. XXVII. & alibi, qui *Siccium* nominat. Mirum profecto eodem anno Cōſulem tertiū triumphaſſe, & ſemel ouantem vrbem iniuiſſe, quæ auctor noſter ordine recenſet.

*Quos vſque ad mare ſup.*] Adriaticum appellatur. L. Annæus Seneca in Epitoma Liuii lib. I. *Omnem eū tractum, qua Nar ambit, fonteſque Velini Adriatico tenus mari igne ferroq; vaſtauit: qua* E *victoria tantum hominum, tantum agrorum redactum in poteſtatem, vt in vtro plus eſſet nec ipſe poſſet æſtimare qui vicerat.* Hinc Cicero lib. IV. epiſt. XV. ad Attic. Lacum Velinum ait à M'. Curio monte interciſo in Nar emiſſum, & Varro apud Seruium in VII. Æn. ad illum verſum *Sulphurea Nar albus aqua, fonteſque Velini.* Sed triumphorum quatuor meminere Cicero in Catone, L. Florus Liuii abbreuiator lib XI. Appuleius Apologia I. Oroſius lib. III. cap. XX. Frontinus lib. I.

*Pyrrhum Epeirotam*] Secutus ſum v.l. & Pariſ. F vulgati enim *regem Epirotarum* quaſi hoc cuiquam eſſet ignotum. Mediol. ſic. *Pyrrhum Epirotam ex Italia pepulit:* & paullo ante; *introiit* legit.

*Quaterna dena agri iug.*] breuius m. ſſ. *quaterdena:* vulg. partim *ſeptena dena*, partim *ſeptēdena:* vnde colligi poſſet, *ſeptem agri iug.* legi oportere, tot enim Plinius li. VIII. cap. III. attribuit. Valerius vero *ſeptena* ait diuiſa populo lib. IV. ca. III. Pōſt non multo m. ſſ. ſimul omnes: *Sibi idem conſtituit:* acceſſit vox *ciuem*, ex Pulmanniano. *Eſſe* pro edere Machaneus ridicule exponit.

*Legatis Samnitum*] Abſtinentię Romanæ exemplum quod apud Cic. in Catone, Plin. l. x. c. G v. Plutarch. in Cat. maiore & Apophtheg. alioſque iuſte laudatur. Verū ne illud ſilentio inuoluam, Athenæus l. x. ἀργυρωμα. aurum à Sabinis oblatum tradit. & Agellius Fabricio Samnites detuliſſe grandem pecuniam ſcribit lib. I. ca. 14. Noct. Attic.

*Guttum ligneum*] Sic arbitror. leg. de m. ſſ. tribus & Plinio li. XVI. c. XXXVIII. qui *guttum faginū* appellat. Valerius, ligneo catino, vel melius catillo cenantem facit lib. IV. Vulgati *cadum lign.* quod à diſcipulis ſupra adſcriptum feriem veteri H occupatione poſſedit: quemadmodum & illud quod in quibuſdam ſimul erat *ſolebat vel conſueuerat.* Alii rurſum *rapa*, alii *rapam* legunt, qua de re diſceptent, qui eas in deliciis habent, & qui cū Romulo apud Superos *poſſint feruentia rapa vorare.* vt ille ait.

*Aquam deinde Anienem manibus Hoſt.*] Inſigne hic mendum, monſtrumque horrendum ingens à nobis confectum. Vulgata enim lectio I recedit à libris m. ſſ. recedit ab hiſtoria. Coniecturam meam proponam. deinde confirmabo. Credebant quidam maieſtate Rom. dignum, ſi hoſtium opera aquam deductam dicerent, præſertim cum iam tam multos à Curio captos legiſſent: meminerant ad hæc in Superbo cloacam maximā populi viribus factam, vnde foſſæ Quiritiū dictæ ſint. cum ergo *de manubiis* repperiſſent, emendarūt bardi homines; *deinde manibus.* Nos lectionem ſarciuimus, quam mi: orā K commentatoribus, doctis quidem & copioſis, non obſeruatam. Eant nunc qui antiqq. librorum opem contemnunt, vulgatoſque non immutandos barbare iactent. Sed longius prouehor. Frontinus libro de aquæductibus: *Vetus Anio poſt annos XL. quàm Appia perducta eſt, anno ab V. C. CCCCLXXXI. M'. Curius Dentatus, qui Cenſuram cū L. Papirio Coſ. geſſit* (āno CDLXIIII. vt Sigonius coniectat) *Anionis, qui nunc dicitur Vetus, aquam perducendam in vrbem ex manubiis* L *de Pyrrho captis curauit, Sp. Caruilio, L. Papirio Coſſ.* Hos aūt Cōſules iterū fuiſſe anno CDXXCI. ex Liuii XXIV. lib. & Capitolinis tabulis diſcere licet. Similē locum nuper in Corn. Nepote corruptum vidi in iis quidem libris quibus vſus ſum; Is eſt in Cimonis vita: *His ex nauibus* lege *His è manubiis* Plutarcho auctore. De Anione Plinius videndus lib. III. cap. XII. *Anio in monte Trebanorū* vbi leg. *Trebulanorū* antiq. lib. auctoribus.

*In vrbem induxit*] *introduxit* alii. Induxit autē M non ipſe Curius, ſed Fuluius Flaccus alter duum virūm aquæ perducendæ: Curio mortuo intra quinctum diem quàm eſſet duumvir creatus anno V.C. CDXXCIX.

*Tribunus plebis.*] In m. ſſ. longe aliter periodus habet *Tribunos plebi patres ſe auctore fieri C. c.q. plebei mag. creabantur.* Nihil tamen demuto. Cicero enim de claris Orator. & Liuius lib. x. anno CDLIV. M. Fuluio Pæto, T. Manlio Torquato Coſſ. tuliſſe M'. Curium Dentatum Tribunum pl. ait, vt ante curiata comitia magiſtratuum patres auctores fierent. Miror equidem quid Fr. Hottomanno viro alioqui doctiſſ. & in

A Antiquitate diu multumque cum laude versato in mentem venerit quod in Catalogo legũ Romanarum ad hanc legem Curiam, Probum de viris illustribus libelli nostri laudarit auctorem, cum in lege Sempronia agraria, tanquam sui oblitus, auctorem de viris illustribus, vt plerique omnes docti, appellet. An quia de externis Impp. scribsisse quidam putant, & de Romanis quoq; extremo libro ipse fateatur? Ego vero caussam iudiciumque amplio, scriboque N. L. Video e- B nim Eliam Vinetum eruditiss. virum hunc fetũ ad Plinium Nepotem perpetuo referre: semel vero ad Suetonium, Car. Sigonium li. 2. de iure prouinc. forte librariorum incuria.

*Agri iugera quingenta*] v. lectio *quinquaginta*, quæ lectio propius à vero abest, & *Tifatam* iidẽ scribebant, quod f, cum ph, Græcorum gemina sit, atque ita & Georgius Fabricius in Roma, sed gen. neutro *Tifata*, montesque iuxta Capuam veterem locat.

C

## IN AP. CLAVDIVM CÆCVM. 34.

*Libertinos quoque in senat.*] m. ss. partim *quosq; in Sen.* partim *quoque è Senatu*. vulgatam præfero. Sueton. in Claudio cap. XXIV. *Appium Cæcum Censorem generis sui proauctorem Libertinorum filios in Senatum allegisse docuit, ignarus temporibus Appii & deinceps aliquamdiu, Libertinos* D *dictos, nõ ipsos qui manu mitterentur, sed ingenuos ex his procreatos.* Iustinianus tamen lib. I. titul. IIII. dictos ait Libertinos, qui ex iusta seruitute manumissi sunt. Q. Fabius Rullus Censor Libertinos omneis tribu amouit, vt suprà dixit: & Nero eosdem quoq; curia amouit. Suetonius cap. XV.

*Duæ familiæ ad H.*] Vidi qui hęc, vt falsa, spongia obducta delenda putarent, scrib. que præter librorum fidem: *Vna familia ad Herculis sacra erat destinata. scilicet Potitiorum; Potitios Hercul.* E &c. vel *quos Herc. sacerd.* Cũ ignorarent vtramque familiam destinatã quidem, at alteram Pinariorum, quòd serius ad rem diuinam venisset, pòst ab Hercule repudiatam. De quo copiosius quam Liuius lib. IX. in commentario de origine vrbis Romæ quem ex m. s. nostro proximè edendum curabimus.

*Sacra Herculea.*] *Herculanea* m. ss. *Herculana* Paris. & Colon. & mox, *cum plebe.* iidem F *Sampnitas* scribunt, & *Brundisium* cum tertia vocali in secunda syllaba: non multo post iidem, *solus omnium*, & *tractaretur* non *ageretur*, præferunt. vulgata tamen lectio seruanda.

*Ne consulatus.*] Hoc ad Appium Claudium Regillanum X. Virum referendũ videtur, nam abhinc annis prope C. illud factum fuisse memoriæ proditum.

*Appia dicta*] Viarum omnium maxima fuit: Libet in Pontii Paullini carmine ad Cytherium numeros etiam in Antuerpiens. editione longe opt. corruptos, restituere:

*Post hæc & ad nos pergere incœptat viam,*
*Quæ sternit aggerem silex,*
*Cui munitor Appius nomen dedit.* scribe
*Munitor Appius cui n. d.* G

*Aquam Anienem.*] *Appiam* libenter legerem ex Frontino de aquæductibus & veritate, vel *Claudiam* si libri paterentur qui *aquam Anienis* constanter scribunt. Vetus enim Anio in vrbem deductus fuit primum, anno quadragesimo nono post, quàm Appia perducta est, à Curio & Fuluio Flacco Duumviris. Censor autem fuit anno CDXLI. App. Claudius, Crassus in Capit. tabulis dictus, cum C. Plautio, quem Venocem appellatum scribit Frontinus lib. I. ob in- H quisitas aquæ venas. Aqua vero ab Appio collega in vrbem perducta Claudia nominata est. Incidit in manus meas, cum hæc scripsissem, Aldi Manutii P. F. libellus De quæsitis per epistolam, non ita pridem ex nundinis Francofurtinis allatus, percurri obiter & de aquis in vrbem Romam olim influentibus ceterisque antiquitatis monumentis non pœnitenda legi. Vtinam Frontinum, vt pollicetur, nobis det emendatiorem. I

*Magnifica oratione.*] quæ exstat apud Plutarchum in Pyrrho. Versibus vero Ennius apud Cic. expressit,

*Quo vobis mentes, rectæ quæ stare solebant*
*Antehac, dementes, sese flexere viai.*

Sic enim legendum censeo. vulgati enim: *dementi sese flexere ruina.* Dicitur autem *mentes dementes* venustè, vt nuptiæ innuptæ, & Græcis γάμοι ἄγαμοι &c. *quo viai* dictum vt Terentii illud K *huic viciniæ:* & eo loci alii dixere.

## IN PYRRHVM. 35.

*Materno genere.*] Præposterus ordo narrandi quem ipsi immutauimus. Vide Plutarchum in Pyrrho. Iustinus lib. XVII. Achillis filium facit. Sed de his statuere melius liceret, si exstaret Comm. Timæi Siculi, quem Pyrrhi bellis præcipue dicauit, teste Halicarn. lib. I. Antiquit. L Rom.

*Aio te Æacida*] Cicer. de Diuinat. II. Ennii versum esse docet, & falsum, quod nunquam latine Pythius oracula reddiderit. Vide & Priscianum libr. XVIII. qui ὑπέρβατον appellat. Dialectici ἀμφιβολίαν.

*Auxilio Tarentinis venit bellum Ro.*] quidam *Tarẽtis.* Vulgata hęc scriptura est m. ss. concisior, quam iccirco expressi: *aux. Tarentinorum bellum Ro.* M

*Apud Heracleam*] *Heream* m. ss. & *Lauinium* scribunt, & post non longe *Lauinii exercitu* pro *Lauini.* Plutarchus in Pyrrho Ἀλβῖνον corrupte haud dubie pro Λαβῖνον vocat. Annales enim Consulates Romæ effossi P. Valerium Læuinũ & T. Coruncanium Consules eius anni faciunt. Idem Heracleam & Pandosiam ad flumen Sirim in Campania collocat, & Frontinus li. IV. Orosius vero li. IV. c. I. *Lyrim* fluuiũ appellat, qui per *s* scribi debet. Ptolemæus enim, Strabo, & Dionysius Σῖρις aut Σεῖρις, semper, nunquam Σίρις efferunt: Poetæ adhæc producunt.

*Eleph. nouitate turbauit.*] Plinius lib. VIII. cap. VI. Alii

A vi. Alij *fugauit*. verum modeſtius *turbauit* dixit, quod terrorem inijcere & perterrefacere ſignificat. L. Annæus Seneca lib. i. de hac Tarentina pugna: *Tam atrox fuit, vt Ferentanæ turmæ præfectus Obſidius inuectus in regẽ, turbauerit, coegeritq; proiectis inſignib. prælio excedere.* Elephantos autẽ boues Lucas Plinius ibidem appellat, & Auſonius Tetradio:

*Cur me propinquum Santonorum mœnibus*
*Declinas, vt Lucas boues,*
B *Olim reſumto præferoces prœlio*
*Fugit iuuentus Romula?*

*Talibus viris*] V. L. ſignãter *tal. militibus*. & *ſubire* non *ſubigere* Pariſ. & *vicenſimũ* ijdem m. ſſ. & *gratus redd.* non *gratis*. Eutropius lib. ii. Preneſte milliari ab vrbe octauo decimo veniſſe ſcribit. Florus à nobis ſtat.

*A Curio & Fabricio*] L. Annæus hos quoque coniunxit: conſtat tamen ex magiſtratuum triũphorumque Rom. tabulis in foro Romæ erutis, C collegas minime fuiſſe. C. enim Fabricius Luſcinius cum Q. Aimilio Papo annis duobus poſt Læuinum manum cum Pyrrho conſeruit victorque redijt anno V. C. cdlxxv. M' Curius Dentatus iii. cum L. Corn. Lẽtulo Conſul anno pòſt quincto, de Pyrrho triumphauit cdlxxviii. Cum vero Tarentum pulſus eſt P. Sulpitius & P. Deci⁹ Coſſ. fuere anno cdlxxiiii. pòſt nõn longè *conſugit* & *traiicit* legitur in aliis, deinde, *relata eſt*, eximie, vulg. *elata eſt*, & *relatum corpus* m. ſſ. non *de-* D *latum*.

*Mox in Italiam*] Credidi aliquando leg. *Mox in Italia Locros*. quod ſint & in Sicilia & alibi Locrenſes, teſte Strabone lib. ix.

*Et dum Ma-ſos oppugnat*] Vitioſe quidam repetita eadem litera m. recte *Argos*. Polyænus enim lib. viii. Stratagem. virtutes mulierum laudans ArgiuamPyrrhum interfeciſſe ait. Porro Iuſtinus ſaxo interfectũ nartat: Plutarchus tegula de muro iacta.

E
## IN FABRICIVM.

Caput hoc integrum à m. ſſ. eſt in quîs eâdem littera ſcriptum inueni. In tertio ad oram erat adiectum tamquam prætermiſſum. Certe mihi non fit veriſimile præteritum ab auctore tantum virũ, præſertim cum proxime illius meminiſſet, & ſuo more vitas ſubiicere ſoleat. Non ignorabam in Eutropio eadem fere legi, verum hic ne à noſtro mutuatus ſit, an contra, quis auſit pronunciare? Paullus enim Diaconus vt Feſtũ Pompeium trã- F ſcribendo corruperat, ita & Eutropium augendo contaminarat, vt quæ Eutropij eſſent dijudicare vix poſſes: immo Eutropium amplius appellandum eſſe negares. Notabimus quædam.

*Secundo prælio*] anno V. C. cdlxxiv. ducibus P. Sulpitio Sauenione, P. Decio Pyrrhico Coſſ. quorum hic in pugna cecidit, teſte Cicer. 2. de Finibus. Rex vero ex altera parte vulneratus eſt: de xx. millibus dimidia pars exercitus amiſſa: apud Romanos quinque millia deſiderata. Frontinus lib. 2. & Eutropius.

*Solicitari non potuit*] Vide Val. Max. lib. 4. cap. 3. & Agellium lib. i. cap. 14.

*Vinctum reduci*] Val. Antias *Timocharem* regis G amicum veniſſe dicit: Quadrigarius *Niciam* familiarem non medicum. Vide Agellium li. iii. ca. viii. Plutarchum in Pyrrho & Apophtheg. Valerium lib. vi. Cicer. i. Offic. Iuſtinum lib. xxiii.

## IN DECIVM MVREM. 36.

*Volſinii*] variant in ſcribendo libri omn. Ex impreſſis quidam *Volſini*. m. ſſ. *Vulſinia*. & mox *periit*. vt hoc opidi, *Vulſinii* populi nomen ſit, vnde H Ann. Seneca, *Volſinii opulentiſſimi Etruriæ populi*. *Vulſinii* autem tetraſyllabum in marmoribus Romanis, inde *Vulſinienſes*. à *Vulſinis* vero *Vulſinenſes* ſeq. capite quidam ſcripſerunt. Strabo & Ptolemæus Ουολσίνιον opidum appellant quinque ſyllabis. Nec defuere, qui *Volſcinios* nominarent, quaſi à Volſcis oriundos.

*Dum in curiam*] Antiqua lectio, *dein curiam*, vnde feci *dein in curiam*. Præpoſitio omiſſa quod repeteretur. Si quis tamen legat, *dum temere ſer.* I *man. dum in Curiam*. facilè patior. mox *conſenſu eorum* ex ijſdem ſcripſimus, addidimuſque *Superauit* vnde *aut* factum erat. Sic enim habent m. ſſ. *Decius lib. o. ſuperauit, necauit in carcerẽ, aut dom.*

*Decius Mus*] Sic Mediol. impreſſerat, nã vulg. malè *Murena*. vel *Muræna* vt Gryphius. In vno ſcr. *Mus* afuit, in altero *Decimus*, erat & ἐπιγραφὴ talis. At annales Capitolini hoc anno cdxxcviii, Conſ. hoc nomine negant fuiſſe. L. Annæus, & de Græcis Zonaras Q. Fabiũ Gurgitẽ tertiũ Conſulẽ K L. Mamilij Vituli collegam ei bello præfecit, in quo vulnere accepto periit. Inſequenti vero anno finem ei impoſuit & triumphauit de Vulſiniẽſib. M. Fuluius Flaccus. Labor itaque vt in occiſi Fabii locum miſſum, aut vtriuſque Conſulis legatum in eo bello multa præclare geſſiſſe cum Vineto credam. Zonaras enim Conſulem alterum mortuo Fabio ſupplicium de ſeruis ſumpſiſſe & opidũ euertiſſe ait, quem Decium fuiſſe liceat diuinare. Vide aliam belli iſtius cauſam apud Plinium libro L xxxiv. capit. vii. Notandum & illud Tiberium Coruncanum quindecim ante annos de iiſdem populis triumphaſſe teſtibus Capitolinis triũphis.

## IN AP. CLAVDIVM CAVD. 37

*Victis Vulſinienſibus*] *Karthaginiẽſibus* alii, quam lectionem Seneca in epiſto. videtur confirmare. M *Vulſinienſes* retineo ex Zonara.

*Caudex*] m. ſſ. librorum ea ſcriptura eſt, & *Caudicis* format. Colinæus & vulg. *Caudax* (*audatis* non recte. liber antiq. *Caudex dictus*. alii *frater dicti* (*Caci fuit*, quod ante eius mem iniſſet. Vnde autem *Caudex* dictus vide Senecam philoſ. de breuitate vitæ cap. xiii. Infrà vero *primus* legunt non *primo*. De Mamertinis vide Sext. Pompeium lib. xi. de verb. ſignificat. ex Alfio lib. i. belli Carthaginienſis.

*Phalangem in Sicilia*] Vulgata ea lectio. ſcripta & Mediol. *Legionem*. Corruptè vero nonnulli *legationem*. Forte ſupra adſcriptum erat, *phalangem*

A quæ quoniam vox rarior, vtpote Macedonica, teste Q. Curtio, in contextum potius recepta. Hoc autem differunt quod phalanx octo hominum millia contineret: legio non amplius quàm sex millibus constaret, florente maxime Rep. à Mario primum conscripta.

*Hieronem prælio*] Sic m.ss. ad vnum o. vulg. *Hieronaregem.* Iam enim obliti erant prioribus aliquot versibus regem appellatum. Lege Polybium belli Punici scriptorem prudentissimum, qui ab B his diuersa nonnihil narrat.

## IN CA. DVILIVM. 38

De nomine rursum differendum, tametsi quidam stolidè hęc rideant, aut supervacanea iactent, homines nescio quibus occupati. Video itaque cum Lernæo angui rem esse, vt Herculi, quòd refecto vno alterum mendum repullulet. (*n. Duellium* qui vocant contra librorum, Lapp. Fastorumque C Rom. fidem faciunt. *Duillio* scribũt cod. Antuerpiæ olim excusi, propius veritatem. Paris. nescio quamobrem *Duilo* trib. syllabis idq; perpetuo, vt non operarum iniuria accidisse putem. Scribe *C. Duilius* simplici lambda, sequens Capitolinos illos Fastos Romę nuper magno Antiquitatis, historiarumq; bono repertos. Ex ijsdem *Carthaginienses* sex syllabis à dandi casu, vt & Priscian° lib. IV. monet & Ennii auctoritate confirmatur. Seruius autem in I. Æneid. Virgilii à Charta deriuat. D quomodo *Chartago* scribendum. Non sequor. Solinus enim ca. XXX. Polyhist. *Carthada*, inquit, *Phœnicum lingua sonat nouam ciuitatem:* mox *verso sermone Carthago appellata vrbs, & Dido Elissa.*

*Classem validam fabrefecit*] Medio. *fabricauit.* Sic autem locum emendandum amicus quidam meus ope libro. vett. putabat: Correctio enim illa, quę in vulgatis legitur, in scriptis abest. *classem (magis) validam (quam decoram) fab.* Quis enim, in- E quit, in re bellica, classe, aut pugna pulcritudinem requirat? nisi forte armis fulgidus exercitũ, nauib°, aplustris, ceterisque rebus ornatis potius quam confirmatis victoriam metiatur? vt Antiochus ille, cui Annibal illa Romanis etsi auarissimi sint, satisfactura lepide respondit. Agell. li. V. Noct. Attic. Mihi tamen correctio illa non inanis videtur, quod classis Romana rudis erat ac impolita, & firmitate trabium grauis & tarda: argumento est celeritas comparatæ classis, cum intra sexagesimum F diem CLX. nauium classis in ancoris stetit. Ann. Seneca li. 2. Rom. hist. Naues autem erant rostratæ, quas Liburnas vocant. Eutropius. Vegetius tamen li. quarto cap. 33. post Augusti ad Actium victoriam, primum à Romanis vsurpatas Liburnicas ait. Quę parenthesi inclusi in quib. l. absunt. Illud, *cum irrisu*, alii *risu*. sic in Mediol. conceptum erat, *primus omnium cum irrisu hostium instituit. Sic inter* &c.

*Manus ferreas*] Vide Frontinum lib. II. cap. III. Stratagem. & Polybium lib. I. Variis enim nominibus à vett. appellantur ferramenta quæ in proximam nauem retinendi caussa iniiciuntur. *Manus ferreas* quoque appellat Cæsar de bello ciuili G II. Liuius lib. XXVI. & XXXVII. ab V. C. Plinius li. VII. c. LVI. & Qu. Curtius lib. IIII. Liuius lib. XXX. sic: *Postremo asseres ferreo vnco præfixi (harpagones vocant milites) ex Punicis nauibus inijci in Romanas cœpti.*

*Naueis*] *triginta* accessit ex m. ss. tribus, vt illud: XIII. *mersit*, quod & Eutropius confirmat, nisi quod in quib. XIIII. est: addit idem VII. *Millia hostium cepit, tria occidit*; quomodo illud, *qui victi & capti sunt*, explicari de hostibus debet, H

*Himilco dux*] lego, *Annibal* ex Mediol. illo vetust. & Va. Max. li. VII. cap. III. tametsi rem aliter paullo narret. Fuit autem Gisgonis filius vt Polybius & Zonaras appellant, Orosius seniorem Anibalem vocat. Pœnus & ipse, sed dux infelix I. Punico bello. Himilconis nulla hic mentio. Iudicẽt docti. Infrà: *classis Carthaginiensiũ fugit*. Paris. &c, *à cena publica* libri vetusti, neutrũ satis placet.

*Pœnam crucis effugit*] Vide Marcellinum lib. XVIII. de more Burgundionum in puniendis re- I gibus, qui non satis prospere pugnassent.

*Prælucente funali*] Cicero Cat. maiore: *C. Duelium M. F. qui Pœnos classe primus deuicerat, redeuntem à cœna sæpe videbam puer: delectabatur cerebro funali & tibicine. quæ sibi nullo exemplo priuatus sumserat.* Sic enim rectius legi quam *cereo funali* quod ex Val. Max. li. III. quidam reposuerát, Car. Langius docuit, vir si qui alius, emendandis auctorib. natus, nuper immatura morte præreptus: numquam enim matura mors eorum qui bene K de R. P. mereri student. Idem autem refert de Duilio L. Ann. Seneca hist. Romanæ lib. II. & Epitomar. T. Liuii auctor lib. XVII. aliique.

## IN ATILIVM CALATINVM. 39.

*Ex maximis*] Vulgati sine præpositione. L. An. Seneca: *Fere omnia præsidia Pœnorum Agrigento, Drepano, Panormo, Eryce, Lilybæo detraxit.*

*Enna*] vulg. *Ætna.* q. *Aena* subiiciunt: In v- L no m. s. *Herna*, in Mediol. *Aenna* scriptum reperi. Strabo lib. VI. & Stephanus sine diphthógo. *Ætna* autem etiam vrbs in Sicilia est Plinio tertio & quarto libris.

*Totamque Siciliam peruag.*] &c. μνημονικὸν ἁμάρτημα priscis scriptoribus familiare. non enim ab A. Atilio Consule, sed insequentis anni CDXCVI. C. Atilio Regulo prælium nauale pugnatum est. Fefellit auctorem, & nominis & temporum affinitas. L. Ann. Seneca male Dictatorem ait fuisse. Il- M lud quod extremo cap. de triumpho dicitur ad eumdem Caium puto pertinere. Naualem enim egisse in Fastis Capit. scalptum video probaturque auctoritate P. Orosii, Zonaræ, & Polybii. Hinc Plinius triumphalem aratorem appellat, Valerius triumphalis currus habenas eum tractasse tradit. Primus in sua gente Serranus dictus quod ferentem in agro lictores, qui ad magistratus vocabant, inuenissent. Cicer. pro Roscio. Val. li. IIII. Plinius lib. XV. II. Appuleius in Apologia. Triũphi tamen iidem Capitolini, etiam de Calatini triumpho eiusdem anni de Pœnis loquuntur.

*Ad Ca-*

A *Ad Camarinam*] m.ſſ. fere *Cathynam* vel *Catinam*. Pariſ. inde ſcribit, *ad Cecinam hoſtibus obſeſſam*. *Camarinam* lib. vett. ſcribunt prima vocali in ſecunda ſyllaba, & Græci Strabo, Stephanus, Polybius: Vide Seruium in III Æneidos: *Apparet Camerina procul* &c. & Eraſmi Chiliades.

*Calpurnius Flamma*] Sic à Liuio quoq; lib. XXII. Tribunus nuncupatur. M. prænomen in Liuiana epitoma. M. Cato in Origin. *Q. Ceditium* vocat: Cl. Quadrigarius Annalium III. *Laberium*. tu le- B ge Agell. lib. III. cap. VII. vbi cum quadringentis militibus in hoſtem pugnaſſe Tribunum refert ex Catone illo.

*Sociis*] ex m.ſſ. eſt, & qui ſequitur orationis ambitus aliter paullo à nobis interpolatus ex libris antiquis.

## IN M. ATILIVM REGVLVM. 40.

C *Fuſis Salentinis*] liquida repetita ſcribunt Faſti Capit. & m.ſſ. o.

*Claſſem traiecit*] *claſſe traicit* m.ſſ. quomodo nono ab hinc cap. locutus eſt: Exijſdem corrige, *ea quaſſata de Amilc.* vulgata enim *quaſſatas duce Hamilcare* falſum ſenſum continet, ſi ipſe Latine intelligo. Eutropius enim & de Græcis Polybius Romanos XXII. naueis amiſiſſe, hoſtium vero LXIIII. depreſſiſſe, partim cepiſſe, diſerte ait. Quod ſequitur ἀδύνατον videtur: Idem enim ſeptuaginta D treis dumtaxat vrbes in fidem Rom. acceptas refert. Oroſius vero lib. IV. & L. An. Seneca lib. II. trecenta & amplius caſtella vaſtata. Fides ſit penes auctorem: nec mirum victos eos & captos, qui vincendo defatigarentur. In reliquis veſtigiis veteris ſcripturæ mendum aut potius mendacium prodigioſum odoratus ſum: Ego *vicena millia hom.* aut *tricena* ſcripſiſſe credo. vnde *ducenta millia* rotundo numero facta, quod totidem opida capta fuiſſe diceret. Eutropius quinque tantum E millia cum XVIII. elephantis cepiſſe ait, XVIII. millia ad internecionem cecidiſſe: Collegam vero Romam reuocatum, ſiue *L. Manlius Vulſo* is eſt, ſiue *C. Corn. Blaſius*, vt Glareano placet, victorem in triumphum duxiſſe XXVII. millia captiuorum. De vero libet intelligas nihil mutare auſim.

*De permutandis captiuis*] Bene habet, quod deperdito T. Liuij Punico bello, Polybius ſcriptor grauiſſ. nobis relictus: Is lib. I. ante Metelli victoriam, Regulum Romam miſſum ait. idem libri F XVIII. Liuij Epitome confirmare videtur; quod moneo propter eos qui Faſtos Conſ. digeſſerunt. Hi enim victos Pœnos id feciſſe affirmant, anno IDII. De Xantippo vide Vegetium lib. III. initio. Poſt paullo in m.ſſ. aliter, *vt ſi impetr. ita demum non rediret.* Nihil intereſt: & pro *a ſe* iidem, *ab amplexu* habent, & *introrſum adactis* vulgati. Videndus Cicero in extre. III. Offic.

## IN LVTATIVM CATVLVM. 41.

*Caius Lutatius*] Hactenus Qu. prænomen fuit, G quo nomine frater Caij appellatus, qui in ſequenti anno fratris Conſulatum excepit, anno IDXII. Mirum ergo non eſt ſi aut temporum aut litterarum C. & Q. cognatione falſi ſint vel librarii: vel potius auctor ipſe, quod vni omnia tribuat, cum tamen plerique Romanæ rei ſcriptores victoriam & triumphum naualem Caio: pacem vero Pœno datam Quincto adſcribant, qui & de Faliſcis triumphauit, vt Triumph. tabulæ prodiderunt. *Lutatius* eædem & m.ſſ. libri ſine c ſcribunt, vt & *Amilcar, Anno, Annibal*, abſque aſpiratione, quos H libenter ſequor. In Mediol. & vno m.ſſ. prænomina afuerunt, quæ in Romana hiſtoria fere corrupta ſunt. & Nepos Corn. in Amilcaris vita *Caium* nominat, quò confidentius ita ſcripſi.

*Trecentis nauibus*] CC. Polybius & pro *ſexcentis*, *quadringentis* Eutropius: Oroſius *trecentis*. Suſpicatus igitur aliquando ſum mendum ſubeſſe, quod omnes pene claſſem & hoſtium & Romanorum tantum DCLXXX. nauium fuiſſe affir- I ment, indeque errorem natum credebam quod cum notis olim numeri exprimerentur, earum tranſpoſitione infinitas mendas in libros antiquos irrepſiſſe didiciſſem. Forte ſcriptum repperit librarius CD. exſcripſit alius parua immutatione DC, nec enim maior peſtis optimos auctores inuaſit, quam notarum frequens vſus in numeris exprimendis. Nec muto ſententiam, pòſt enim incidi in librum calamo exaratum, in quo ſuprà adſcriptum erat CCCC. *naueis*, quæ res coniecturam me- K am confirmat. *Annone* pro *Himilcone* habebat idem exemplum, & placet.

*Aegathes*] Sic vulg. pingũt. Gryphius *Egates* m.ſſ. partim *Aegadas*, partim *Egadas*. Polybio Αἰγοῦσαι appellantur inſulæ inter Lilybæũ Siciliæ promuntorium & Karthaginem. Vide Pomp. Melam lib. 2. & Silium Italicum extremo ſexto.

*Aut cepit*] adde ex m.ſſ. Aliud enim deprimere vel demergere naueis cum pugnatorib. aliud capere. De illo, vide Petrij Victorii variar. lect. libros vtiliſſimos. L

*Hiſpania citra*] Id non puto adſcriptum huic fœderi: ſed ei quod cum Aſdrubale ictum in Hiſpaniis fuit, eo, qui ſororem Annibalis in matrimonio habebat: Polybius li. III. *Hiberum* Mediolan. ſcribebat, & *flumen* ex m.ſſ. ſuperat: ſic enim legunt: *ab Hiſpania citra Iberum vt abſtin.*

## IN ANNIBALEM. 42

M IX. *annos natus*] ſic omnino ſcribendum cenſeo, non, XI. Rurſus, vt fit, notæ in numeris tranſpoſitæ: itaque leg. monent Liuius lib. XXIII. Oroſius lib. IV. ceterique hiſtoriæ Rom. racematores, & Corn. Nepos in vitis externorum Impp. Anno dehinc ætatis XXVI. Imperator belli electus eſt: nam duce patre Amilcare IX. ann. in Hiſpania militauit, VIII. ſub eius genero Aſdrubale. Mendoſe Eutropius XX. ſcribit.

*Apud Ticinum*] *Rhodanum* inquit Nepos in Annibale. De Alpibus ſuperatis Plinius lib. XXXVI. cap. I.

*Saguntum*] li. vett. *Zaguntum* ſcribunt, de qua

A ſcriptura vide Priſcianum. De Saguntina fame il-
lud memorabile extremo Satyrico Petronij Ar-
bitri quod nunc Petri P. beneficio amplius eſt;
humanas ediſſe carneis.

*Sempronium Longum*] *Longinum* Pariſ. & ſcr. vi-
tioſe *Sempr. Longum apud Cremeram fl. apud Thra-
ſumenum. Paullũ & Varr. apud Cannas ſuperauit.*
Quod adſcribendum duxi, ne quis ſemper in au-
ctoritatem librorum vv. & conſenſum iurandum
putet.

B *Ad tertium ab*] vſque ad IIII. milliarium, in-
quit Eutropius: Liuius enim & Plinius lib. XV. no-
biſcum facit.

*A Fabio Maximo fruſtratus*] Corrige *fractus*,
rectius: vt patet cap. ſeq. proxime & ſupra 14. ad-
iuuantibus & libb. antiquis. *In camp. deuertit*, ijdẽ
eleganter. De Campania alibi dicemus. Elanguiſſe
& Antiochum deliciis infrà cognoſcere licebit.

*A Valerio Flacco repulſus*] Si per libros lice-
ret, legerem *à Fuluio Flacco* qui anno IↃXLI. poſt
C Ro. cond. Conſul, Appio Claud. Pulcro collega
ad Capuam feliciter pugnauit, tametſi frater Q.
Fuluius Flaccus prętor ad Herdoneam infeliciter.

*Ad Antiochũ regẽ*] Nepos Corn. ſexto poſt an-
no accidiſſe refert, M. Claudio Marcello, L. Furio
Purpureone Coſſ. qui eſt vrbis IↃLVII. Alii inſe-
quenti anno id accidiſſe memoriæ prodiderunt.

*Unde Romam legatione repet. hauſto quod.*] Sic
vulg. m. ſſ. vero pleniores, quæ ad ſenſum neceſſa-
rio ſuppleuimus, vt illud *in fine Nicomedenſium*
D ex iiſdem quaſi alluuione accreuit. Vide Plinium
lib. v. ca. XXXII. & Nicolai Sophiani Tabulã Græ-
ciæ, & in eandem Nicol. Gerbelii comm.

*In arca lapidea cui inſcr. eſt*] Sic alter m. ſ. Alter
vero *hodieque* non *hodie quoque* legebat.

*Hauſto veneno*] Sic Liuius Annali XXXIX. Ap-
pianus vero Συριακῇ tradit Flamininum per Pru-
ſiam Annibalem veneno necaſſe, nihilque ei à Se-
natu nominatim de Annibale mandatum.

## E IN FABIVM MAXIMVM. 43

*Ut Verrucoſus, ita Ouicula*] Emendaui locum de
m. ſſ. nam deprauatus haud dubie circumfertur.
Scripſerat auctor *in labris ſita*: Ex litteræ eiuſdem
repetitione ſigma omiſſum, adiectum, *vt*, cui, *ita*,
reſponderet. O corruptores ſeruum pecus! Ob-
ſeruaui Plinium eodem verbo corruptum lib. III.
Nat. hiſt. ca. v. *Stœchades* inquit, *à vicinis Maſſili-
enſibus dictæ propter ordinem quas item nominant*
F *ſingulis vocabulis Prote, Meſe, &c.* leg. ex antiq.
cod. *dictæ propter ordinem quo ſitæ ſunt. Nomina
ſingulis Prote, Meſe.* De verruca Serenus Poëta:

*Interdum exiſtit turpi verruca papilla:*
*Hinc quondam Fabio verum cognomen adhæſit,*
*Qui ſolus patriæ cunctando reſtituit rem.*
*Id poterit vitium ſanguis curare lacertæ.*

M. Cato *Verrucam* locum editum & aſperum in
Origin. etiam appellat, teſte Agellio lib. 3. ca. 7.
Noct.

*De Ligurib.*] m. ſ. vnus *Lyginibus*, quos populos,
vt verum fatear, ignoro: Ligures de meliori nota
noui, propter Genuam, quæ Iacobum Mariam
G Ceruettum iuuenem patricium, mei olim Loua-
nii in ſtudiorum ratione obſeruantiſſimum, pro-
duxit.

*Manlium Statilium*] *Statillum* Pariſ. appellat.
m. ſſ. *Marium Statilium*. forte *Marſum* legerat
ſcriba, quomodo à Plutarcho in Fabio appellatur:
Valerius lib. VII. nomen omittit.

*Quod pactum*] Tertia inflexione m. ſſ. *quæ pa-
ctio* & *ſuæ* pronomen adiiciunt, vt ſit, *fidei ſuæ*.

## IN SCIP. NASICAM. 44 H

*Is cum aduerſum*] Ad filium hæc pertinent, ſu-
perior linea ad patrem.

*Conſulem ſe*] *ſe* ex m. ſſ. abundat, mox, *in foro pro-
ponebat* Pariſ. præfert.

*Conſul Delminium*] Iterum Conſulem fuiſſe
anno IↃXCVIII. Cicero in Bruto auctor eſt. *Del-
minium* ſcribunt m. ſſ. & Agrippinenſe exemplum:
*Deliminum*, Pariſinum, & *Delmatorum* idem Co-
lonienſe. *Delmatarum* Gryphius. I

*Triumphum oblatum recuſauit*] Recte enim O-
ctauianum Aug. triumphalem lauream folia in-
fructuoſa appellare ſolitum refert Sex. Aurelius
Victor. Quod de Imperatoris nomine hic dicitur
P. Scipioni Africano Plutarchus adſcribit, vt in
nomine Scipionum falſum credam auctorem no-
ſtrum.

*Ingenio ſapientiſſimus*] Quid ſi *ſagaciſſimus* le-
gas? quod ingenii proprium. Nihil tamen muto.
De Corculo vide Pomponium I.C. Ciceronem K
in Bruto, & Tuſculanis diſputat. Confundit autẽ
hiſtoriam rurſum Scipionum patris & filii, vt &
Valerius Max. quod admonendum, ne quis erra-
ret, duximus.

## IN M. MARCELLVM. 45

*Viridomarum*] Ita vulg. omnes vett. l & Faſti
Romani *Virdumarus* quattuor ſyllabis ſcribunt,
& quincta vocali. Quidam calamo exarati *Virio-* L
*domarus* ſex ſyllabis. Propertius li. IV. tetraſyllabũ
facit.

*Virdomari genus hic Rheno iactabat ab ipſo,*
*Nobilis erectis fundere geſa rotis.*

Plutarchus hoc nomen ignoraſſe videtur, in
Romulo enim & Marcello *Britomartum* & *Brio-
marum* nominat. Ioſ. Scaliger in q. l. *Virdumani*
repperit apud Propertium.

*Spolia legit apud Nolã. Annibalem primus locor.
ang.*] Pręclare locũ hũc mutilũ reſtitui ex mẽbra- M
neis codd. niſi vehementer fallor. Nec enim con-
ſentaneum vero, cum & Romuli & Coſſi opima
ſpolia tam diligenter referat, tertia ab illo ſtudio
eſſe præterita, nec enim plura fuiſſe leguntur.

*Ioui Feretrio*] Vergilius tamen VI. Æneid. Qui-
rino ſuſpenſa canit.

*Aſpice vt inſignis ſpolijs Marcellus opimis*
*Ingreditur, victorque viros ſupereminet omnes:*
*Hic rem Romanam magno turbante tumultu*
*Siſtet eques, ſternet Pœnos, Gallumque rebellem,*
*Tertiaque arma patri ſuſpendet capta Quirino.*

De qua controuerſia Seruius, & Sex. Pompeius

A lib.XIII. de verb.ſignific. & nos in Corn. Coſſo
quædam.
*Oſſa Romam* ] De his vide quæ ex Plutarcho
annotauimus in fragmentis Nepotianis.

## IN CLAVDIAM VESTALEM. 46.

*Liuia Claudia* ] *Liuia* afuit in m.ſſ.o. Recte vt
opinor refragantibus licet excuſis omnibus. Sunt
B enim gentilitia duo nomina, & quidem in femina.
*Claudia* fere ab alijs conciſe appellatur. Ego Q.
Claudiam eſſe puto, cuius ſtatua in veſtibulo tē-
pli matris Deûm poſita, bis ea æde incendio con-
ſumta, in ſua baſi flammis intacta ſtetit. Val.li. I.
cap.8.
*Repente in alto* ] *in alueo* lib. ſcripti & Agrippi-
nenſis, & *vado Tiberino extraxit*, inquit Sueton.
in Tiberio cap. 2. Mihi tamen miraculum augere
videtur vox *alto*.i.profundo ſatis loco. Quid e-
C nim mirum ſi in vado ſteterit? Herodianus li. I.in
Oſtio Tiberis accidiſſe refert, vbi vadum fuiſſe
quis credat? Adde aduerſo flumine id accidiſſe.
*Inceſtus ſuſpecta* ] Correxere emendatores
tot fere modis quot Litteratores illi vett. dici per-
miſere, alii enim *inceſtu ſuſpecta*, al. *inceſti*, ſecunda
inflexione, alii *de inceſtu*.
*Simulacrum* ] Pleniores membranæ noſtræ
quas b.fide expreſſi, ſenſu & pleniore & veriore
id requirente. Vulgati enim hactenus: *Simul. mat.*
D *D. aduexit*, alii *adduxit. Templum ædificauit Na-
ſica, qui vir opt.iudicabatur.* Supra vero cap.XLIV.
ait matrem Deûm, ſeu matrem Idæam ab Attalo
Aſiæ regē Rom. legatis traditam à Naſica hoſpi-
tio acceptam & conſecratam, reſponſo ita mo-
nente. Vide Plinium lib. XVIII.ca.III. Nec tem-
plum ædificaſſe Naſicam verum eſt, ſed à Liuio &
Caio Claudio Cenſoribus auſpicatum, & à Iunio
Bruto dedicatum, teſte Liuio Annali 36.

E
## IN CATONEM CENSORIVM. 47

*Romam ſolicitatus* ] *ductus*, ſcriptum habet v-
nus codex perantiquus. Non male. Quod ſequi-
tur aliter in m.ſſ. eſt: *Ex prætura Sard. ſubegit.* vnde
leg. ratiocinabar olim *obtinuit*, non *ſubegit*, aut ſic:
*ſortitus eſt*. exigente id rei veritate. nam Hiſpa-
niam citeriorem prouinciam hoc eſt Celtiberiam
F quam Conſul ſortitus erat, pacaſſe, deque ea tri-
umphum duxiſſe refert Polybius, Appianus in
Hiſpanicis, & Latini Romanæ hiſtoriæ racema-
tores. Sardiniam quidem prouinciam ſortitum
Catonem prætorem Liuius lib. 32. & Plutarchus
Catone commemorat: ſubegiſſe vero nemo,
quod equidem meminerim. Iudicium tamen
amplio. Forte hinc error natus, quod ſiue Corn.
Nepos ſiue Aemilius Probus ita hæc prior extu-
liſſet: *Ex Sardinia Q. Ennium poëtam deduxerat,
quod non minoris æſtimamus, quam quemlibet am-
pliſſimum Sardinienſem triumphum.* Quæ tamen
non triumphaſſe Catonem de Sardis loquuntur, G
neque ſubegiſſe: nondum enim rebellaſſe eo tem-
pore Sardos legi.
*Tribunus militum* ] *factus* adiicit v.l. *Manius*
autem *Acilius Glabrio* ſcribendum ex Capitoli-
nis Tabulis, & mox L. *Flamininum* Patriciæ den-
tis nomen, non *Flaminium* vt vulg. quem hic li-
ber vnus *Conſulem* facit, non *Conſularem*. legit
enim *Conſulem*.
*Quod ille in Gallia* ] Placentiæ inquit apud Li-
uium Val. Antias. Porro Liuius habet, ab Roma H
in Galliam perductum Philippum Pœnum, no-
bile ſcortum. m.ſſ. *in Galliam* accuſandi caſu. Sic
enim habent: *quod ille in Galliam cuiuſdam ſcorti
ſpectaculum eiectum quemdam à carcere iugulandū
iuſſiſſet*. Pariſ. vero antiq. codex pro *eductum*, *ve-
ctum* legit, Agrippinenſis *vinctum*. Quid ſi legas,
*è Gallia eiectum* vel *vectum quemdam, à carcere
&c.* nam è Galliis profugum fuiſſe Liuius diſerte
ait lib. 39. additque ſua manu hominem interfe-
ciſſe: non per lictorem, vt Valerius Antias & Plu- I
tarchus.
*Matronis* ] locus mendóſus; recte nunc ha-
bet felici interpūctione: ſic antea diſtinctus: *Ma-
tronis orn. èrepta, Oppia lege repet.* quaſi dicas, ma-
tronas per Oppiam legem repetiiſſe ius cultus,
mundumque muliebrem nimis ſumtuoſum. In-
eptius paullo qui pro *reſtitit reſtituit* reſtituerunt
præter ipſam hiſtoriæ veritatem. Lata lex à C.
Oppio Trib.pl. anno V.IↃXL. teſte Liuio lib. 34. &
Tacito lib. 3. K
*Galbam octogenarius* ] Fuit hic Seruius Sulpiti[9]
Galba, qui prætor Luſitanos diripuit. Cuius gen-
tis prænomen male in antiq. ſcriptoribus Cice-
rone, Liuio, Suetonio, Nepote, aliis, in *Sergius* eſt
commutatum: & in Tacito quoque, vt nuper Iu-
ſtus Lipſius admonuit, qui propter ingenii doctri-
næque præſtantiam nemini eſt paullum modo
humaniori incognitus, vt Varronis vſurpem.
Cum enim *Ser.* ſcriberetur, *Sergius* inde formarūt,
quod eſt Catilinarum gentile nomen. Græci ſcri- L
ptores Σερϐιος Γάλϐας: tametſi in Plutarch. Σερουίλιος
aliquando repperi inemendate ſcriptum. Cete-
rum Liuius 39. & Plutarchus nonagenarium per-
oraſſe ſcribunt: falſo, nam 85. annos natus, mor-
tuus eſt, auctor Cicero libro de Claris Orator. &
Plinius lib. IX. cap. I.
*Poſt octoginta* ] Aldinus codex, eumque ſecuti
reliqui *octuaginta*. & mox *imago cuius f.g.p.ſolet.*
Verum de imaginibus quæ comitabātur gentilitia
funera, lege Plinium lib. 35.ca.2. & Corn. Ta- M
citum extr. lib. 3. Annal. Plura longe anquirere
non vacat ad calcem properanti. Septuagenarii
viri generant, inquit Ariſtoteles lib. VII. Animal.
& in Politicis. Cato tamen octogenarius & Maſ-
ſiniſa poſt octogeſimum ſextum annum. Plinius,
Solinus. Viſum autem fuit non abs re fore Ca-
tonis dignitates quas multas geſſit, & ætatem per
annos Conſulares diligēter à nobis digeſtam ſub-
iicere, vt facilius Plutarchus, Liuius, Ci-
cero, & Corn. Nepos intelligan-
tur.

A ANNO V. COND. — M. PORCIVS M. F. CATO CENSORIVS.

DXXI. Natus M. Aimilio Lepido, M. Publicio Malleolo Coss. Sic enim ipse apud Ciceronem in lib. de Senectute: *Anno postquam primum Consul fuerat Q. Fabius Maximus Verrucosus, qui Tarentum recepit, ego natus sum &c.* Alii B DXIX. anno natum putant L. Postumio Albino, Sp. Caruilio Maximo Coss. in iis Kar. Langius, legitque: *Anno post, Consul primum fuerat, quam ego natus sum.*

DXXXIX. Anno natus XVII. primum stipendiũ meruit, & militauit ad Capuã sub eodem Fabio quartum Consule. XIX. etiam numerare licet ætatis annum, connumeratis annis ex- C tremis.

DXLIIII. Aetatis XXIV. ad Tarentum stipendia fecit, Fabio quinctum Cõsule, vt ipse apud Ciceronẽ de Senect.

DXLV. Aetatis XXV. Tribunus militum in Sicilia fuit M. Claudio Marcello V, T. Quinctio Crispino Coss. *Cor. Nepos, vel Aemilius Probus in vita Catonis.*

DXLVI. C. Claudii Neronis Cos. castra se- D quitur: strenuus habitus & laudatus in prælio Senensi, quo cecidit Asdrubal, exercitu Alpeis traiiciens, vt copias cum Annibale fratre coniungeret. *Corn. Nepos & Liuius lib. 27.*

DXLVIII. Quæstor P. Scipioni Africano, cum quo perpetuo dissensit & Augur, annos natus XXIIX. P. Corn. Scipione Africano, P. Licinio Crasso E Coss. *Liuius 29. Annal. & Nepos, Cicero vero in Bruto & Catone.* anno insequenti, Cethego & Tuditano Coss.

DLI. Quadriẽnio pòst Aedilis plebis fact⁹ cum Caio Aelio, qui male in Nepotis fragmento *C. Heluius* appellatur. *Liuius libro 32. & ipse apud Cic. in Senectute.* Agebat tum annum ætatis trigesimum primum.

F DLV. Prætor Sardiniam prouinciam obtinuit: Q. Ennium poëtam inde deduxit. *Liuius 32. Annal. Plutarchus & Nepos Corn. in eius vita. Cicero in Catone.*

DLVIII. Consul cum L. Valerio Flacco, quo auctore Romam è Sabinis comigrarat. In hoc magistratu totam citeriorem Hispaniam quæ rebellauerat, pacauit, bello ab Emporiis inchoato, adiuuante P. Manlio prætore. Matronis cultum repetẽtibus, Oppia lege ademptum, restitit. *Plutar. Liuius 33. Annal. Nepos, alij.* G

DLIX. Hoc anno pro consule ex eadem prouincia de Senatus sententia triumphauit. *Fasti Capitolini, Appian. Ibericis, Frontinus, Florus, & Zonaras.*

DLXII. Legatus, vt alij, Trib. militum, Manij Acilii Glabrionis Consulis. *Auctor hic de viris illustribus.*

DLXIX. Aetatis XLIX. Censor grauissimus cũ H L. Valerio Flacco rursum. L. Flamininũ, Titi fratrem Senatu mouit, & in ærarium redegit. Luxuriã hominũ repressit, q̃ incipiebat pullulare. In quo honore quod tam seuere præfuisset *Censorius* est appellatus. *Liuius 39. lib. ab V. C. Plutarch. in Cat. Capitolini Lapp. Val. Max. li. 2. ca. 4. & li. 4. cap. 5. Corn. Nepos & Cicero in Bruto & Catone.* I

DC. Octogenarius iam Seruiũ Sulpitium Galbã qui Lusitanos Prætor diripuit, vehemẽti oratione accusauit. *Liuius lib. 39. Plutarch. & Auctor noster de viris illustribus.*

DCIIII. Initio tertii belli Punici Karthaginẽ noua molientẽ delendã cẽset, certatq; in ea sẽtentia de Reip. salute & cõmodo cũ Scipione Nasica, qui seruandã vrbẽ censebat ne otio in K luxũ iuuẽtus Romana dilaberetur. Peruicit tamen sentẽtia Catonis. *Liuius, Flor⁹, Auctor hic de viris ill.*

DCV. Hoc anno mortuũ suspicor, octoginta quinq; annos natũ: *Cicero de claris Oratorib. & Plinius li. 9. Natur. hist. Plutarchus* vero & *Liuius* nonagenario maiorẽ faciunt, sed falluntur: pace eorum dixerim.

## IN CLAVD. NERONEM. 48 L

*Si coniungere Annibali copias potuisset*] Reposui quod non solum in m. ss. o. est, verum etiam antiq. Paris. & Colon. suadente & ratione, ne eadem vox inutiliter repetatur.

*Delectis*] Sic hactenus editi, quos mihi videre contigit m. ss. *electis*. Scribe *dilectis* tertia vocali vt docet Festus li. IV. de verb. signific.

*Et Metaurũ flumen*] m. ss. *Metaurumq; fluuium* Mediol. *Methaurũ* scribit cum spiritu. Est autẽ fl. M in Vmbria non lõge ab õpido Sena quã Senogaliã Plinius lib. 3. ca. 24. Nat. hist. appellat. Est vero à Gallis Senonib. vrbs cõdita, quos cõstat iuxta Adriaticũ mare sedes habuisse: auctor Polybius li. II. Vnde M. Tullius in Bruto hoc præliũ Senense vocat; *Ludis*, inquit, *Iuuentutis, quos Salinator Senensi prælio vouerat.* Infrà, pro *venerat* in antiq. scr, *inierat* melius.

*Lucius Triumphans*] Appellatur in Consularib. Fastis M. Liuius Salinator II. Consul cũ C. Claudio Nerone. Tametsi vero Neronis opera & industria victoria parta erat; quia in prouincia Salinatoris,

A natoris, illi triumphũ à Senatu decretum libẽs volensq; reliquit. M. igitur Liuiũ quadrigis vrbẽ inuectũ milites ſequebãtur: Claudius equo ſine militib. ingrediebatur. T. Liuius li. XXVII. Val. Max. li. 5. ca. 1. Horatius quoq; li. IV. Oda. 4. vt poëtarũ ſuauitas hæc temperet.

*Quid debeas ô Roma Neronibus,*
*Teſtis Metaurum flumen, & Aſdrubal*
*Deuictus, & pulcer fugatis*
*Ille dies Latio tenebris.*

B Sequitur ad extrem.

*Nil Claudiæ non perficient manus,*
*Quas & benigno nomine Iupiter*
*Defendit, & curæ ſagaces*
*Expediunt per acuta belli.*

IN SCIPIONEM AFRICANVM. 49

*Ex virtutib. cognom.*] agnom. alij. m. ſſ. *ex virtute Africanus dictus*; primus vero à deuicta prouincia nomen retulit. Et mox: *filius creditus*: deinde:
C *matri ipſi.*

*Nocte eunte*] euntẽ Pariſ. m. ſſ. *nocte eunte latrauerunt.* Varronẽ etiam *Allatro* cum dandi caſu cõiunxiſſe ſcio.

*Mentẽ accepiſſet*] *acciperet* ijdẽ melius: & mox *Reliquos* nõ *Reliquias*, vt *iuuenes* ἀπὸ κοινοῦ intelligas.

*Adſpectum*] *conſpectum* Colon. & *accurrebatur* Mediol.

*Ac ſponſor reſtitui iuſſit*] Bene habet lectio: ſit tamẽ neſcio quomodo, vt non calamo ſolũ ſed & typis ſcripti codd. antiqui conſtanter legant: *patriq;*
D *eius ſponſor aſtitit.* Sponſi & Plutarchus & Liuius meminere, hic *Albucium*; ille *Luceiũ* Celtiberorũ principem nominat; Val. Max. *Indibilem.* li. 4. ca. 3.

*Maſiniſſa*] Scriptura vulg. In Salluſtii m. ſſ. varie pingi obſeruaui, alii *Maſſiniſſã*, alii *Maſinſam.* quidam *Maxiniſſam*, quod x, tantundẽ valeat. Scribo *Maſſaniſſa.* Syphax autem Maſæſulorum rex fuit, tenuit tamen Mauritaniã, eam quæ noua dicta eſt, à Muluchaad Ampſagũ: cum vetus à fre-
E to ad Muluchã protenderetur, quæ Bocchi imperio paruit, cuius in Druſo mentio.

*Aſdrubalis & Syphacis*] *Annibalis & Syphacis* quidã codd. quod ideo immutarũt quidam, quod anno 15XLVI. Aſdrubalem fratrem Annibalis capite truncatum vidiſſent. At hic alius Aſdrubal, qui filiam Syphaci vxorem dederat, qua cauſſa hic Scipionis amicitiæ nunciũ remiſit: mox *prorupit*, alij *perrupit.* vtraq; caſtra à vno die Scipio incẽdit & deleuit: cæſa flammiſq; absũpta ad XL. millia
F hominum: capti ſupra ſex millia.

*A Petilio Actæo*] Locus mendoſus. vidit id ante nos Lycoſthenes, ne quẽ ſua laude fraudemus. Corrige *A Petilijs ac Næuio.* Scidę n. membraneę nihil hic nos adiuuerunt, corruptæ & ipſæ legẽtes *A Petilio Ateio.* Pariſ. *a Petilio Alteio.* Vaſcoſ. *A Pet. Teo.* Liuius vero 38. Annali & Agell. li. 4. c. 10. Attic. lucubrationũ ex Val. Antiate bis accuſatum fuiſſe referunt. O iniquã ſortẽ bene de R. P. merẽtium! quã & expectare & experiri ſolent, qui ſcriptis in vulgus editis prodeſſe ſtudẽt quã plurimis, dum quiſq; de aliorũ laborib. temere pronunciat, vellicat, pro nihilo ducit: ipſe ſilentio inſcientiam ſuã caute tegens. Præſtet alioqui maiora: aut ſi id G
non poteſt, aliorum conatus cur ingratè traducit? Mirũ profecto, vt ad rem redeam & Porcium Catonẽ grauiſſimũ alioqui cenſorem, Scipioni Africano tam infeſtũ fuiſſe: quib. narrandis à Liuio diuerſus abit Nepos Cornelius in vita Catonis, quod libri ſecundi de viris illuſtrib. fragmentum reliquum eſt. Ceterum, ne quẽ offendat, *Petilliis* liquida geminata ſcripſi ex conſuetudine Græca, Appiani in Syriaca, Plutarchi in Catone & Apophthegmatis. H

*Quaſi bonum factum*] In m. ſſ. compendio ſcriptum erat, *qm.* quod fort. valet *quoniam*, alter cod. *quare.* Ego vero vtrumq; abiudico, tamquã gloſſarion, ab iis adiectũ, qui hanc formulam hactenus ignorarunt. Eſt n. bene precantis, in iudiciis vſurpari ſolita, & Edictis fere boni ominis cauſſa proponebatur. Sueton. in Cæſare, cap. LXXX. *Peregrinis in Senatum adlectis, libellus propoſitus eſt: Bonum factum, ne quis Senatori nouo Curiam monſtrare velit.* In Vitellio ca. XIV. *Bonum factum, ne, Vitellius* I
*Germanicus intra eundem Calendarũ diem vſquam eſſet.* Vbi *fatum* quidam legunt, quod de Genethliacis & Chaldæis ſermo ſit: non probo. Plautus quoque Pœnulo:

*Bonum factum'ſt, edicta vt ſeruetis mea,*

Et: *Bonũ Hercle factũ, pro ſe quiſq; vt meminerit.* Eodem pertinet illud Tertulliani:

*O edictũ cui adſcribi non poterit, Bonum factũ.*

Fuit cum leg. putarem *Bonum fauſtum*, vt *purus putus*, *vtor fruor*, *velit nolit*, *factis dictis*, *terra mari*, K
ſimiliaq; infinita ſine copula efferimus. Eſt n. formula bene precandi & auſpicãdi aliquid, *Quod felix, ſeu bonum, fauſtumq; ſit Reip.* &c. Sueton. in Octauiano cap. 58. & in Nerone capite 37. *Quod bene vertat* &c.

*Conceſſit*] Liternum. Ruri enim à ſtrepitu vulgi viuere maluit.

IN LIVIVM SALINATOREM. 50.

*Deinde ex inuidia*] in m. ſſ. erat, *tamen*, vnde *tã* L
*dem* ſcrib. vidi, quòd error ille ex compendiis litterarum ſit natus, & *Illyricis* non *Illyriis* quidam, vt in m. ſſ. fere *Philippii campi* pro *Philippicis*, vt infrà in M. Bruto admonui.

*Amicitiam cum eo iniunxit*] Syncera lectio m. ſſ. *iunxit*: *iniungere* enim aliud ſignificat. Exemplũ, me Hercle, memorabile, quod vtinam imitarentur noſtri Principes in R. P. adminiſtranda. Vide Plutarchum in Politicis de his præcipientem Traiano diſcipulo. Simile de P. Popillio apud Iuſtinum lib. M
XXXIV. quem C. Popillium vocat Liuius.

*Et de victo Aſdrub.*] *victo* addidi auctoritate lib. vett. alii *& victo Aſdrub.* mox: *ſtipendiis priuauit* iidem. Suetonius in Tiberio init. refert vniuerſas tribus leuitatis notatas in Cenſura Liuii.

IN QVINCTIVM FLAMININVM.

*Flaminii qui apud*] Quæ parentheſi incluſi non huc pertinent, adeoque inculcata eſſe ab aliquo credo. Si id non impetro, non poſſum ab errore vindicare auctorem. *Flamininus* enim quo de hic agitur, è gente Quinctia patricia fuit,

A cuius *Flaminini* cognomen est, C. vero *Flaminius* è Flaminia plebeia. Hoc amplius, quidam codex male Q. prænomen adſcripſerat, officioſe nimis, cum *Caius* fuerit eius, qui ad Traſimenum interfectus eſt.

*Caropis* ] Varie ſcribitur in antiq. lib. *Charopæ* m.ſſ. prima inflexione, alii *Charopes* & *Carope*, Gryphius *Charopis* per aſpirat. Aſſentior Vaſcoſano, qui *Caropi* excudit ſecunda declinat. Plutarchus enim ſic, niſi me fallit memoria, appellat.

B Nec mirum in peregrinis ita variatum, cum in domeſticis & Romanis nominibus ita libri pugnent.

*Pecunia multatum*] *mulctatum* codd. paullo vetuſtiores. Tu ſcribe *mulcatum*: quæ vox, vt pleræque raræ & elegantes, à bonis libris hactenus exſulat: Reponatur & in integrum reſtituatur, in Terentio, Cicerone, Liuio, Nepote ceteriſque ab aliis repoſita.

*Liberos etiam Græcos*] Longe aliter ſcripti libri:

C *Ludos Iunonis Samiæ* (alii *Iunoni Sa.* Mediol.) *Liberos eſſe Græcos.* Vnde amicus quidam meus f. *Ludos Iunoni Samiæ, Liberos etiam Græcos Nemeæ per præc. pronunciauit.* Bis Græciæ reddidit libertatem ſiue duobus locis Flamininus, ludis Iſthmiis, & Nemeæ, qui genitiuus loci eſt. Liuius 33. & 34. Annali Argis exhibitos ludos ait. Plutarchus in Flaminino in Iſthmiis exhibitos ludos refert. Quattuor vero Græciæ certamina à Pindaro aliiſque decantata, quæ illi ἀγῶνας vocant, Iſthmia,

D Pythia, Nemea, Olympia. Extremo cap. hæc neſcio vnde in m.ſſ. addita: *Idem poſtea proconſul Philippum bellum renouantem, & cum eo Thracas, Macedones, Illyrios, multasque gentes partium ipſius, bello ſubegit.* quæ cum prioribus gemina eſſe videntur.

## IN FVLVIVM NOBILIOREM. 52

E *Marcus Ful. Nobil.*] Prænomen in vulgatis corruptum. *Quinctus* enim appellabatur, vt præpoſtere extremo cap. *Marcus Ennius*: Tantum ſibi audaces illi emendatores permiſerunt. Quinctus Nobil. filius eius dict⁹, auctor Cicero in Bruto.

*Prætor Hiſpanos ſuperauit*] Ita emendaui Sigonio auctore. In Mediol. perantiquo cod. *Conſul afuit.* In m.ſſ. quoque longe aliud ſcriptum erat: partim, *Conſul, Ettanos, Vritanoſque.* partim *Surnitanoſque*, alius *Suritanoſque*. Pariſ. vero & Mediol.

F *Orethanoſque.* & mox: *introiuit.* Colo. *Octanoſque.* Monſtra verborum, de quibus nihil dum comperi, aliâs fortaſſe ex hoc labyrintho nos extricabimus. Vulgata lectio *Conſul Aetolos Ambraciotaſque ſuperauit.* quomodo proximo verſu leg. monuerunt libri calamo exarati. *Conſul Aetolos qui &c.* pro quo tamen Pariſ. & Colon. *Conatheos* habebant corrupta voce ex *Con. Achæos.* Et aliquanto pòſt, *Romanis adfuerant* lege ex m.ſſ. vt proxime in Manlio Vulſone: Phraſis auctori noſtro familiaris.

*Tantum ſignis* ] Vulg. *tamen.* m. ſſ. *tum* præferunt. Agripp. exemplar *Tm.* vnde *tantum* ſcribo: ex Notis rurſum natum mendum. Ennii prænomē in m.ſſ. afuit. in Pariſ. & Colon. *Quinctus Ennius* diſerte. Ceterum Q. Ennius, poëta ille inſi- G

gnis, naſcente lingua Latina, poſt Liuium Andronicum fuit, cuius ſcripta intercidiſſe dolent omnes. Cicero Tuſcul. prima princip. *Cato obiecit vt probrum Marco Nobiliori, quod is in prouinciam poëtas duxiſſet. Duxerat autem Conſul in Aetoliam, vt ſcimus, Ennium.* Quæ tamen pugnāt cum iis quæ de Porcio Catone dixit Auctor noſter cap. 47. Idem pro Archia poëta: *Iam vero ille,* H *qui cum Aetolis Ennio comite bellauit Fuluius, non dubitauit Martis manubias Muſis conſecrare.* Et in Bruto: *Dicunt etiam Qu. Nobiliorem M. filium iam patrio inſtituto deditum fuiſſe ſtudio litterarum: qui etiam Q. Ennium, qui cum patre eius in Aetolia militauerat, ciuitate donauit, cum Triumvir Coloniam deduxiſſet.* Plinius li. xxxv. Nat. hiſt. *Zeuxis fecit figulina opera, quæ ſola in Ambracia relicta ſunt, cum inde Muſas Fuluius Nobilior transferret.* Hæc ideo copioſius, vt *Aetolos* leg. ex antiq. ſcidis I confirmem, non *Achæos*.

## IN SCIP. ASIATICVM. 53

*Sipylum montem*] *Siphylum* alii. Pugna facta circa Sipylum montem ad Magneſiam Aſiæ vrbē. Liuius, Eutropius, Nepos, alii. m.ſſ. deinde, *artus hoſtium* dicunt hebetatos non *arcus*. Pòſt non multò m.ſſ. plenius legunt: *regni relicti parte priuauit, hinc Aſiaticus dictus. Hic cum Beiorum gē-* K *te conflixit, in quo prælio* xx. *hoſtium milia interemit* (alius *interfecit* habet) *Poſt reus pec.* Sed vereor ne ad Scipionem Naſicam ſit referendum, qui cum Boiis pugnauit. Rurſus infrà: *Gracchus pater Trib. plebei inimicus eius.* Eximiè. Memorabile profecto Tib. Semproniū Gracchum patrem Gracchorū, in cauſſa publica priuatas inimicitias depoſuiſſe: Alienum enim à Reipub. dignitate videri aiebat Imperatorem pop. Rom. triumphatorem in car- L cerem duci, in quem hoſtium duces victos conieciſſet. Teſtis auctor noſter cap. 57. & Liuius 38. Annali extrem. Agellius lib. VII. cap. vndeuiceſimo & Val. lib. 4. cap. 1. Tametſi hic pro *Lucio* nō *Publio Scipione*, Tib. Gracchum interceſſiſſe nobiſcum ſentiat, vt & Valerius Antias. Ille vero cum Liuio ſcribat pro *Publio Africano* non pro *Lucio Aſiatico*, cum quo tamen inimicitiæ intercedebant, hæc geſſiſſe: vel Pub. Corn. Africanum pro fratre L. Aſiatico rogaſſe Tribunos, verbaque fe- M ciſſe: intercedente tandem Tib. Sempronio, cui tamen cum Publio Scipione inimicitiæ erant. Liuius hoc ſenſu: pro P. Scipione & frater Aſiaticus prædes poſtulatus ſe in iudicio ſiſtit, excuſat: Tandem Tribunis appellatis intercedit Gracchus, licet inimicus Publii grauis ob pleraſque in Rep. diſſenſiones eſſet: iurauitque in amicitiam eius.

## IN ANTIOCHVM. 54

*Specie Lyſimachiæ*] v. l. *in ſpecie.* alii, *in ſpem.* Ex compendiis nata varietas: &, *nimius opum ſid.*

*Aduentu*

A *Aduentu Attilij*] m.ſſ. *Aciny* proxime veritatẽ & Capitolinas tabulas, quæ *Manium Acilium Glabrionem* nuncupant, vt in Cenſorio diximus.

*Nauali prælio*] Inciſum hoc male in vulg. interpungitur, leguntque: *in Aſiam refugit nauali prælio*: neque enim hæc cum illis cohærere debent.

*Aſodalibus*] *Sodales* proprie in rebus leuioribus & fere in conuiuijs & compotationibus. Quidam inde deducunt, quaſi ſimul edales, vel B quod ſederent ſimul in menſa vel vna eſſent; vel quod è ſuo datis veſci ſolerent. Cicer. *Epulabar modice cum ſodalibus.* Catullus:

*Mei ſodales quærunt in triuio vocationes.*

Græce σύσσιτοι dicuntur, Caius l. vltim. D. de collegijs illicitis: Hinc *Syſſitia* erant apud Lacedæmonios à Lycurgo inſtituta hoc eſt comiſſationes & ſocialia conuiuia, teſte Plutarcho, & Strabone libro x. At quod Offutius I. C. ait *Pulſare* eſſe ſine dolore, *Verberare* cum dolore, claudicat.

C

## IN MANLIVM VVLSONEM. 55

*Vulſo*] m.ſſ. & Romana marmora ſcribunt non *Volſo*, ijdem tamen libri, *Caium Manilium Vulſonem* vocant. moxque *cupidine triumphandi bellum Piſidijs* &c. præferunt.

*Regis Orgiagōtis*] Vetus lectio excuſorum libb. *Oriaguntis*. Plutarchus alijque *Origontem*, T. Liuius D *Oriſgontem* nominat, vidi qui *Ortiagontis*. Vxor apud Plutarchum de claris mulieribus *Chiomara* appellatur, & raptor ibidem Tribunus militum eſt, non Centurio.

*Adulteram centurionem*] Sic in vulg. *Cẽturio* ἀπὸ κοινοῦ repetitur. In m.ſſ. o. afuit. Recte.

## IN AIMILIVM PAVLL. MACED. 56.

E *Adeptus erat*] *egerat* m.ſſ. Nihil tamen demuto. *Paullus* autem duplici liquida ſcribo monente Scauro veteri Gramm.

*De Ligurib. triūph.*] De quo ſic Velleius Paterc. lib. poſter. *Qui Prætor & Conſul triumphauerat* forte mendum; pro *qui priore conſulatu triumph.* Infrà *publice poſuit*, malim *propoſuit*.

*Apud Samothracas*] Pariſ. non numero multitudinis legit *Samothracam*. m. ſſ. partim *Samo-* F *thracas Deos cepit*, partim *Samothracas decepit* præferunt, & relatiuum *quem victum*, abeſt.

*Sua eſſet cal.*] m.ſ. vnus eximiè *ſua calamitate erat depulſum.*

*Ob huius licentiam*] Sic vulgati paullulum modo vetuſtiores, quæ lectio cum Colinæum offendiſſet, *abſtinentiam* mutauit. Nos *continentiam* in calamo exaratis repperimus, quare nihil cauſſæ viſum eſt, cur non eos potius quam vulgatos ſequeremur. Eſt enim *Continentia* virtus, qua quis ab alienis temperat: nihil quærit, cupit, appetit amplius. Hanc in duce plurimum commendat Cicero in Maniliana, & II. offic. *Laudat* inquit *Africanum Panætius quod fuerit abſtinens*: Poſt G non longe: *Nulla re conciliare facilius beneuolentiam multitudinis poſſunt ii, qui R. P. præſunt, quam abſtinentia & continentia.* Sic alibi ſæpius. Corn. Nepos in vita Attici. *Non intemperanter concupiſcere, quod à pluribus videas, continentis debet duci: & potius diligentia quam prælio parare, non mediocris eſt induſtriæ.* Plutarchus autem Æmilium pecuniarum minime ſtudioſum fuiſſe diſerte ſcribit, & hæreditatis parum habuiſſe. Si quis tamen H *Licentiam* prodigalitatem ſignificare exemplis doceat, facile patiar ita legi: ſed cur addit, *paupertatem* an pauper prodigus eſſe poſſit? qui nihil quod det habet? Incontinentes & oculos & manus habuerunt, qui *continentiam* hic, quam aut nõ intelligebant, aut non ſeruabant, contaminarunt, ſubiecerúntque licenter nimis *licentiam*. Faceſſant corruptores illi. Memini ego, Io. Oliuario viro diſertiſſ. hanc meam emendationem vehemẽter probatam, cuius vel ſingulare iudicium atque doctrina inſtar omnium erat futurum. I

## IN TIB. SEMPRON. GRACCHVM. 57.

*Tiberius*] prænomen eſt nõ *Titus* auctoribus lib. antiq. & Capitolinis Faſtis. Natus error quod *Ti.* compendio ſcriberetur.

*Prætor Galliã domuit, Conſul Hiſpaniam, altero Conſulatu Sardiniam: tantumq; capt.*] Ita vulgati K omn. quos quidem videre contigit, nec variant m. ſſ. Repugnat hiſtoriæ veritas: Ordinem perturbatum ſic reſtituere tentabam, neſcio an feliciter: *Prætor* [a] *Hiſpaniã obtinuit, & altero* [b] *Conſulatu Sardiniam, quam* [c] *primum conſul domuerat: tantumque captiuorũ adduxerat*, & cetera. m. ſſ. iidẽ addebãt, *tantũq; numerũ captiu.*

[a] DLXXIII. [b] DXC. [c] DLXXVI. [d] DLXXVII.

*Sardi venales*] Vide Plutarchum in Problem. & Eraſmi Chiliades Adagiorum. Libet autem ex L Sex. Pompeij lib. XVII. de verb. ſignif. adſcribere locum antehac mutilum: nunc à Ioſ. Scaligero, Iulii F. diuino ingenio integrum factum. *Sardi venales, hoc eſt, alius alio nequior. Ex hoc natum prouerbium videtur, quod ludis Capitolinis, qui fiunt à vicanis prætextatis, auctio Veientium fieri ſolet, in qua nouiſſimus is, qui omnium deterrimus, producitur à præcone in medium ſenex, cum toga prætexta, bullaq; aurea: quo cultu reges ſoliti ſunt eſſe Etruſcorũ, qui Sardi appellãtur, quia Etruſca gẽs orta eſt Sar*M *dibus ex Lydia. Tyrrenus enim inde profectus cum magna manu eorum occupauit eam partẽ Italiæ quæ nunc vocatur Etruria. At Sinnius Capito ait Tib. Gracchum Conſulem, collegam P. Valerij Faltonis Sardiniam Corſicamque ſubegiſſe: nec prædæ quidquam aliud, quam mancipia captum, quorum viliſſima multitudo fuerit.* Huc Cicero alluſit epiſtola ad Fabium Gallum li. VII. epiſtolar. ad Famil. *Habes Sardos venales alium alio nequiorem.* Quo modo fere *Syros venales* explicat Cæſar apud Ciceronem II. de Oratore. Verum fallitur Capito, qui Faltonem Sempronii noſtri collegam

A facit: Hi enim anno V. ɔxv. Coss. fuere, quorum & Tacitus lib. III. hist. meminit. Lubricus error, hinc forte natus quod eo anno ab illo Graccho Sardi sint debellati, teste Zonara. Sed demus alienis erratis veniam, vt nostris impetremus.

*Qui rust. t. occuparent*] *occuparant* repone ex vett. lib. nisi *quod* legere mauis.

*Cum eum duæ class. condemn.*] Mediol. *cum Claudium condemn.* ἀπὸ κοινοῦ.

B

## IN SCIP. ÆMILIANVM. 58

*A Scipione Africano*] non patre sed filio valetudinario. nam Africanus maior huic auus fuit ex adoptione filii. Hic enim apud Ciceronem in Somnio ait, sibi Africanum auum magis ex imagine, quam ex ipso notum fuisse. Vide L. Ann. Senecam lib. II. cap. XV.

*In Hispania*] alii accusandi casu *Hispaniam*, nõ recte. Mox *Muros hostiles* antiq. libri edunt.

C *Primus ascendit*] m. ss. alter aperte, *escendit*, quomodo Corn. Fronto Gram. in littera E Latine etiam dici ex Sallustii Iugurth. docuit. Vnde antiquos admodum aut ex antiquiss. descriptos colligo codices nostros.

*Sub M'. Manilio*] Ita restitui. Male vul. *Tito Manilio* m. ss. *Mallio*: excusi antiq. Paris. & Colon. *Manlio*, Mediol. vero, *cum Tito Manlio*. Fuit autem L. Marcii Censorini collega, anno DCIIII. M'. Manilius. Sic. n. Fasti Capitolini, Ci- D cero VI. de Republ. & lib. XII. ad Attic. & Appianus nominant.

*Corona obsid. aurea*] Postrema vox ope vett. codd. accreuit. De Coronis vide supra in Decio & Agell. quincto.

*Hinc Numantinus dictus. Caio Lælio*] m. ss. vno consensu. *Hic Numantinus Panætio philosopho plurimum vsus.* non male. Vtroque enim familiariter vsum non difficile mihi esset ex Ciceronis Lucullo & VI. de Rep. & Plutarchi non solum vi- E tis, sed & Ethicis scriptis comprobare. Sic ille I. Offic. *Panætius auditorem Africanum, & familiarem suum solitum ait dicere: vt equos propter crebras &c.* Post: *In C. Lælio multa hilaritas: in eius familiari Scipione ambitio maior.* Horatius lib. II. Eclog. I.

*Virtus Scipiadæ, & mitis sapientia Læli.*

Ausonius Paullino:

*Nos documenta magis felicia, qualia magnus*
*Scipio, longæuiq; dedit sapientia Læli.*

F Post aliquanto: *superbe Gracchum casum videri*, non *occisum* habent scripti lib. Idem Cicero II. Offic. *Ti. Gracchus P. F. tamdiu laudabitur, dum memoria rerum Romanarum manebit: at eius filii nec viui probabantur bonis, & mortui nomen obtinent iure cæsorum.* Vbi codd. nostri m. ss. *numerum obtinent*, legunt. Et *quos ego sub corona vendidi*, ἐμφατικῶς. Cæsar 3. bell. Gall. *Omni Senatu necato, reliquos sub corona vendidit.* Vidend. Agell. Noct. Attic. 7. 4.

*Censor Nummius*] Exprimam lectionem scriptam, vt liberum suum cuique sit iudicium & censura integra. *Censore Nummio collega seniore. Nummio* vero perpetuo scribit per N. forte, ex soni affinitate. G

*Vt XXXII. libras argenti, duas & semilibram auri reliqu.*] Medi. *relinqueret.* m. ss. hic euariant: *vt* XXXII. *libras, & semis libram auri reliq.* alii: *vt* XXXII *libras, & selibram auri reliquerit.* in quibus hæ voces, *argenti duas* superfluunt. Plinius tamen librarum argenti meminit lib. 33. cap. II. Nat. hist.

## IN G. HOSTILIVM MANCINVM. 59. H

*Caii* prænomen fecimus, tametsi libri quidam *Aulum* appellent, & Plinius *Lucium*. In Mediol. erat *Tullus* prænomen regis Rom. III. sed facessant somnia.

*Prætor aduersum Numantinos*] Prima vox afuit in m. ss. nos *Consul* reposuimus ex Val. Max. Floro abbreuiatore, Obsequente, ceterisque qui Consulem diserte nominant. Fuit autem Consul I anno DCXVI. Prætor vero DLXXIII. quare nescio quo illud extremo hoc cap. pertineat.

*Præturam postea consecutus est.*] Vox autem, quam se ignorare fingit, dæmonis ludibrium est *Mane Mancine*: testibus iisdem, quos iam nominaui.

*Inde solit. petit*] m. ss. *& solitud. petiit*, vt infra paullo: *rem ad suos referunt* habent, *& ad suos def.*

*Pater puellæ*] vox *puellæ* abest in m. ss. & *nuptum* non nemo legit. Mox aliter distinguunt m. ss. *Eo* K *die Numantinis forte sollemni, nuptum filias locabāt.*

*Viginti millia*] *triginta* M. Abbreuiator Liuii lib. 55. Mendum ex numeris natum, dum his XXX. deminuti X: aut ad XX. adiecti.

*Num. deditus nec receptus*] m. ss. aliter. *Num. redditus nec repetitus a genero in castra ductus.*

## IN L. MVMMIVM ACHAICVM. 60. L

Monui ante in m. ss. fere o. *Nummius* per N. scribi, forte ex soni in liquidis cognatione. *deuicta* melius est in iisdem quam *deleta*, & τὸ *Consul* accreuit.

*Duce Diæo*] Sic scribendum. Pausanias enim in Achaicis, Διαιὸς ὁ Κριτολάου διάδοχος: tametsi libri antiq. varient, in quibus est *Dineo* pro *Diæo*, a in n migrante. Vnde Parisinus fecerat *Clineo*, quod c & l in d sæpe commutetur: & contra. Vulgati ineptissime *Dioneo*. M

*Ipse veneno interiit*] Sic emendo, partim ab ingenio, partim ex libror. vestigiis odoratus veram scripturam: nam illud *excepto* afuit. Emendator quidam, vel corruptor potius ex *veneno* fecit *nemo*, &, quod necessarium videbatur, adiecit *excepto*: vt breuiter dicam, excepto cerebro, cetera sanus.

## IN METELLVM MACEDON. 61.

*Qui & Andriscus*] m. ss. *Andariscus*, vel *Andricus*, nihil muto.

*Trium-*

A *Triumphandos*] patiendi significatione, vt Prudentius Christian. Pindarus in Ἁμαρτιγενείᾳ.

*quanto ferrata satellite ductor*
*Bella gerit: quanta victos ditione triumphat?*

*Tertio post duas repulsas*] Superat *tertio* ex m. ss. nisi forte alius à secundo numerus est in sciolorū Arithmetica: credo supra adscriptam vocem, pòst, vt sit, seriem orationis inuasisse, & vi locum tenuisse. *Arbactos* in m. ss. *domuit*: in vulgatis *Arbachos*.

B *Apud Contrebiam*] Ita Colinæus, quam lectionem retineo. Sic enim L. Annæus Seneca, Velleius Paterculus & Frontinus opidum appellant. Valerius Max. *Trebiam* plerumque *Cantabriam*, m. ss. *Cantabriæ* Mediol. Mox *propero consilio*, non *proprio* in antiq. libris: sed glossarium est illius, *subito*.

*Treis consulares*] Ita reposui ex m. ss. trib. Paris. & Mediol. Vulgati *Consules* faciunt, male, quod vel C vnus Paterculi locus volum. priore, qui hunc valde illustrat, docebit: *Quattuor filios sustulit: omneis adultæ ætatis vidit: omnes reliquit superstites & honoratissimos. Mortui eius lectum pro rostris sustulerunt quattuor filij: vnus Cōsularis & Censorius: alter Consularis, tertius Consul, quartus candidatus Cōsulatus, quem honorem adeptus est. Hoc est nimirum magis feliciter de vita migrare, quam mori.* D. quoque Augustinus II. de Ciuit. Dei cap. XXIII. tametsi quinq; filios attribuat, Consulares omneis fuisse D ait, non Consules: bini enim quotannis, nec plures simul Consulatū inibant. Plutarchus de Fortuna Rom. senem ait Cæcilium Metell. Macedonicum elatum à quatuor filijs Consularibus, qui nominati fuerunt. Q. Cęcilius Metellus Balearicus, Consularis, triumphalis & Censorius. L. Cęcilius Metellus Delmaticus Consularis & triumphalis. M. Cæcilius Metellus Consularis. C. Cæcilius Metellus Caprarius, Prætorius. Nisi quod quidā M. Cæcilio Consule mortuum putent, alij sequēti E anno. Sunt qui plures liberos numerant. Valerius lib. VII. septem illi tribuit: viros quattuor, feminas treis. Plinius lib. VII. Natur. Historiæ cap. XIII, sex liberos reliquisse tradit, vndecim vero nepotes, nurus, &c. & cap. 44. *Quattuor filijs elatus rogo, vno pretore, tribus Consularibus, duobus triumphalibus: vno Censorio.* Quo loco, *vno pretorio* leg. ex Val. Max. Magna est igitur inter Metelli liberos dissēsio. Illud non celabo lectorem, *elatus est*, scripsisse me, cum vulg. *Latus* haberent, quod efferri fu- F nera proprie dicantur: quod si & pueri ignorent hodie, vapulant.

## IN METELLVM NVMIDICVM. 62.

Nomen in m. ss. repperi. *Q. Fabius Cæcilius Metellus.*

*Quia consul de Iugurtha rege Numidiæ*] Hæc lectio à libris antiquis est. De Censura eius Cicero pro Sextio: *Q. Metellus Censor florentem hominē in populari ratione L. Saturninū Censor notauit, & infitiatum Gracchum, contra vim multitudinis incitatæ, censu prohibuit.* G Sic Valerius libro nono. Vulgati quidam *in censu* hic legunt, auferendi casu.

*Quinctium, qui se Tib.*] Hunc à Val. Max. L. Equitium Firmo Piceno oriundum li. IX. cap. VII. de seditionibus, & XV. Rursus lib. III. ca. IIX. de constantia: A Cicer. in oratione pro Sextio, infititium Gracchum: Ab Annæo Seneca C. prenominari video. lib. 3. ca. 16. vt sit C. Quinctius Gracchus.

H *Claudia deinde rogatione*] *Calidia* leg. siquidem Q. Calidius Tribunus pl. legem hanc, qua in ciuitatem Numidicus restitueretur, tulit. Val. li. V. ca. II. de Gratitudine, Cicero pro Plācio. & Claudij Patritij quamquam non omnes.

*Metellæ sororis suæ virum*] Sic leg. videri admonuit me Io. Oliuarius vir doctissimus quòd Metellarum sororum Numidici filios Lucullos, Seruilios, & Scipiones fuisse constet. Cicer. orationibus post reditū, pro domo, pro Sextio, & Plutar. I Lucullo. Nec enim verisimile est sororis maritum Metellum appellatum. Sed sororum Metelli mentio in eadem oratione Ciceronis pro Sextio.

*Quod is olim suum iud. & leg. detrectarat*] Sic vulgati l. vv. *quod is olim iudic. cōtra leg. detr.* Paris. quomodo excudendum curaui, quæ lectio non longe à libris antiq. recedit, & vetus est, nam Raph. Volaterranus, qui hunc libellum pæne in opere suo transcripsit, ita fere legit libro XVII. Exemplum Agrippin. *detrectaret* prefert. Intellige autem de laudatione pro funere. Fuit quum scribendum pu- K tarem *Metellum sororis suæ filium.* at *ex sorore nepotem* dixisset. Is autem esset P. Cornelius Scipio, qui in Fastis dicitur Q. Cæcilius Metellus Pius Scipio; erat n. à Pio, Numidici filio, adoptatus. Itaque hanc lectioné tuerer, nisi tempora refragarentur. quare priorem retineo.

## IN METELLVM PIVM. 63. L

*Q. Popedium Marsorum ducem*] Sic in vv. libris est. *Silo Popedius* dicitur Velleio li. 2. & Floro lib. 76. In Mediol. & Gryphio erat *Q. Pompedium*, quomodo & Strabo li. quincto Geog. scribit Πομπαίδιον. apud Diodorum Siculum lib. 37. Πομπαίδιος cum diphthongo, *Pompædius*. Verum non ignoro Græcos nomina Ro. sæpe corrupisse scribendo, quod hodieque in Barbaris vocibus fieri ab exte- M ris solet. Romanos autem barbaros à Græcis appellatos etiam in vulgus notum est. In editis diu hoc mendum insedit, vt Q. Pompeium scribant: sed ferri non potest. Errori ansam præbuit, quantum conijcio, quod eo bello Marsico, Italico, seu sociali *Cn. Pompeius Strabo*, pater Cn. Pompei magni, Consul cum C. Porcio Catone feliciter depugnarit.

*Consul in Hispania*] Non Consul, sed pro consule, anno postquam fuerat Consul quarto, DCLXXVII. *Hirtuleios fratres* non nemo appellat, quos alii *Herculeios*.

A *Adulescens in petit. Præt.*] Suspecta vox *Præturæ*, cum Prætoria ætas fuerit quadragesimus annus. Nam sacerdotia admodum adulescentibus committebantur: quod vel ex Iulio Cæsare clarum est apud Suetonium ca. XIII. Sed eodem plane modo loquitur de Cęsare Sallustius Catilin: *Catulus ex petitione Pontificatus odio incensus: quod extrema ætate maximis honoribus vsus, ab adulescētulo Cæsare victus discesserat.* Atqui tum ædilitate functus, Præturam petebat Cæsar: & noster Pius B biennio post factus est Consul: cum Scæuulæ interfecto Pōtif. M. anno DCLXXI. Pius successerit, idemque DCLXXIII. cum Sulla Consulatum gessit. Sic apud Corn. Nepotem Marcus Brutus quo tempore Cæsarem prætor, hoc est, quadragenarius interfecit non semel adulescens vocatur: in vita Attici. Illud autem quod proxime sequitur, *Consularibus viris*, magis etiam suspectam vocem *Præturæ*, reddit, nisi dicamus à Consularibus Præturam iterum ambiri solere, quod ex historia Mā- C cini probabile videri possit; qui Consularis iterū Prætor factus est, de quo sup. ca. LIX. Alteri id accidisse non memini: Prætorios vero, iterum Prætores fieri interdū solere scio, quod de Mario Gratidiano memoriæ proditum est ab Asconio Pediano in orat. Cicer. in toga candida. Exstat lex Genutia anno CCCCXI. lata, ne quis eundem magistratum intra decem annos caperet &c. apud Liuium lib. 7. Certe locus iste diu nos torsit, miratusque sum Præturam post Consulatum peti: co- D nabarque facere *Consularib. filijs*: quemadmodum *Patricios* dicimus, qui patribus, id est, Senatorib⁹ nati erant, non solum qui patrem ciere possent, essentque ingenui. Sed ipse mihi non satisfacio. libri scripti nihil opis tulerunt: lector consideret.

IN TIB. GRACCHVM. 64.

E *Gracchus* per aspirationem scripsi semper, Fl. Sosipatri auctoritatem secutus & Græcam consuetudinem, tametsi *Graccus* in antiq. sit vel à gerendo, vel à gracilitate, vt Gramma. q. deriuant.

*Africani*] *Scipionis* addit m. ss. Et *Quæstor Mācino in Hisp.* &c. Sic vulgo male interpunctum vidi. *putauit* quoque, inepte codd. quidam leg. *probauit*; vt in Hostilio Mancino videre licet. Paullus Orosius aliter narrat lib. 5. cap. 5. nisi fallit memoria. Cicero de Arusp. responsis. *Ti. Grac-* F *cho inuidia Numantini fœderis, cui feriendo Quæstor C. Mancini Consulis cum esset, interfuerat, & in eo fœdere improbando Senatus seueritas dolori & timori fuit, istaque res illum à grauitate Patrum desciscere coegit.*

*Ne quis plus mille*] Corrupte haud dubie. Corrige *plus quingenta*. Suspicor hinc natum mendū, quod notis numeros signarent antiquitus librarij cuius hodie vestigia exstāt in IↃ. & CIↃ. Quingētā enim omnes habēt. Appianus lib. Emphyl. 1. Plutarchus in Gracchis, & Velleius Paterc. li. 2. Florus tamen abbreuiator Liuij lib. 58. *decem* habet dumtaxat; & Siculus Flaccus in lib. de condit. agrorum ducenta male: Manauit error rursus è G corruptis numerorum Notis.

*Octauio collega intercedente, nouo ex. magistratū abrogauit*] Sic lib. antiqq. vnus scr. *abdicauit*. falso. nam inseq. anno Tribunus pl. refici voluit Gracchus. Melius alii, *collegæ intercedenti*, dandi casu. Cicero de legib. *Tib. Gracchum nihil aliud perculit, nisi quod potestatem intercedendi collegæ abrogauit.*

*Deinde tulit vt ea familia quæ de Att. hered.*] Aliter in m. ss. nostris: *Dein legem tulit, vt ex ea pe-* H *cunia quæ de &c.* præpostere collocatis præpositionibus. forte leg. *vt de ea familia quæ ex Attali.* Vide infra cap. 80. *Familia* enim I. C. illis veteribus vsitata vox, vt & in XII. Vlpianus enim tit. de verb. signif. duplicem facit, rerum & personarum. Rerum vt in legg. XII. Tabb. Significat enim bona & hereditates defuncti. Verba attuli, ne quærendo fatigareris.

I

PATERFAMILIAS. SI. INTESTATVS. MORITVR. CVI. SVVS. HERES. NEC. ESCIT. ADGNATVS. PROXIMVS. FAMILIAM. HABETO. SI. ADGNATVS. NEC. ESCIT. GENTILES. FAMILIAM. ERCISCVNTO.

Vnde Caius l. 1. D. famil. ereiscundæ, actionem familiæ erciscūdæ proficisci ait à XII. Suet. Tranq. in Nerone cap. 4. *Familiam* ea signific. vsurpat ad- K ditque *pecuniam* explicandi caussa. Suspicor igitur *Familiæ* potius quam *Pecuniæ* voce vsum in lege roganda Gracchum eloquentissimum, & verborum studiosiss. qui à Cornelia matre eductus cum fratre liberaliter, eloquentiam cum lacte nutricis imbiberat. Cicero in Bruto & Oratore. Quinctil. lib. 1. Hic autem sensus est: legem promulgauit, vt iis qui Sempronia lege agrum accipere deberēt, pecunia, quæ regis Attali fuisset, diuideretur. Heredem autem reliquerat populum Rom. Attalus L Pergami rex, Eumeni filius, paullo ante mortuus. Plutarch. in Gracchis βασιλικὰ χρήματα appellat, quæ hic *familia* est.

*Aduersis auspicijs*] Mediol. *aduersus auspicia*, quomodo in Scipione Nasica locutus est. Vide Obsequentem. Mox, *sequenti anno vellet* in m. ss. est, sed non videtur necessarium. Nam hoc est *prorogare* in seq. annum continuare. Cicero in Catilinam: *Tib. Gracchus, quod iterum Tribunus pl. fieri vellet occisus.* M

*Segniterque cessante*] Scipio iste Nasica priuatus hoc egit. Cicero 1. Offic. pro Plancio, & pro domo sua: *P. Scipionis factum statim P. Mucius Consul, qui in gerenda repub. putabatur fuisse segnior, multis Senatusconsultis, non modo defendit, sed etiam ornauit.*

*Qui saluam R. P. vellent*] Formula est, qua ciuium euocatio fiebat ad Remp. iuuandam opprimendosque seditiosos. Seruius in Virgil. illud Æneid. VIII. versu 1.

*Vt belli signum Laurenti Turnus ab arce*
*Extulit.*

Et Ilio-

Et Isidorus lib.9.Etymolog.cap.3. Cicero verò orat.1. pro C. Cornelio apud Ascon. *At enim extremi ac difficillimi temporis vocem illam, C. Corneli, Consulem mittere coegisti, qui R.P. saluam esse vellent, vt ad legem accipiendam adessent.* Vidend. Cæsar lib.vi. belli Gall. & Valerius lib.iii. cap.ii.

*Vespillo*] *Vespilio*, in aliis est. Ceterum monet Iulius Obsequens extremo lib. prodigiorum neminem, qui magistratum collegæ ademerit, annum vixisse: exemplisq; declarat.

*in Asiam*] Pergamum inquit Vall.lib.v.cap.3. In m.s. meo hæc eadem manu adscripta repperi. *Cum Comitiorũ die Gracchus seditiones populi accenderet, auctore Nasica inflammata nobilitas, fragmentis subselliorum plebem fugauit. Gracchus per gradus qui sunt super Calphurniũ fornicem, detracto amminiculo fugiens, ictus fragmento subsellii corruit, rursusq; assurgẽs alio ictu clauæ cerebro impacta occubuit. Duceti ea seditione interfecti, quorum corpora in Tiberim proiecta.*

## IN C. GRACCHVM. 65

FRegellanæ] Mediol. *Fragellanæ.* m.ss. fere *Fregedanæ.* & pro *Triumuiros* habent *Tribunũ viros* vitiose. Sallust. Iugurth. *C. Gracchum triumuirum coloniis deducendis occidit Opimius.*

*& C. Crassum*] Mendum subest, nullum enim in antiq.l. *Crassi* vestigium. Parisinus cod. *C. Orosum*. Colon. *Corsum*: alii *C. Papirium Carbonem* nuncupant, & recte.

*legibus suis abrogante*] Malim *obrogante*, vt hic m.ss. legunt, & inf. in Appuleio Saturnino. Quid sit autem *obrogare, abrogare, derogare,* &c. docebit te Vlpianus I.C.

*Attilius præco*] In m.ss. longe aliud nomen, partim *Anicullius* partim *Anitullius*, qui Plutarcho *Anticyllus* est: *y*, autem vt, *u*, Gallicum pronunciari solitum Verrius Flaccus, ceteriq; litteratores tradidere.

*quare accersitus*] Recte in m.s. *quare arcessitus*: illa enim vox siue cõiunctim, siue separatim scribatur, nihil interest: hæc verò propria est huius loci, & rei, qua de agitur. Vide supra in Fufetio.

*dum à templo Dianæ desiliit, talũ*] vett. sic: *dum à templo Lunæ desilit, telum intorsit, ac Pontino amico*: pro quo vulg. *Pomponio*. Volaterr.lib.xvi. *Pontinium* quoque exscripsit.

*P. Lectorio*] In m.ss. *ac P. Lætorio in p.s. resistens in locum Furrianæ peruenit.* Non placet. Recte verò P. Lætorium vocant: Valerius enim Max. Pomponium & Lætorium agnoscit, lib.4.c.7. de amicitia.

*a Septimuleio amico Gracc.*] Omnes pene lib. variant m.s. *a Septimio Ateio amico Grac.* Parisin. *Septimio Attelo*. Colon. *Septimio Attilio*. Mediol. *Septimio Atello*. Vide Plin.lib.xxxiii. Natur.hist. cap.iii. & Plutarchum in Gracchis.

## IN LIVIVM DRVSVM. 66

ET *tibi Rubrio*] In quib. *Rubrico* verum antiqq. librorum tantus consensus, vt pene religio sit ab iis discedere. Paris. *Remimio*, Colon. *Remimio*, m.ss. vero, *Voi Remmio*.

*præter cælum & canum*] Qui *terram* hic scripsere, dicam audaciter, venustatẽ orationis corrupere, & glossemata dederunt. quidam l. *præter cælum & solum*, rectius.

*Magulsam*) *Magudulsam* lib.vett.

*Domi suæ sumsit*) Agripp. excusus, *domũ suam sumsit* m.ss. verius *domi suæ suppressit, redemit: eius occultam sperans.* vulg. *occulte.*

*Philippo Consuli*) Sic est in m.ss. quibus si vel Dom. Machaneus, vel Philip. Poncherius vsi fuissent, non ita turpiter hic hallucinati essent. Fuere enim Consules, vt puto, anno DCLXII. post v.c.l. *Marcius Philippus & Sex. Iulius Cæsar.*

*quæ ille luxuria comprobans, morti iam detrudi se dicebat*) Egregie hunc locum restitui, nisi fallor, è vestigiis m.ss. veram lectionem odoratus: in quibus repperi, *quem ille, luxuriam approbans (alii obprobans) iniuriam de turdis esse dicebat. Idem ex gratia nimia in inuid*, &c. vbi fortasse, *ad quem ille* leg. videatur. Parisinus codex vetus, *quæ illa luxuria exprobans, morti autem detur dixisse dicebat.* Si quis ductus litterarum sequatur, dicet me veram lectionem eruisse sensumque assecutum. Hoc enim vult. Cum multus è naribus sanguis efflueret exprobrasse Philippo Coss. Liuiũ, non à se, sed à turdis suffocatum esse: erat enim luxuriæ deditus. Turdos autem in deliciis ponũt popinæ artifices, vt Apicius & B. Platina lib.vi. Quisquis aliam lectionem inuenier, & cum studiosis communicabit, pergratum R.P. litterariæ fecerit: nam quæ Interpp. de diuinatione, morte iam imminente & Cygnea cantione sunt commenti, meri λῆροι videntur.

*Equites lecti*) Aptior vetus lectio: *Equites in Senatum lecti lætabantur, sed præteriti querebantur.* Eximie, Sunt enim, si animaduertas, quasi opposita: *gaudebant, dolebant: lætari, queri: exultare, ægre ferre.* Ergo in vulg. male desideratur comma. Infrà *in Altano monte: monte* ex antiqq. redundat.

## IN C. MARIVM PATREM. 67

CImbros in Gallia) Malim ex historiæ veritate, ita legi: *Teutones in Gallia a. A. S. Cimbros in Italia in c. C. vicit. Teutonas* vulg. m.ss. fere *Teutonos* quo modo & in Cæsaris Comm. Gallicis scriptum repperi. *Aquas Sextias* Colon. habet, & *campo Claudio* quidam: Gryphius *Caudio*. Est enim ad Athesim Veronæ fluuium pugna facta. Plutarchus aliter appellat. In m.ss. nostris *Rhaudio* est, vt & Paterculus scribit. In Mediol. Paris. & Colon. *Sauidio*. Vtramque lectionem in Ann. Senecæ m.ss. repperit Vinetus.

*sexies Consul*) Sic scripsi, vt paulo ante, *septies Consul*, cum in quibus repperissem, *vsque ad sexies Consul.* rustice & barbare: quod rursum ex numerorum compendiis enatum mendum: forte legerunt, *vsque sexies Consul*, id est, assidue & ordine vel sic: *vsque ad vi. Consul.* pro sextum consulatum, quomodo melius alii

A habebant. In manuscr. verò, *vsque sextum Consulatum.*

## IN MARIVM FILIVM. 68

FIlius *vigintiquinque annorum*) m. ss. codd. XXVII. quomodo & Appianus, veriorque ea lectio: immutassem igitur vulgatam, nisi & Liuiani breuiarii auctor lib. 86. ante vicesimum ætatis annum per vim creatum Consulem affir-
B maret: Velleius verò XXVI. propius veritatem. Appianus autem non illius septies Consulis Marii filium, sed ex fratre nepotem facit.

*sub dio*) hoc est, sub cœlo. Ascond. Ped. Verr. III. Vide Festum lib. 4. *sub diuo* antiqu. scr. libri. Iupiter pro aere à veteribus vsurpatus. Horatius 1. Oda:

*manet sub Ioue frigido*
*Venator, teneræ coniugis immemor.*

Post aliquanto: *Preneste confugit*, iidem lib. dixi
C in Papirio Cursore cur sine diphthongo vrbem scripserim,

*Lucretium Offellam*) alii *Ofellam*, verum *Afellam* est in libris pene omn. vel *Affellam*. Græci tamen rerum Romanarum scriptores Ὀφέλλαν, vt Plutarch. in Sulla, & Appian. lib. I. scribunt: & quidam lib. m. ss. quare nihil muto, Mox, pro, *cum omnia sæpta intelligeret*, *omnia sæpta intelligens.* iidem libri. Paullo aliter hæc Liuii abbreuiator; Marium nimirum cum Pontio Thelesino fugæ
D comite stricto vtrimq; gladio concurrisse, quem cum occidisset, saucium à seruo impetrasse, vt se occideret.

## IN CORN. CINNAM. 69

REmpublicam) m. ss. *rempublicam* duabus dictionibus, & mox pro *ferens*, *dedit* legunt. Collega autem Cinnæ Cn. Octauius.

*vocatisque ad pileum seruis*) Erat enim liberta-
E tis insigne pileus, quem manumissi capitibus rasis induebant, teste Nonio Marc. Plautus Amphitruone extrema Scena I.

*quod ille faciat Iuppiter*
*Vt ego hic hodie raso capite caluus capiam pileum.*

Vtitur Suetonius in Tiberio cap. 4. In Nerone cap. 57. & Sex. Aurelius Victor similiter in vita Neronis. Liuius libro 34. Annalium. *Præbuerunt speciem triumphi capitibus rasis, qui seruitute*
F *exempti fuerant.* Videndus Plutarchus in Tito Flaminino, & Appianus in Mithradatico de Prusia loquens. Est apud me nummus æreus, in quo pilei forma apparet, cum hac inscriptione, LIBERTAS AVREA. Quin & Castorem & Pollucem Helenæ fratres pileatos olim fingebant, quasi Græciæ liberatores. Sext. tamen Pompeius iis tanquam Laconibus, quibus pileatis pugnare mos erat, attribui pileum putat.

*Anconæ*) quidam *Ancone* absque diphthongo scribunt: m. ss. *Anchone.* Dicta autem à cubiti figura, qua iacet, auctor Mela l. 2. & Plinius lib. 3. cap. 13.

## IN C. FIMBRIAM. 70 G

FLauium Fimbriam, omneis pene libri quos vidi (vidi autem plurimos) paullo antiquiores appellant: adscribere igitur placuit assentientibus tabulis capitolinis.

*sæuissimus Q. C. satell.*) In Parisf. hæc afuerunt. In m. ss. *sæuissimus quippe satelles.* Lictores enim & satellites crudeli fere & agresti sunt ingenio. mox *dimissus* male in Parisino abest. Thermus enim il-
li suffectus à L. Valerio Flacco, qui, Cinna iuben- H
te, Sullæ ad bellum Mithradaticum successit.

*idem Fimbria militiæ principes*) *Ibidem Fimbria militum pr.* est in antiquis, & mox *Pergami obsessus* non, *oppressus* quod probo.

## IN VIRIATHVM. 71

VIriatus) Vulgati: ego vero aspirationem extremæ syllabæ addidi, secutus libros nostros
scriptos, & monumenta antiquitatis: secutus & I
Græcam consuetudinem. Appianus enim in bello Hispaniensi Οὐρίαθος scribit. Diodorus vero lib. 52. fragmentorum Οὐρίατθος, vbi iustitia eius in prædæ partitione commemoratur. iidem libri meliores notæ, duplici nn *mercennarius.*

*deinde alacritate victor*) Coegit me lib. m. s. cōsensus vt *venator* reponerē: sic n. ad vnū omneis legebant: Typis vero scripti constanter, *vector.* De vectoribus autem nihil adhuc compertum
habeo. Venatorem disertim & Ann. Seneca & K
Florus in Liuii Epitoma 52. vocant. Verum, vt quod sentio dicam, vulgata lectio ferri potest, vt sit quasi gradatio. Primo miles mercennarius & gregarius: mox victor ab hoste sæpe rediit alacritate pugnandi: deinde latrociniis se exercuit, opesque comparauit: tandem & iustum duxit exercitum. Multos ex latronibus duces & Imperatores belli factos meminimus. Talis & Climax apud Epitomarum scriptores: *Ex pa-*
*store venator, ex venatore latro, ex latrone dux* L
*exercitus.*

*C. Nigidium*) *C. Vetidium* reponit Lycosthenes ex Liuio, Orosio, & Eutropio. *Vnimanum* quoque lib. antiqui *Mumanum* & *Numanium* appellant, vitiose, ni fallor.

*pacem a Popilio maluit*) Locus haud dubie mendosus, quales cum in hoc auctore sustulerim plurimos, puto gramineam mihi coronam deberi, si non aurea. Scripserat ille, *a pop. Rom.*
factum est à corruptoribus *a Popilio.* O faci- M
nus indignum: ergone quodlibet, licet. Appianus nostram sententiam confirmat. Sic enim Latine loquitur: Græci enim libri ad manum non sunt: *Viriathus eruptione facta exercitum Q. Fabii Seruiliani proconsule fratris Cn. Seruilii Cæpionis Consulis ann. DCXII. fugauit: nec secunda fortuna elatus, cum honestam finiendi belli occasionem oblatam intelligeret, pacem his conditionibus petiit, vt ipse socius populi Romani esset: quique sectam suam secuti essent, : quæ quisque haberet, teneret: quæ a populo Romano pax confirmata est.* Amicus quidam meus mendum od-

A dum odoratus, pro *Popilio*, libris manuscr. destitutus emendauit *Quincto Fabio Seruiliano.* M. enim Popillium Lænatem tertio pòst anno DCXIV. Consulem fuisse meminerat. Verùm non longius à vera scripturа abeamus. Idem error in Seneca historiarum manuscr. libro II. fuit: in quibus est *Pompilio* vel *Poplio* pro *Seruilio Capione*, qui Viriathum proditione interficiendum curauit. leg. enim ibi: *Sed à Seruilio violata victoria est.*

B *& cum alia dedisset & arma retinerentur*) In m. ss. *Et cum Italia decessisset & aurum peteretur.* Quam lectionem probarem, sed in Italia Viriathum fuisse non puto: Fecit hanc pacem Q. Fabius Seruilianus æquis conditionibus in Lusitania, cum Hispanias pro-consule administraret A.V.C. DCXII. Nec Viriathus bellum renouauit, sed Cæpio frater, & successor Seruiliani. DCXIII. Cicero II. Officiorum. *Multo maiores opes Viriathus Lusitanus latro habuit, cui quidem*

C *etiam exercitus nostri, imperatoresque cesserunt: quem C. Lælius, is qui sapiens vsurpatur. Prætor fregit, & comminuit: ferocitatemq́, eius ita repressit, vt facile bellum reliquis traderet.*

*Qui Viriathum humi depositum perimerent*] Ergone conuenit, vt non nisi humi prostratus interficeretur? Apage sis cum illa lectione. Mediol. exemplar *humo*, vbi quidam aspirationem forte adiecit, cum *vino* repperisset: In quibusdam vidi *vino*. Præstare ausim, & ex animi sen-

D tentia iurare, *vino depositum peremerunt*, germanam esse huius loci scripturam, quod à libris antiquis sit, & rei, qua de agitur propria. *Vino* enim *depositi* dicti, qui ita vino obruti, vt ratio ipsa sua sede deturbetur, neque pes, neque manus satis suum officium faciat. Euclio ille Plautinus in Aulularia,

*Vt me deponat vino eam affectat viam.*

id est: hoc agit, vt me somno sepeliat ebrium factum. Nonius pro alienare exponit: forte, pro

E alienata & perturbata mente reddere. Ad. Turnebus tralationem ab oneribus deductam putat. Fortè eodem pertinet illud Curcul.

*propino magnum poculum, ille ebibit:*
*Caput deponit, condormiscit.*

Ceterum Appianus treis satellites fuisse scribit non duos. Idem & obdormientem interfectum ait: quare si quis ita legit *qui humi deposi. peremerunt*, non *perimerent* non peccabit: auctorem enim quo se tueatur, habet Appianum.

F

## IN ÆMIL. SCAVRVM. 72

CArbonarium negotium] *officium* lib. vett. & *carbonum* quidam. Audio & Pet. Ramum, Lutetiæ oratorem ceteroquin doctissimum & eloquentissimum, carbonario patre natum. Quod ideo retuli ne studiosus se ex infimis emergere posse diffidat; tametsi vilibus natus maioribus.

*honores peteret*] infinitè m. ss. *petere, facere.* & *eloquentia consultans*, malo *consultus*. Horat. lib. I. Oda XXXIV.

*Parcus Deorum cultor & infrequens* G
*Insanientis dum Sapientiæ*
*Consultus ero.*

*Sub Oreste*] Sic Fasti scribunt, *L. Aurelius Orestes*, qui cum M. Aimilio Lepido Consul fuit, anno V.C. DCXXVII. m. ss. nostri *Horneste*, alii *Horeste*, & mox *Marsis* pro magis, vitiose profecto.

*Corniculum meruit*] Sic vulgati. *Corniculo meruit*, auferendi casu legit Sigonius lib. 2. de antiquo iure prouinciarum: & in eam rem testem dat Suetonium in lib. de Illust. Grammaticis: *Orbilius*, inquit, *primo apparituram fecit magistratibus, deinde in Macedonia corniculo mox equo meruit.* Et *Cornicularium* Tribuni militaris ministrum fuisse idem acute cöiectat ex Valerii Max. lib. VI. cap. I. de pudicitia; & Frontini lib. 3. Stratagem. Vide Asconium Pedian. Verrina III. Apud Liuium verò extr libro X. L. Papirius Cursor suos, ob rem fortiter gestam, captamque Aquiloniam & Cominium coronis aureis, torquibus, armillis, & corniculis donat. Vnde aliud quid esse, colligere liceret, vulgatamque lect. defendere *Corniculum meruit.* H I

*Prætor aduersus Iugurtham pugnauit, tamen*] Sic Colinæus, in reliquis vulg. *pugnauit* recte abest. *Iugurtha enim belli moram redimebat*, inquit Sallustius m. ss. o. *Iugurtha aduersus tandem*, vere: Nonnulli *auersus*. *Legatus Calpurnio* scripsi, Sallustio iubente, sic enim ait: *Calpurnius parato exercitu, legat sibi homines, factiosos: quorum auctoritate, quæ deliquisset, munita fore sperabat: in queis fuit Scaurus*, &c. Pòst paullo: *Vbi Iugurtha pecunia per legatos tentare, bellique quod administrabat, asperitatem ostendere cœpit, animus æger auaritia facile conuersus est. Ceterum socius & administer omnium consiliorum assumitur Scaurus: qui tametsi à principio plerisque ex factione eius corruptis, acerrime regem impugnauerat, tamen magnitudine pecuniæ à bono honestoque in prauum abstractus est.* Quæ ideo libentius adscripsi, quod *tandem* pro *tamen* legendum videatur, vt hoc loco. Idem Sallustius disertè ait C. Memmium Trib. plebis populum rogasse vti L. Cassius, qui eo anno prætor erat, ad Iugurtham mitteretur, eumque interposita fide publica, Romam deduceret: quo facilius indicio regis, Scauri & reliquorum, quos pecuniæ captæ arcessebant, delicta patefierent. K L

*P. Decium Prætorem*] prænomen in Mediol. afuit, & pro, *in ius iret*, coniuncte erat, *inuiseret*, corrupte. M

*Consul Ligures & Gantiscos*] alii *Caurifcos*. manuscr. *Cauriscos*. In Volaterrano hi absunt, forte suprà adscriptum glossema, quod finitimi sint Liguribus populi: post in textum per fas per nefas irrupit: Triumphi Capitolini de Liguribus tantum triumphasse Scaurum scribunt anno DCXXXVII. post Rom. cond.

*Censor viam Æmiliam*] *viam*, à m. ss. est, & lucem adfert: *pontem Muluium* iidem scribunt per quintam vocalem, vt & in Sallustii libris scr. vidi. Quidam pontem Æmilium vocat: mox; *vetauit* libri antiq.

*Quasi socios &*] Valer. lib. III. cap. VII. aliam causam affert accusati Scauri.

*Ad populum ait: Varius Sucroneus*] Sic vulg m. ss. o. *apud pop. ait Varius Veronensis*, &c. Sic & Paris. Colon. & Mediol. quorum hic mox legit: *Varius Veronensis Aimilium Scaurum ait & socios arma coegisse.* non placet. Aldinus codex: *Surius Sucronensis*, sed oblitus se paullo ante Tribunum pleb. *Varium* appellasse: sequitur tamen eam lectionem Lycosthenes. Asconium arbitrũ constituo, sic enim ad illa Cic. pro M. Scauro. *Ab eodem etiam lege Varia custos ille Reip. proditionis est in crimen vocatus: vexatus à Q. Vario Tribuno plebis non multo ante. Innixus inquit Pedia. anno* LXXII. *nobilißimis iuuenibus processit in forum: deinde accepto respondendi loco dixit: Q. Varius Hispanus M. Scaurum principem Senatus socios in arma ait concitasse: M. Scaurus princeps Senatus negat: testis nemo est. Vtri vos, Quirites, conuenit credere. Qua voce ita omnium cõmutauit animos, vt ab ipso etiam Tribuno dimitteretur.* Leg. igitur perspicuè, *Varius Sucronensis*. Sucrone enim Hispaniæ oppido oriundus, non Verona, quæ Italię est. De Scauri paupertate, industria, ceterisq; ibidem Asconius, Cic. pro Murena, & Plutarch. de Fortuna Rom. Vide & Quinctil. lib. V. cap. XII. Inst. vbi & de Iphicratis simili dicto ex Aristotele lib. II. de arte dicendi non longe ab extr.

## IN APPVLEIVM SATVRNINVM. 73

ET *veteranis centena*] *centena* abest in Paris. Lege videl. iuberi in singula capita incertum agrorum numerum attribui, sed vt quisque merebatur. Mox: *auocasset* lege ex m. ss. Vulg, *aduocasset* non probo: infra, *Sempronia ducta, nec*, &c. Reliqua absunt.

*Saturninus Aulo Nonio*] Sic emẽdo ex Appiani lib. I. & Plutarchi Mario, qui Αὖλον Νόνιον vocãt: Epitoma Liuii 69. & Oros. lib. 5. cap. 17. *Aulum Numiũ*: *Annium* verò L. Ann. Seneca. Val. Maximus *A. Mumium* vel Numium libr. 9. cap. 7. & Colon. noster cod. *A. Mummium* Mediol. exemplum vetus & vnus m. ss. *A. Nummium* reliqui, *A. Numium* Paris. alii, *A. Mumium*. Nam vulg. lectio *Aulo Memmio* ferri non potest, qui mox erat nominandus in tertio Tribunatu pleb. Appuleii.

*dolo an scelere Cæpionis*] In exc. antiquis, *dolo aut scelere Scipionis*, non rect. Vide Cornificium lib. I. Rhetoric. ad Herennium. Deiñde, *aquam & ignem interdixit ei*, libri quidam scripti.

*Huic legi multis nob. obrogantibus*] m. ss. *huic legi multi nobiles obrogantes cum tonuisset, & clamaret: Iam, inquit*, &c. nominandi casu. Paris. & Colon. *Hac lege multi nobiles abrogantes, cum tonuisset, clamauit. Iam, inquit*: Quare *obrogantib.* malim, & addo, *clamauit*, assentiente & Mediol. Quid si legamus; *quasi tonnuisset clamauit?* ex Appiano: mox *quiescetis.* iidem libri. Tonare die sereno prodigii loco habitum. Homerus od. v. Virg. 9. Æn. *Audiit*, &c. Seneca in Thyeste 248.

*Glauciam pretorem faceret*] adieci *Consulem* ex Annæo Seneca, quem nõ rectè Lycosthenes intellexit: & Orosio lib. 5. cap. 17. quæ vox à sciolis sublata locum corrupit; & licet Prætor, non tamen Consul factus est. Cicero de claris Orator. *Memmium* competitorem eius ex Appiano appello, non *Mummium*, vt vulgo scriptum vidi, defectus alioqui à libris m. ss. qui legunt: *Numiũ competitorem suum.* Ventum autẽ Saturninum, vt Consul Memmius fieret, disertè Orosius 5. 17. & pro quo Mettium satellitem informi stipite comminuto capite interfectum Memmium.

*darent operam Coss. ne quid*] Coss. erant C. Marius VI. & L. Valerius Flaccus, quibus Senatus remp. dederat. Cicero Catil. I. & Philipp. 8. Sed historiam pleniorem lege pro Rabirio perduellionis reo. Oros. 5. 17. Fabric. Locus antea perturbato ordine scriptus. m. ss. *quo censetur, dent operam*, &c. alii *quo censeretur darent op. Coss.* Porro hoc. S. C. difficillimo Reip. tempore, Consulibus plena imperii potestas tradebatur. Cicero Philipp. 5. In Miloniana & alibi sæpe. Sallust. in Catil. Cæsar lib. I. belli ciuilis initio, & lib. 7. belli Gall. Asconius in argum. Milonianæ Epitoma Liuii 109. lib. & Vegetius 5. lib. 3. cap. I. rei militaris, vbi leg. *Consules alter ambove* ex m. ss. quæ antiquitus his litteris notabantur. A. A. V. vt nuper Lud. Carrio in antiqu. lection. docuit. [Salus populi suprema lex esto. Cic. 3. de legib.]

*In Capitolium persec.*] m. ss pleniores *in Capit. coegit confugere: ibi eos persecutus obsedit, maximoq; astu*, non *astu* legunt, quòd tum, forte, anni tempus ad potum inuitaret. Mediol. proxime accedebat: *maximo questu.* illudq; adhæsit ex priori maximoq;. Gryphius mox: *indedit: accepit*, m. ss. *eos coegit* & *crura* Glauciæ fracta dicunt non *ceruicem*. De quibus quisque statuat. sic enim Orosius 5. cap. 17.

*astu*] retinet Cicero. Marius fistulas, quibus aqua suppeditabatur Iouis opt. max. templis ac sedibus, præcidi imperauit. Plutarch. τοὺς ὀχετοὺς ἀποκόψαι.

*Rabirius*] *Rauirius* in m. ss. *u* pro *b* positum, vt sæpe in antiq. libris, & monumentis, vt auitus pro habitus, aueo pro habeo, Fauio pro Fabio, & contrà. Pòst Cicerone Consule anno DCXC. vrb. conditæ C. Rabirius accusatus fuit perduellionis à T. Labieno cuius patruus Q. Labienus cum Saturnino occisus fuerat. Cicero eum defendit: oratio in manibus est, sed imperfecta. Dio lib. 37. Sueton. Cicero in Pisonem & in Oratore. Paulus Orosius lib. 5. cap. 17.

## IN LVCVLLVM. 74

IN scriptis lib. *L. Licinius Lucullus* est, vt & in Tabb. Capitolinis.

*mox per Murenam*] Hæc in m. ss. partim *minister Murenæ in Asia*: partim, *ministro Murena* leguntur, forte vitiose, pro *ministeris Murenæ*. Hãc autem lineam alteri postposui, salua sententia; exigente id temporum ratione.

*Cottam Calcedoniæ*] *Chalcedone* leg. & ita m. ss.

A recte:sed *Cottiam* scribunt, non recte. Est enim M. Aurelius Cotta collega L. Licinii Luculli anno DCLXXIX. Sic enim Eutropius, Appianus in Mithradatic. & Plutarch. in Lucullo nominant.

*Cyzicum obsidio soluit*] Ita b.f. scriptum reppe- ri, quam lectionem vtpote venustam immutare religio sit. Vide quæ in Tarq. Superbo, & Quinctium Cincinnatum annotauimus. Quidam tamen codices *Cyzicon* Græca desinentia fœmin. B gen. scribunt.

*afflixit*] *subegit*, lib. scr. & fortasse rectius.

*eumq. regno suo ponto exp. quem rursum*] m.ss. breuius: *eumq. rursum cum Tigrane rege Armeniæ venientem magna facilitate superauit. Nimius in ambitu: signorum & tabb. amore flagrauit.* Retineo tamen *habitu*: quod Horat. Flaccus libr. I. epist. ad Numicium profusum, & nimium Luculli habitum notet.

*Ne fueris hic tu: Chlamydes Lucullus (vt aiunt) Si posset centum scenæ præbere, rogatus*, &c.

G Vide Plutarchum extremo Lucullo, vbi & Horatii Flacci meminit. sed ducentas se habere chlamydes, inquit Plutar. Horat. quinq; millia, poeticos.

*desipere cœpit*] *cœpisset* scripta lectio. Plutarch. hic Corn. Nepotem laudat auctorem, de quo in fragmentis. Ceterùm lege Lætoria cautum erat, vt iis, qui furiosi, vel prodigi essent, curatores darentur: qui eos circumscripsissent, iudicio publi-

D co tenerentur. Cicero 3. de Nat. deor. & 3. offic. Capitolinus in Antonino Philosopho. De Lucullo quoque vide Tertullianum in Apologetic. cap. XI.

## IN SVLLAM. 75.

L. *Cornelius Sulla* scribo, non *Sylla*: auctorib. Capitolinis lapp. & libris membraneis: tametsi Cicero in Oratore Sylla scribi & pronunciari velle videatur. De significatione Sullæ Plutar. in Coriol. aliter Sex. Pompeius interpretatur.

*a fortuna*] l. vett. melius quam *in fortuna*. Mox:

E *Mario restitit*, iidem *restisit*.

*Orchomenum & Chæroneam*] antiqua lectio *Orthomenam & Cheroniam*: quemadmodũ *Heraclia* & *Heraclea* dicimus, mutata *ei* diph. in i vel e longum.

*prælio præfectum*] *prælio* vacat ex fide libb. m.ss. [vel sic lege, *prælio vicit*:] qui mox legunt, *cathenis vinxit* pro *Athenis vicit*, quomodo Plautilocum Asinaria commutatum vidi in Nonio Marcello colere, vulgo legitur, *O cathenarum colone* libri

F m.ss. *Ac Athenarum colone.*

*portum Piræum*] *Piræeum* Mediol. & *Enetos Dardanosq.* pro *Medos Dardanos*, ex Appiano emendaui.

*mox cum rogatione*] *legatione* Mediol. nõ probo, vt nec illam dictinctionem, *ad Marium in Italiam regressus.*

*Marium apud Sacriportum Theles*] Mediol. aliter: *Marium & Pontium Telesinum apud portam Coll.* & mox, *posuit*, non *proposuit*.

IX. *millia deditorum*] alii, IIX. *milia dedititiorum* legunt, quot & Liuiana Epitome li. 88. Villa autem publica in campo Martio erat, teste Li-

uio lib. 5. Valerio Max. lib. 9. cap. 2. D. Augustino G lib. 3. de ciuitate Dei, cap. 28. Hic tamen septem dumtaxat millia ciuium Roman. interfecta: ille quatuor legiones obtruncatas affirmat. Plutarchus ὀκτακισχιλίους numerat. Ann. Seneca lib. 3. rerum Rom. quatuor millia, Orosius 5. [c. 21. IIV. pro VII. Fabricius in Oros. 5. 21.] tria tantum numerat, nisi mendosus codex est. Non illud celabo male in vtroque Liuii abbreuiatore *via publica* pro *villa publica* legi.

*vnde spe deceptus*] Corrige *sperni cœptus* ex lib. H antiq. m.ss. Nullam n. spem conceperat, quamobrem dictaturam abdicaret. Supra paullo, *imminuit* iidem præferunt.

## IN MITHRADATEM. 76

LIBRI q. scripti vitiose *Mithrydates* per y habebant: lego *Mithradates* prima vocali in secunda syllaba ex nummis antiquis, quomodo inscriptos plurimos videre licet in Fast. Huberti Goltzii Antiquarii diligentissimi, qui id sua industria I consecutus videtur, vt cum Italis Belgæ paria facere posse videantur.

*a septem Persis*] De his Polybius lib. 5. Ioseph. XI. antiq. Iudaic. Strabo XV. ext. Geograph. Ammianus Marcellinus XXIII.

*duarum & vig. gentium*] m.ss.o. & lib. exc. antiq. aliter, *quinquaginta gentium*: verum ὑπερβολικῶς. Plinius auunculus vulgatam lectionem tuetur, vt veritati proximam lib. 7. cap. 24. Natur. histor. & libr. 25. cap. 2. Solinus cap. 7. Polyb. K hist. Agell. lib. 17. & Valerius lib. 8. cap. 7.

*Ariobarzanem*] Sic Colinæus. vett. lib. *Ariobarzanem*, vel *nen*. Illud *proditione Archelai* suspectum mihi semper de mendo fuit, verum libri nihil variant. Pugnat cum historia: credo scripsisse, *repugnante Archelao*, aut simile.

*apud Orchienum opidum fudit & oppressit & potuit capere nisi adu. Mar.*] ô homines obliuiosos, qui non meminerant proximo cap. ad Orchomenum à Sulla pugnam factam. m.ss. aliter L *apud oppidum Dardanum fudit: & oppressisset, nisi*, &c. hæc enim, *potuit capere*, abundant ex iisdẽ: Vides igitur ex *oppressisset* factum, vt sæpe, *oppressit*, &.

*eum Cabiris*] m.ss. *acrius*, male. Paris. *agris*, alii *Argis* inde fecerant: mox *popularium* melius, quàm *popularem* libri vett.

*cum id tardius biberet*] m.ss. *quod cùm tard. ebib.* Vascosanus: *Cum id tardius subiret*. scil. præcordia, non damno. Hic mihi locus manum in- M iecit, & paullisper consistere, quamlibet properantem ad finem iubet. *Obducere* enim antiqui eleganter dixerunt, pro ebibere vel exsorbere: quod in Cic. Tuscul. I. reponendum Per. Victorio in Variis lect. lib. XV. assentior. sic enim habet: *Theramenes cum coniectus in carcerem XXX. iussu tyrannorum, venenum vt sitiens obduxisset, reliquum sic è poculo eiecit, vt id resonaret. Quo sonitu reddito, ridens, propino, inquit, hoc pulchro Critiæ.* Vbi quidam ex illo Xenophontis lib. 2. ἐπεὶ ἀποθνήσκειν ἀναγκαζόμενος τὸ κώνειον ἔπιε. ebibisset vel obbibisset legerunt. Emendandus in hoc verbo & Seneca scriptor gra-

uiſſ.lib. de diuin prouid. cap.2. Sic enim locum leg. cenſeo. *Male tractatum Socratem iudicat, quòd illum potionē publicè miſtam non aliter, quàm medicamentum immortalitalis obduxit, & de morte diſputauit, vſque ad ipſam.* vulgati *eduxit*. Plautus ſic. [*Educere* Plautus in fine Stichi bis, & in Amphitr. Scen.1.extr.pag.76.] Poſt paulo ſic lege & interpunge ex m.ſſ. *Quanto magis huic inuidendum, quam illis quibus gemma miniſtratur, quibus expletus eſt animus. Omnia pati dictus, exſecta virilitatis, aut dubiæ, ſuſpenſam auro niuem diluit.* Hæc ſpecimen ſint eorum, quæ in tantum auctorem meditamur.

*Gallum Sithocum*] lib. calamo & typis exarati & Liuii Epitoma CI. *Bithocum* nuncupant: Appianus Βίτοιτον ſcribit, *Bitœton*. quomodo vtrobique fortaſſe ſcribendum.

## IN CN. POMPEIVM. 77

IArbæ ereptam] *Hiarbæ* antiq.lib. & Plutarchus in Pompeio ἰάρβας. *Hieram* Epitoma Liuii 89. vocat.

XXVI. *annos natus*] XXVI. *annorum*. m.ſſ. Abbreuiator Liuii ibidem, & Eutropius XXIV. annorum faciunt. Triumphaſſe puto anno V. C. DCLXII.

*Italia abrogauit*] *fugauit*, melius in m.ſſ. dicimus enim Abrogare alicui magiſtratum: Abrogare verò aliquem Italia, legere non memini: niſi forte ſcriptum hic fuit, *oblegauit*. ſic in Sulla pro *rogatione legatione*, in q. excuſis eſt.

*In Hiſpaniam proconſul*] m. ſſ. *pro conſulibus* perſpicuè verum. Ita enim dixerat Philippus, nō pro Conſule, ſed pro Conſulibus mittendum Pompeius cenſere, & gloriabatur Sertorius ſuperatum à ſe fugatumq; Pompeium, illum Romanorum ducem, quem ad hoc bellum non pro conſule, ſed pro conſulibus Roma miſiſſet. Oroſius 5. cap.23. Vulgata illa lectio *Proconſuli* corrupta eſt ex compendiis litterarum. alii *Pro conſule*.

*mira felicitate rerum*] m.ſſ. pleniores: *facilitate & celeritate, nunc in Septentrionem*, &c. *nunc in Orientem*. Sic & in Lucullo ſupra *facilitate*, vbi vulg. codd. *felicitate*.

*Heniochos*] *Eniochos* m.ſſ.l. *Enochios* Pariſin. exemplum.

*primus in Hircanum*] *Caſpinum* accreuit e m. ſſ. quod mare, in vulgatis deſideratur: & mox *iubet* pro *iuſſit* iidem præferunt.

*ad Ptol. Alex. regem fugit*] m.ſſ. *confugit*: adduntq;, *eius imperio ab Achilla & Pothino ſatellitibus occiſus eſt*. Nec quidquam præterea eſt: ſubſequitur enim Iulius Cæſar, ceterique quos hic damus, eadem manu, & ſtylo eodem, niſi iudicans vehementer hallucinor. Scripſi autem, ne quem offendat, *Pothino*, aſpiratione in ſecundam ſyllabam traducta, tametſi vulgati in priore appingant, ſecutus m.ſſ. libror. veſtigia, in quibus conſtanter *Potinus* vel *Potinius*: ſecutus & Græcos Appianum, Dionem, & Plutarchum in Cæſare & Pompeio: qui Ποθεινὸς ſcribunt, primamque corripiunt Lucanus & Martialis; quæ in hæretico Φωτεινῷ longa eſt. Sed hāc orthographiam Eliæ Vineto viro doctiſſ. acceptam refero.

*à Septimio*] Mediol. exemplum *à Photino*, alii *à Theodoto* Ptolemæi præceptore. Nec mirum, variant enim narrantium ſententiæ, teſte Plutarcho & Appiano. Eſt autem L. Septimius, cuius Cæſar meminit tanquam deſertoris; & Dio. lib.42.

*Itemque*] Aldus, *Iamque*. Qui *ignoratum* pro *adoratum* mordicus retinent, nihil grauius in eos dicam, quam in luce caligare, tametſi libri 4. excuſi ita legant, vt *iactatus* pro *iactus*.

*inſcribente ſepulcro*] *inſcribendo in eiuſdem ſepulchro*, Mediol. qui mox ita interpungit; *ab Achilla ſatellite Ægyptio, velamine inuolutum*.

*Hic ſitus eſt mag. P.*] Vſurpatur à Lucano lib.8. belli Pharſ. hemiſtichii loco. & *P.* pro *Pōpeius* hic in pleriſq; libris eſt. Solet n. fere conciſe *Magni* (Suet. Cal.35. Tor.) nomine laudari, quod à Sulla Dictatore, qui eum ob ſingularē virtutem amabat, datū recordor: quo nomine & Perſas, Reges ſuos appellare ſolitos, refert Plutarch. Exempla infinita poetarū ſunt, vt me multitudo deterreat vel in vno Lucano. Vide & verſus in fragmento Petronii Arbitri. Adrianus autem Imperator in Ægyptū veniens collapſum iam vetuſtate Pompeii ſepulchrum inſtaurauit addito hoc verſu:

*Oſſa viri Magni tenui quam clauſa ſepulcro:*

Auctor Xiphilinus ex Dione in Adriano. vide Egnatium ad Spartiani Adrianum. Meminit & montis Caſſii nō procul Ægypto ſepulcro Pompeii celebris lib.4.cap.9. Nic. Nicolaius Geographus regius.

# IN ROMAN. VIROR. ILLVSTRIVM APPENdicem NOTÆ Andr. Schotti.

## IN IVLIVM CÆSAREM. CAP. 78.

DIVVS dictus à C. Octauio, Imperatore & Cæſare creato Siquidem ludis, quos ei Octauius heres conſecrato edebat, ſtella crinita per VII. dies fulſit; creditumque eſſe animam Cæſaris in cœlum recepti: dictumque *Julium ſidus*. Plutarchus in Cæſ. Horat. libr. 1. Carmin. oda 12. & Sueton. cap. 88. *De Thermo* idem cap.2. *De Dolabella & piratis* cap.4. at illum repetundarum poſtulatum, tandem abſolutum dicit.

*Rhodum petit*] vt Apollonio Moloni clariſſimo tum dicendi magiſtro operam daret: hunc audiuit & Cicero.

*captus*] circa Pharmacuſam inſulam; & redemptus 50. talentis. Piratas captos, primum ſtrangulatos, cruci, vt inter iocum minatus ſæpe fuerat, ſuffixit. Sueton. cap.74. in Cæſare. Feneſtella tamen libro 2. Epitomar. ſecuri cæſo ait. quomodo Cæſar à piratis captus ſit, vtque eos poſtea ceperit & decollauerit, Diomedes libro 1.

Gram-

Grammat. vide Sueton. 74. & Plutarchum in
A Cæsare.

*Decollare*] vide Plautum Captiuis sc. misit homo extr. vers. & Lambin.

*Cum ei triumphus*] Opinor aliam caussam fuisse: quod in sententiam Scipionis Metelli S.C. factum esset, Cæsarem, nisi intra certam diem exercitum dimitteret, contra remp. facturum videri, & ipse proximis comitiis absentis sui rationem haberi volebat Oros. 6. cap. 15. Sueto. Cæs. 28. Torr. & 29. 30.

*Nam Lentulum tantum*] Locus de mendo suspectus tametsi m.ss. sic legant. Credo scrib. nam
B *L. Cæsarem tantum* quem cognatum suum vtpote sibi semper infestum, iussit occidi. Dio. lib. 43. Sueto. cap. 75. Afranium vero, cui semel in Hispania ignouerat, & iterum arma contra tulerat. Cæsar extremo Comm. primo bell. ciuilis. Florus li. CX. Epitomæ. T. Liuii: Velleius Patercul. 2. lib. & Ann. Seneca lib. 4. L. vero Cornelium Faustum Sullam interfici iussit, quod gener Cn. Pompeii magni esset, & de vindicta suspe-
C ctus. Paullus Orosius sexto cap. 16. & L. Annæ. Seneca quarto, filiam Pompeii cum liberis, etiam interemtam scribit, si recte codd. habent; à quibus Appianus lib. 2. belli ciuil. & seu Hirtius, seu Oppius dissentiunt qui incolumitatem à Cæsare datam affirmant.

*Dictator in perpetuum*] Admonendum semel perpetuo in m. ss. esse vnica dictione *imperpetuum*. Dictus autem à M. Aemilio Lepido, eius anni Prætore, qui post III. Vir. R. P. c. factus est.
D Plutarchus à Senatu dictum ait, & XI. dies gessisse scribit. Vide cæsar. comm. 2. & 3. initio de bello ciuil.

## IN OCTAVIVM CÆSAREM. 79.

*Quæ Crasso substulerant*] *abstulerant* alii: In his breuiores erimus, quod exstent copiosæ de his veterum lucubrationes, Suetonii, Dionis, Sex. Aurelii Victoris, eorumque qui cæsarum vitas
E conscribsere.

*Inde Scythæ*] Sic m.ss. scribe *Indi, Scythæ*: adstipulante Sex. Aurelio Victore in Augusto. & L. Floro lib. 4. Epitoma Liuii 139. Oros. li. 6. cap. 20. nam Tarraconem vsque profecti sunt vbi tunc erat Augustus.

*Iani gemini portas*] Iani templum tempore Numæ Pompilii, à quo ædificatum est, clausum anno ab v.c. XLII. & annis prope XL. alii. 43. annos continenter clausum. Iterum (Atilius Marci
F prenomē est apud Plutar. in Numa) c. Atilio Bulbo II. T. Manlio Torquato coss. anno CXVIII. post primum Punicum bellum & vno anno dumtaxat clausum. Oros. 3. cap. 8. 4. cap. 12. tertio post cæsaris Augusti ad Actium de Antonio & cleopatra victoriam, pace terra marique parta, anno IↃCCXXIIII. Liuius lib. 1. ab v. c. Sueton. in Augusto cap. 23. vbi pro *tertio clausit* in vett. m.ss. est *ter clusit*: L. Annæus Seneca, Orosius lib. 3. cap. 8. & 6. 22. Plutar. de For. Roma. & alii.

G

## IN CATONEM VTICENSEM. 80.

*Catonis Censorii pronepos*] cuius supra vita est descripta cap. 47. Vide genealogiam catonum ex ciceronis libro de laude M. catonis apud Agellium lib. XIIII. cap. 18. & Macrob. lib. 6. cap. 2.

*A Qu. Popedio*] Silone. Sic emendo: in m.ss. erat *ab Pedio*, pro, *a Q. Popedio Pompedio* de quo H
diximus in Metellum Pium; vbi vulgati codd. *Q. Pompeium* corrupte scribunt. Plutarchus in Mario Pompedium Silonem appellat.

*Neque minus*] E cenaculo enim præcipitaturum minabatur.

## IN M. T. CICERONEM.

*Patre equite R.*] Vid Cic. 2. de ll. initio. At fulloniam fecisse, ac vites oleasque semper coluisse I
Q. Fufius calenus apud Dionem lib. 46. ait. Meminit patris sui Cicero 11. de legib. & epistola v. lib. 1. ad Atticum.

*Genus à Tito Tatio rege*] Eusebius in chronicis & Plutarchus in vita cicer. genus ad Volscorum regē retulere, sed *Tullū Attium* nomināt: tametsi quidā codd. Τύλλος Ἄππιος pro Ἄττιος male: In coriolano vero ἀμφίδιος, non minus vitiose scribunt. Dionysius Halic. semel Τύλλος ἀττίδιος: alibi recte semper appellat: quo de in coriolano nostro K
quoque mentio facta. Ipse in Tusculana 1. Seruium Tullum Gentilem suum vocat: non quod ab eo genus traheret sed quod simili nomine appellatur Cincius I.C. Silius Italicus li. VIII. Tullum quoque vocat.

*Tullius æratas raptabat in agmina turmas,*
*Regia progenies, & Tullo sanguis ab alto &c.*

*Adulescens Rosciano iudicio*] contra L. Sullæ dominantis opes Sex. Roscium Amerinum parricidii reum defendit. cic. II. Offic. Et primam L
caussam in Bruto vocat, publicam scilicet: nam pro Quinctio priuatam apud Aquilium Gallum iudicem egit anno ætatis XXVI. post Rom. conditam DCLXVII. Quinctil lib. XII. cap. VI. Vide Agellium lib. XV. cap. 28. qui Corn. Nepotem, vt Fenestellam Pedianus erroris conuicit, de anno actionis Roscinæ: disces ibidem & annum nati ciceronis. Dixit & pro Q. Roscio comœdo anno DCLXXVII. ætatis XXXI. vt recte Fabricius, repugnantibus reliquis, defendit. M

*Ex quo veritus inuidiam*] Sic & Eusebius in chronicis, calenus apud Dionem lib. 46. & Plutarchus. Ipse tamen in Bruto eam caussam dicit in Græciam proficiscendi fuisse, quod infirmitate corporis vocis contentionem in dicendo latera non ferrent. Triennium ergo à patria studiorum caussa afuit, temperauitque vocem, vt ad orandum paratior redierit, & validior.

*Vbi Antiochum*] Ascalonitam scil. vt Plutarch. vocat. de quo cicero I. de Nat. Deor. in Bruto Lucullo, & I. de legibus, Plutarch. in cicerone & Lucullo.

A *Vbi Molonem Græcum* ] In libris scriptis erat *Milonem* non recte: *Molonem* omneis appellant: quem audiuit anno ętatis DCLXXV. post Ro. cond. Antea quoq; Romæ eidem operam dederat ætatis 20. ab V. C. DCLXVI. testis Cicero ipse in Ciceron Bruto: Plutarchus in & Cæsare, Strabo lib. 14. Quinctilianus li. 3. ca. 1. Sueto. in Iulio. Valer. li. 2. ca. 1. Rursus anno XXVI. ætatis, DCLXXII. post V. C cũ legatus Molo ad Senatum Ro. de præmiis venerat: Rhodos enim sola bello Mithradatico in fide Romana permansit. Cicero in Bruto. Ad Præturam vsque Græce declamasse auctor est Suetonius de claris Rhetoribus. Noster cap. 76: & Paterc. libro priore post primam lacunam. Iuuenalis satyra x. de eloquentia plerumque perniciosa:

*---sanus & illum*
*Exitus eripuit quem mirabantur Athenæ*
*Torrentem & pleni moderantem fræna theatri.*

*Qui flesse dicitur* ] Plutarchus tristem fingit, neque orante Cicerone Græce lætitiam præ se tulisse.

*Quæstor* ) Vrbanus ætatis anno XXXI. V. C. DCLXXVII. Cicero. in Pisonem. Verrina VII. epistola 31. lib. VII. ad Famil.

*Siciliam habuit* ] anno insequenti. Quæstor autem erat Lilybætanus, prætore Sex. Peducæo, vt Asconius: & M. Curtio, vt ipse orat. post reditum in Senatu affirmat. Accidebat autem vt vnus quæstor duorum prætorum esset. Nicol. Gruchius 2. de Comitiis. Duplex vero in Sicilia Quæstor erat, vnus Lilybætanus: alter Syracusanus dictus. Plutarchus. Asconius Ped. & Cicero pro Plancio, Verrina 2. & 7.

*Prætor Ciliciam* ] Fuit vrbanus Prætor anno V. C. DCXXCVII. ætatis XLI. Ciliciam vero prouinciam Consularem priuatus sorte obtinuit. DCCII. ab V. C. ætatis LVI. auctore Plutarcho & Cicerone epist. 15. li. V. ad Attic. Epist. 6. lib. III. Famil. Itaque Prætor hic non eum significat, qui iurisdictioni in vrbe præest, sed qui cum imperio extraordinario Sicipsum perpetuo appellat vt non longius abiero, Cic. li. 5. ep. 3. ad Attic.) in prouinciam missus est. Græcis. στρατηγός.

*Pisone & Gabinio* ] L. Calpurnius Piso. cæsonius & A. Gabinius consules in Fastis capitol. nominantur. anno, ni fallor DCXCV.

*A Cæsare vltro accepit* ) nam præterquam quod Dolabellæ id negotii dedisset cæsar victor, vt ad ciceronem scriberet, vt quam primum in Italiam rediret: ipse litteras ad eum ex Ægypto misit, vt esset idem, qui fuisset cicero epistola vlt. lib. XIV. ad Fam. & orat. pro Q. Ligario. Vide lib: XI. ad Attic. extrem.

*Cum igitur Formiis quiesceret* ) Ita & Eusebius in chronicis. Ad caietam in villa sua, inquit Valerius lib. 1. cap. 4. Memorab. & Plutarchus: Appianus vero ad capuam ciceronis villam collocat: inde se à seruis lectica ad mare deferri iussit. Idem Plutarchus plures coruos infausta auspicia dedisse ait. Anno priore DCCIX. aliud prodigium exitium ipsi ciceroni portendere videbatur. Mineruæ enim, simulacrum, quod in capitolio, priusquam ex vrbe in exilium abiret, dedicauerat, cum hac inscriptione G

MINERVÆ. CVSTODI. VRBIS

Vi turbinis dissipatum membris, pronum iacuit, fractis humeris, brachiis, & capite. Iulius Obsequens & Dio libro 45. & August. lib. 3. 30. Ciuitatis.

*Et fugiens occisus est* ] Ab Herennio centurione & C. Popillio Lænate tribuno militũ, quem Parricidii reum olim defenderat. quo de vide Val. Max. lib. V. cap. 3. & Senecam in Declamat. H & Suasoriis. caput & manus dextera, qua Philippicas scripserat pro rostris, vbi sæpe verba faciens cum stupore hominum auditus fuerat, in contumeliam ab Antonio collocata. Spectaculum me hercle, horrendum, facinus crudele & impium siue percussorem spectes. Vixit igitur cicero annos LXIII. menses XI. dies V.

Hæc carptim delibauimus: neque enim copiose huius vitam persequi erat animus, tantum in fontes digitum intendere volui. Exstat enim ciceronis per annos consulares tam accurate di- I gesta hist. à Fr. Fabricio Marcodurano, post Plutarch. Seb. Corradum, & Bened. Herbestum, vt omneis omnium in Ciceronem conatus exiguo libello superasse videatur. Illum autem manuscripto nostro quoque vsum (ex cliuia enim liber allatus est) constat: Ait enim se in vetusto codice de Viris illustribus vitam Ciceronis breuiter comprehensam legisse, quæ hac appendice inclusa est: ceterum Fabricii vitam nisi inuidæ Par- K cæ magno rei litterariæ damno abrupissent, Demosthenis vitam inchoatam olim, ac similiter contextam, & iam vt audio affectam, haberemus: quam heredum beneficio aliquando editum iri confido.

## IN M. BRVTVM. 82.

*Cytheridem mimam* ] *mimum* male in m. s. Cy- L theris autem meretrix, Volumnii liberta, Antonium in Galliam secuta est: quam cum cor. Gallus poeta eximius perdite amaret: ab illa spretus, repulsam impatienter tulit. Hunc igitur X. Ecloga Virgilius inducit, illamque Lycoridem nominat:

*tua Galle Lycoris,*
*Perq; niueis alium, perq; horrida castra secuta est.*

Quo loco vide Seruium, & Ciceronem Philipp. 2. Idem epist. XII. li. X. ad Attic. M. *Antonius* M *Cytheridem secum lectica aperta portat, altera vxorem.* vide Xilandrum in Antonium. Plutar.

*Cum Appio socio* ) Sic scriptum reppeti, vnde conieci pro *socio*, *Clodio* primum fuisse. Clodii enim, Claudii ipsi, post dicti sunt migrante diphthongo au in o vt & *Aulo* in *Olla* & similia.

*Proconsul Galliam rexit* ] Cisalpinam intellige, à Iulio Cæsare ad bellum Africanum proficiscente, ei præfectus: auctor Appianus lib. 2. Cicero epist. 6. lib. VI. ad Famil. qui ad illum quinque epistolas misit, quæ lib. XIII. exstant. Immemor tamen beneficii, de cæde Cæsaris cogitauit, & perfecit.

*In campis Philippiis*]In m. ss. assidue *Philippiis*, vt non incuria quadam, sed de industria accidisse videatur. Vrbs certe *Philippi* numero multitudinis appellantur. Mox, pro *Stratonis* liberti nomine, librarii *Strabonis* scribserant, strabi & ipsi fortasse, quos inter cœcos reges esse puer didicerant.

## IN CASSIVM LONGINVM. 38.

*Laudato Bruto* ] C. Cassium Rom. vltimum Cremutius Cordus in Annalibus vocarat. Tacitus IV. Annal. p. 210. Suetonius Tiberio ca. 61. Apud Plutarchum Philopœmen Græcorum vltimus dicitur. & Marius in Tacit. p. 92. Sueto. Othone cap. 10. Torr. Tacitus lib. 16. Annalium initio. 497. 6. 2. Hist. Aug. p. 586.

*Osacen præfectum*]Sic emendo de ingenio. Osaces enim appellatur, dux Parthorum insignis, qui ( Paterculus 382. vide & vulcatium Gallicanum in Auidio Cassio, initio. Paullus Orosius 9. c. 13.) Pacori, filii regis Orodis (Sic & Florus appellat de quo Oros. 6. c. 4. Appiano ὀρόζης. Dioni vero ὀρόδης est. aliis Horodis Albanorū rex) nomine &c. in Syriā exercitū ductauit. Dio li. XL. Iustinus XLII. Plutarch. & Cicero li. 5. epist. 20. ad Attic. & lib. 11. epist. 10. ad famil. & Philippica 11. In m. ss. *Lysacen* scriptum inueni & *Sysacen*: quem non agnosco.

## IN SEX. POMPEIVM. 84.

*Rupto per eundem Antonium* ] Antonius in hac pugna afuisse dicitur, & in Asia non procul Lesbo aduersus Medos rem male gessisse: quare suspicor leg. *eundem Pompeium fœdere, ab Aug.* nam ille latrociniis rursus mare vexarat, nec pacem, quam acceperat præstabat. vide Orosium. 6. ca. 18. (leg. puto) Continuo inquit, cum contra pactum Pompeius fugitiuos adlegeret, & hostis habitus est.

## IN M. ANTONIVM. 85.

*Lupercalibus*]hoc est, XV. Kal. Martii.

*Imponere tentauit*] & imposuit vnus è Lupercis Antonius. Cæsar vero in sella reposuit: quod inuidiosum fuit, tamquam regnum affectaret, vnde M. Æmilius Lepidus se auertisse dicitur, & displicere sibi seruitutem, mœstitia vultus declarasse. Vide Plutarchum in Antonio, Dionem, Appianum & Cicer. Philipp. 2. 3. & 13.

*Lepidum sibi collegam*]Factum id ad d. IIII. Kal. Iunii anno DCCX. V. C. quo nuncio accepto Octauianus Cæsar caussam Optimatium sine cunctatione deseruit. Cicero epist. 23. lib. X. ad Famil. Plutarchus in Antonio. Appianus li. III. & Paterculus libro poster. Lepidus igitur pridie Kal. Quinctileis sententiis omnibus hostis à Senatu iudicatus est, ceterique qui vna cum illo à Rep. defecerant. quibus tamen ad sanitatem redeundi ante kal. Septemb. potestas facta fuit. Cicero epist. x lib. XII. ad Famil. epistola XVI. & XIX. ad Brutum & Dio li. 46.

*De Quindecim legionibus*] sedecim habet L. Ann. Seneca li. V. & in Syriam profugisse: Alii in Ciliciam ad illum venisse Cleopatram referunt.

## IN CLEOPATRAM. 86.

*A. Fratre suo Ptolomæo*] Fuit hic Auletis filius, Ægypti rex XIII. vt puto: Cleopatra vero XIIII. qua deuicta Ægyptum in prouinciæ formam redegit Augustus. Notandum autem Iunonem quandam fuisse Cleopatram: quæ regis & soror & coniux. Dio lib. 42. de Cæsare. Brissonius de iure connub. p. 55. Lacedæmone enim & Athenis dimidium licebat, Alexandriæ totum. Seneca in ἀποκολοκυνθώσει seu ludo de morte Claudii. Spartanis autem vterinam id est, eadem matre natam sororem ducere licebat: Atheniensibus germanam hoc est eodē patre natā. Alexādrinis vero & germanā, & vterinā. Auctor Cor. Nepos in præfatione & in Cimonis vita (quæ tamē loca interpretes male explicarunt) Plutarch. extrem. Themistocle. Vide Alexandrum ab Aelx. lib. 2. cap. 24. & Turnebum li. XIIX. Aduersariorum. Pulcher exstat apud Philonem Iudæum libro de specialibus legib. initio super hac re locus, quē non pigebit illustrandæ rei adscribere. Ὁ Ἀθηναῖος Σόλων ὁμοπατρίοις ἐφεὶς ἄγεσθαι, τὰς ὁμομητρίους ἐκώλυσεν: ὁ δὲ Λακεδαιμονίων νομοθέτης ἔμπαλιν, τὸν ἐπὶ ταῖς ὁμογαστρίοις γάμον ἐπιτρέψας, τὸν πρὸς τὰς ὁμοπατρίους ἀπεῖπεν, ὁ δὲ τῶν αἰγυπτίων, χλευάζων τὴν ἑκατέρων εὐλάβειαν, ὡς ἡμίεργα διαταττομένων, ἐυφόρησεν εἰς ἀσέλγειαν, &c. Plutarchus de Fortu. Rom. Cleopatram cupidinem vocat. &c. Porro de Cleopatra vide Tertullianum extremo libro ad martyres, & historicos Rom. omneis. Hæc enim vt virgo Vestalis Ilia, seu Rea Siluia historiam inchoauit, ita claudit: Extat Dionis Chrisostomi Oratio de Homero, in quo docet in vtroq; Homeri opere claudi fœminis: Iliadem Helena: Odyssea Penelope. Illa fictæ: hæc veræ felicitatis imago. prostratæ libidinis & illiciti concubitus vtraque pœnas dedit: hæc veneno, illa humi viua defossa. Hic igitur omnis Historiæ fructus est vberrimus, vt aliorum exemplis admoniti, ab his potissimum vitiis declinemus per quæ regna sæpenumero mutantur, imperia subuertuntur, & prouinciæ (quod velimus, nolimus, prô dolor, cernimus) in alium statum, conditionem, adeoq; & religionem demigrant.

## *INDEX IN SCRIPTOREM DE VIRIS Illuſtribus.*



## INDEX PRÆCIPVORVM LOCORVM.

### QVÆ IN HIS NOTIS EXPLICANTVR.

---

## *NOMENCLATOR AVCTORVM VET. QVI IN HIS notis vel citantur, vel emendantur. Capitum numeris bina puncta adiuncta sæpius eundem laudari auctorem indicio sunt.*

IN COR-

# IN CORNELIVM NEPOTEM DE VIRIS ILLVSTRIBVS VRBIS ROMÆ

## DOMINICI MACHANEI ALLOBROG. SCHOLIA.

# CORNELII NEPOTIS A MACHANEO EDITA VITA.

EX annalibus Eusebii hunc Cornelium Nepotem Veronensem tempestate bellorum ciuilium Augusti Cæsaris, & Marci Antonii, satis, viguisse, constat. Ante Salutiferi Christi natalem quippe Chronicorum auctor ad verbum, Diuo Hieronymo interprete, scribit: *Cornelius Nepos scriptor clarus, historicusq́; habetur.* Ciceronem quoq; ad illum, vtpote familiarem, atque amicum, epistolas exarasse Macrobii. libro secundo Saturnalium talia verba indicant: *Iocos enim hoc genus veteres nostri dicteria dicebant; testis idem Cicero, qui in libro epistolarum ad Cornelium Nepotem secundo* sic ait. Plutarchus etiamnum in eius vita Tullium libros epistolarum ad Cornelium Nepotem eum exarasse affirmat: sed non exstare. Catullus etiamnum conterraneus eidem opus suum hisce endecasyllabis dedicat:

*Cui dono lepidum nouum libellum,*
*Arida modo pumice expolitum.*
*Corneli, Tibi, namque tu solebas*
*Meas esse aliquid putare nugas,*
*Iam tum, cum ausus es vnus Italorum*
*Omne æuum tribus explicare chartis*
*Doctis, Iuppiter, & laboriosis.*

Plinius è Cornelio se in pluribus librorum indicibus excerpsisse ingenue fatetur. Eundem Pomponii Attici familiaris sui, Catonisque senioris vitam conscripsisse eius elegantissima scripta aperte indicant, nec è Plutarcho transtulisse valuit, quia is Traiani temporibus floruit. Scripsit Chronicam, Geographiamque, insignisque Rhetor habitus, Daretis quoque Phrygii historiam de bello Troiano in Latinum vertit, vt epistola eius ad coæuum Sallustium scripta in præfatione indicat, si modò non alter exstiterit.

# C. CATELLANVS COTTA
## TRISTANO CALCHO REGII SENATVS A SECRETIS INSVBRIÆ S. P. D.

*LIBELLVM de Viris Illuſtribus elegantiſsimo ſtilo conditum, quidam Suetoni Tranquilli, plerique Plinii Cæcilii ſuſpicantur; Hermolaus autem Barbarus pro Cornelio Nepote citat: & ita vetus habet inſcriptio; quod Ianus etiam Parrhaſius præceptor noſter affirmat; eiuſque teſtimonio frequenter vtitur in L. Florum: quem ſingulis hoc anno lectionibus publice nobis exponit. Inuenias tamen aliquos, Triſtane vir optime, contentioſius refragantes, hac (vt aiunt) adductos ratione; quod A. Gellius in ſuis illis noctibus Atticis Cornelii Nepotis auctoritate ſcribit Manlium Capitolinum virgis necatum; cum tamen hoc ipſo opere (quod Ianus & Hermolaus Cornelio vindicant) e ſaxo Tarpeio præcipitatus eſſe dicatur. Sed næ iſti non vident* Cornelii Nepotis Chronica *(quorum Catullus etiam meminit) non Viros illuſtres ab A.* Gellio *citari: potuit autem Cornelius in diuerſis operibus, diuerſas Annalium complecti ſententias, quod alii quoque fecerunt. Equidem nullum maius ad hanc rem fore argumentum putarim, quàm, quo Varro vſus eſt in explorandis Plauti comœdiis: vt quis M.* Catonis, *& Attici vitas, quæ de tot ipſius* Cornelii *lucubrationibus præterea ſuperſunt, & Tranquilli, Pliniiq́; ſcripta ſumat in manus, accurateq; tractata ſimul inter ſe comparet: itaque cui libelli dictio propius accederet; eius eſſe ſtatuat. Sed in hoc, acri iudicio opus eſt, & eruditione: quæ cum in te ſumma ſint, idoneus litis huius diſceptator ab omnibus exiſtimaris. Nam qui tuis in hiſtoriis elocutionis antiquæ multum refers; facile deprehendes dicendi genus hoc, ex tribus illis auctoribus, cui magis conueniat. Interea Viros illuſtres ex Hermolai, Ianique noſtri ſententia ſub titulo* Cornelii Nepotis *emittimus; & illos quidem multis in locis caſtigatos: tibi dicamus, ingenii noſtri primitias: cui vel hoc ipſo nomine non parum debeo; quod patriæ noſtræ memoriam à ſitu vindicas. Bene vale.*

---

# CORNELII NEPOTIS
## CAPVT PRIMVM

### *PER MACHANEVM SVCCINCTE expoſitum.*

A NIMIRVM in frontiſpicio *Proca* legendum, vt Virgilius in 6. Æneidos, *Proximus ille Proca Troianæ gloria gentis.* præpoſterè in aliquibus codicibus *Procas* legitur, nam iambus eſt in tertio, nec Latinum nomen in *as* primæ inuenitur. Euſebius etiam, Diuo Hieronymo interprete, in ſerie regum Latinorum ita ſcribit, *Ianus Saturnus, Picus, Faunus, Latinus, Auentinus, Aſcanius, Siluius, Æneas Siluius, Latinus Siluius, Thyberinus Siluius, Agrippa Siluius, Romulus Siluius, Proca Siluius*
B *Amulius, qui regnauit annis quadraginta quatuor.* Hanc autem hiſtoriam etiam Ouidius poeticè in Faſtis auſpicatus eſt, vt dulcedini quoque poetarum aliquid in hoc opuſculo tribuamus. *Siluia Veſtalis, quid enim vetat inde moueri? Sacra laturas mane petebat aquas.*

*Imperium non dedit*] Plutarchus Amulio pecunias, & aurum Troia aduectum forte contigiſſe refert, quibus opibus fretus ipſum fratrem, cui regnum euenerat relictum à patre hereditarium, expulit. Tacet Cornelius de morte fratris Siluiæ, de quo Liuius addit ſceleri ſcelus ſtirpem fratris virilem interfecit. Quem Halicarnaſſeus Egeſtum appellat.

*Rheam Siluiam*] Plutarchus. hanc alii *Iliam*, alii *Ream*, alii *Siluiam* appellant.

*lupa accurrit*] Euſebius Fauſtulum regii armenti paſtorem ad Accam Laurentiam vxorem ſuam detuliſſe refert, quæ propter pulchritudinem,

A nem, & rapacitatem corporis quæstuosi *lupa* à vicinis appellabatur : vnde ad nostram vsque ætatem, & memoriam meretricum cellulæ *lupanaria* appellantur. De capto *Remo*, & *Romulo* vi se defendente, notanda etiam inter Plutarchum & Liuium nonnulla discrepantia; alter enim ad *Numitorem* primum, alter ad *Amulium* ductum scribit.

*rastro*] Verba ipsa Varronis ponam de lingua Lat. *Hirpices regula cum plurib. dentibus, quam,* B *vt Plaustrum, boues trahunt, vt eruant, quæ in terra sunt, sirpices postea quæ à quibusdam detrita sunt, littera dicti rastelli, vt hirpices serræ leues. Ita quod homo in pratis per fœni secta festucas abiicit abradit à quo abrasu rastelli dicti rastri, quibus dentalibus penitus eradunt terram, atque eruunt, à quo rutrabra dicti*: Virgil. in Georg.

*Multum adeo rastris glebas qui frangit inertes*
*Vimineasque trahit crates, iuuat arua, neque illum*, &c.

C Alii Remum in contentione augurii à Romuleis satellitibus occisum volunt.

## IN CAP. II.

R*Omulus Asylum conuenis*] locus erat sacer, vt Dionysius ait; intermontium saxo circumdatus, vt Ouidius carmen indicat:

*Romulus vt saxo lucum circumdedit alto.*

Latinè *confugium* dici valet: dicitur ab *a* sine, & D *syro, traho*, quia inde aliquem abstrahi nefas fuerat. Vt nunc fit in sacris nostris delubris. Per andistincon autem Ro. & lambda mutantur, vt Pallade disticon iudicat Ro. ce lambda monon coracas colacas tedii sta lipon tasto corax uomolocos ce colax, id est, hæ duæ literæ separant *coruos* & *assentatores*. Idem in reliquis est coruus scurraque assentator & proprie Vomolocos aris insidians exponitur, vt apud Aristotelem in Ethicis deprehendimus. *Asylus* autem cum Lati- E no *i* significat tabanum, vulgo dictum à Græcis œstrum. Verg. in Georg.

*cui nomen asylo*
*Romanum est: œstrum Graii vertere vocantes:*
*Asper, acerba sonans, quo tota exterrita syluis.*

*Asylum* autem illud primi Athenienses statuerũt.

*ludi Consualia*] Varro. dicta à *Conso*, quòd tum feriæ publicę ei Deo, & in circo ad aram eius à sacerdotibus fierent ludi illi: quibus virgines Sabinæ raptę fuere. Titus Liuius *Consum* Neptunum F equestrem appellat. Plutarchus fama est Romulum aram conditam sub terra inuenisse, & à *consilio* nomen inditum, quòd consiliarius foret, siue quòd, &c. de quibus plura apud Dionysium & eundem Plutarchum lege. De *Thalassio* notentur quæ Plutarchus longis verbis enarrat in Romuli vita. Græci *Thalassiam* lanificiũ dicunt.

*Ioui Feretrio*] sic dicto, quia ex voto (auctorib. Plutarcho & Liuio) propriis humeris tulit Romulus, fabricato ad id aptè ferculo; vt Liuianis verbis vtar: & hæc palma duobus tantum contigit postmodum. Cornel. Cosso, & Marco Marcello.

*armillas*] ornamenta vocitata sunt, quæ viri G militares ex auro ab Imperatoribus donati gerũt vtreoli vinatium armillũm autem genus, vt Nonius inquit: vtrumque ab armo, id est, humero, dictum.

*Statori*] quia fecit stare aciem Romanam contra Sabinos, in qua pugna etiam vulneratus Romulus fertur.

*fœdus*] vnde comitium à con & eundo dictũ, quia ibi Tatius cum rege Romano pacta iniit.

*patres*] certè à pietate vel ab honore dicti. H

*luceres*] à Lucumone Thusco, alii à luco Asilii dictos volunt, nec eorum mihi displicet sententia. De morte Romuli ita varia à Plutarcho & Dionysio referuntur, vt satius sit de illa tacere, quàm varias opiniones referre.

*Augustiore*] augustus adiectiuum, sacrum significat ab auium gestu, vel gustatu, quod Ouidius innuit:

*Templa vocant augusta patres, augusta senatus:*
*Templa sacerdotum rite dicata manu.* I

Ennius:

*Augusto augurio postquam inclyta condita Roma est.*

## IN CAP. III.

P*Ost consecrationem*] Interregno legendũ: vt tota sit vna dictio, teste T. Liuio ita scribente & Plutarcho. Nam Patauinus historicus asserit quinque dierum spatio finiebatur imperium, àc per omnes in orbem ibat, annuumq; interual- K lum regni fuit, id abs re (quod nunc quoq; tenet nomen) interregnum appellatum: Græcus verò auctor scribit, cùm ipsi patres centum & quadraginta essent, in parte cuilibet contigisse, cum regalibus insignibus & legitima diis sacra persolueret, imperaretq; facienda sex horas noctis, & sex diei Quirino: tantundem verò Tatio distribuentes Romani interregnum vocant.

*Flamines tres*] quasi filamines à filo lanæ in pilei cacumine lato. L

*virgines Vestales*] de quibus flosculos aliquos è Liuio, Plutarcho, Gellio, & Dionysio, habeto: à Numa Pompilio primo institutas perpetui ignis custodes quatuor, quæ primo decennio facienda discunt: secundo faciunt: reliquo autem decennio alias edocent, post id tempus nubere possunt, honoribus quoq; multis venerantur. Inter quos, si casu in quenquam inciderint ad capitale supplicium ductum, eum necari non licet; si M autem aliqua virginitatẽ perdiderit, viua ad portam, quam Collinam vocant, defodiebatur ibi moritura, Iuuenale teste,

*Sanguine adhuc viuo terram subitura sacerdos.*

Erat sacerdotium Alba oriundum, habens de publico stipendium, eligebatur Vestalis patrima & matrima, inter capiendum à Pontifice Maximo Amata appellabatur.

*Dialem*] Iouialem, nam ὁ Ζεὺς, τοῦ Διὸς Iouem significat.

*Salios*] à saliendo dictos ipsa Etymologia ostendit. (noster autem Martinus Salius ad verum Christum salit:) ferebant autem tunicæ pictæ ite-

ſigne, & ſuper tunicam æneum tegmen, circumferentes. Ancilla ſcuta cum ſolenni cantu & tripudiis.

*Pontificem maximum*] Martii filium ex patribus.

*Iano Gemino*] Ouidius primo Faſtorum:

*Nomina ridebis modo namq; patultuus idem,*
*Et modo ſacrifico clauſius ore vocor.*

*annum in duodecim menſes*] nam prius à Romulo conſtitutus eſt decem tantum: de hac autem ordinatione à Liuio & Plutarcho eliciendũ:

B De *Egeria lympha*, quaſi nympha, per mutationem conſonantis, ſanctus Auguſtinus lib. ſeptimo, capite trigeſimo quinto de ciuitate Dei, ait fontem fuiſſe, ac ſpumam hydromantiæ, id eſt, aquæ diuinationis peritiſſimum fuiſſe.

*ſcrinia cum libris à Terentio quodam*] Valerius Maximus in primo de cultu deorum in agro Petilii ſcribæ ſeptem libros Pontificum Latinos, & totidem Græcos inuentos crematos fuiſſe à Petilio Vrbano prætore, de Græcis ſolum intellige: quia Latinos magna diligentia ſeruandos curarunt.

## IN CAP. IV.

TVLLVS *Hoſtilius*) Nepos erat, Liuio teſte, eius Hoſtilii, qui aduerſus Sabinos nauiter pugnando occubuit.

*Indixit*) De indicendo bello hiſtoricos euolue, vti præferrata haſta in fines hoſtium mitte-

D batur.

*Trigeminorum*) Horatiorum Romanorum, & Curiatiorum Albanorum, qui ſingulari certamine pugnarunt, ita vt Albani Romanis ſuccubuerint.

*perfidia Metii Suſetii*) Qui in bello fidenati deſertor Romanorum, vt proditor à quadrigis laceratus fuit.

*Curiam Hoſtiliam*) Templum erat, vbi Senatus ab eo rege auctus congregabatur.

E *Cælius*) namque, Varrone auctore, à Cælio Vibenio Tuſcho duce nobili dictus, qui cum ſua manu dicitur Romulo auxilio veniſſe.

*paludamentum*) veſtis eſt Imperatoria: Inde *Paludati.*

*tigillum ſororium*) iugum erat, ſcribente Dionyſio, quo duo tigilla recta defigebant, & tertium ſuper duobus illis tranſuerſum imponebãt.

*Ioui Elicio*) Iuppiter Elicius ab eliciẽdo dictus, quia occultis ſacris ratio eliciebatur ab eo fulminum mittendorum, cuius aram Romæ erectam

F ſcimus in Auentino.

*Duumuiros*) ſubaudi capitalium rerum.

*tigillum*) ſub quo capite adoperto, velut ſub iugo iuuenum miſit: vt a cede Sororia expiaretur.

## IN CAP. V.

ANcus *Martius*) è Liuio legendum eſt Ancus, & non Cneus, vt ex eodem corrigendum eſt ex omnium hiſtoricorum teſtimonio.

*Syluas*) vt meſiam, quam Veientibus ademit.

*Salina*) taberna eſt ſalis. Salinator exigens vectigal ſalis, vnde Liuio cognomentum, vt mox G dicetur: hinc Salaria via, ac ipſum Salarium.

*carcerem*) ad terrorem populi, vt Liuius inquit.

*Hoſtiam deduxit Coloniam*) id eſt, nouos habitatores in eam colendam miſit.

*Iurfœtiale*) à fœderibus agendis, quia ſacerdotes haſtam in fines hoſtium mittebant, quando res repetebant.

## IN CAP. VI. H

LVcivs *Tarquinius*] *Tarquinius profugus* ſuaſu vxoris primo Romam migrauit. De aquila regina auium augurium faciente, plura apud Plinium libro x. inuenies.

*minorum gentium*] ad differentiam aliarum ſuperiorum ac maiorum.

*nouacula & cote*] quia rege dicente, vtrum quod mente agitaret, effici poſſet. Cotem nouacula haud cunctanter diſcidiſſe fertur: potentiam artis ſuæ oſtendens hoc miraculo. Noua- I cula raſorium vulgo dicitur, quia videatur renouare hominem.

*Circus maximus*] dictus, quòd in circum ſpectaculis ædificatus eſt, ibi ludi fiant, & quod ibi circum metas fertur pompa, & equi curruntin circum. Horatius

*Metaq; feruidis euitata rotis.*

*Ludos magnos*] Liuius ludos opulentius inſtructos fecit, quàm priores reges; ſolemnes de- K inde annui manſere ludi Romani, magnique varie appellati.

*Murum lapideum*] ait Liuius paraſſe illum non feciſſe.

*prætexta*] toga erat, quæ limbo purpureo prætexebatur puerorum. Iuuenalis,

*Et prætextatos referunt artaxata mores.*

etſi etiam magiſtratuum eſſet.

*bulla*] inſigne erat impendens rotundum, ad ſimilitudinem eius bullæ, quæ ſpiritu in aqua ex- L citatur: Græci alexicacon nominant, Latine amuletum: nam ferebatur ad emoliendas artes magicas: quale tempeſtate noſtra euangelium & coralium dicunt. Notum eſt verum illud adagium, *Homo bulla eſt.*

*immiſſis percuſſoribus*] duobus paſtoribus, qui in regiæ veſtibulo, ſpecie rixæ, & ad regem introducti, dum intentus rex in alterum audiendum ſe totus auerteret, alter elatam ſecurim, in capite deiecit, moribundumque regem reliquit. M

## IN CAP. VII.

SEruius] quaſi ſeruiens eum peperit.

*flammæ ſpecies*] quæ illo experrecto cum ſomno euanuit: ita faſtidium vidit futurum oſtendens, vt ignis pyramidalis eſſe ſolet.

*gener à Tarquinio aſſumptus*] ob eius virtutes bellicas.

*Tanaquil ex altiore*] loco inter tumultum: regiam claudi iubet, arbitros eiecit, ſimulat regem viuere, interim generum adhortatur, vt capeſſat regnum.

Quaſi

A *Quasi precario*] nam alia ipse decernebat, de aliquibus regem consulturum se fingebat.

*Collem Quirinalem & Viminalem*] Varro: Viminalis, à Ioue Vimineo, quòd ibi aræ sunt, vbi viminia nata fuerunt. collis Quirini fanum, est a Quiritibus, qui cum Tatio curribus venerunt Romam, quòd ibi castra habuerunt. Hoc vocabulo cunctarum regionum nomen, ni fallor, obtinuit.

*Exquilias*] Liuius inquit: inde exquilias auget.
B Sunt autem dictæ ab excubiis, quæ ibi fiebant. Constat post eum, (Dionysio teste) vrbem non amplius auctam.

*aggeremque ac fossam*] Intelligit de pomerio prolato, quòd postmænio factum, de quo Liuium lege.

*tribus*] a tributo soluendo.

*classes*] ordines a καλέω voco. Quintilianus primo. Qui cum pueros in classes diuideret, prolixum esset exscribere, quæ Liuius & Dionysius
C afferunt. verum hic pauca pro claritate subiiciam: ordines, quos comprehendebant classes, centum & nonaginta tres erant; continebat enim classis prima cum equitibus octo & nonaginta tres ordines, secunda verò duos & viginti cum opificibus, tertia viginti, quarta duos viginti cum tibicinibus & bucciniftis, quinta deinde triginta; vna autem vltra omnes statuta classis, quæ erat pauperum.

*Dianæ Ephesiæ*] quod, Plinio teste, ab vniuer-
D sa Asia constructum fuit in Ephesó vrbe. Martialis:

*Nec triuia templo molles laudentur honores.*

*Auentinus*] vel ab auibus, vel ab aduentu hominum, vel Auentino rege dictus: variè enim dantur etymologiæ.

*immolare*] à mola salsa tractum, quæ farre & oleo fiebat.

*callidus*] astutus a callo.

*Tarquinius*] Prisci, non Superbi.
E *filios*] legendum est nepotes ex auctoritate historici Halicarnassęi, non enim potuerunt esse filii rationibus ab eo copiose deductis.

*feroces morum similitudo coniunxit*) ita rege secundas volente nuptias.

*dum ad curiam properat*) inquit enim Seruius: quid hoc, Tarquini, rei est? qua tu audacia me viuo vocare ausus es patres aut in sede considere mea? vnde a Tarquinio minaciter respondente interfectus est.
F *vicus sceleratus*) antea Cyprius dictus: sed, quia filia aurigam cunctantem scabello percutiés iussit, coegitque super cadauer paternum currum ducere, inde scelerato nomen fuit.

## IN CAP. VIII.

*TArquinius Superbus*) quia socerum gener sepultura prohibuit.

*regnum sceleste*] nam per amicos pessimos in capitales causas plures illustres viros adduxit. primum quidem nuncios, qui Tullium regno excipere noluissent, deinde etiã ex ceteris, vnde nihil aliud, quàm prædam sperare posset.

*Latinos*] facile eos sibi conciliauit, auctore G
Manilio ac Turno, Herdhonio Feroci eorum duce è medio sublato.

*Pometiam*] è cuius auro & argento ditatus quadraginta talenta habens, Iouis templum in Capitolio fundauit.

*Gabios*] nam filius consilio cum patre communicato transfugit saucius verberatusque virgis sanguine plenus, simulauit se à patre verberatum benigne acceptus demum dux belli legitur. duxerat autem multos equites Romanos exsules H
tyrannidem fugere simulans, tandem re Gabinia in potestate habita nuntium secreto cum literis misit, cui nihil pater respondit, sed cacumina papauerum disiecit: quo signo intellexit capita primorum ciuium truncanda.

*ferias Latinas*] de quibus ita Halicarnassæus: designare templum statuit Romanis, & Latinis, vt conuenientes quocunque anno in designatum locum nundinarent, vnaque vescerentur, ac de cõmunibus extis partem quisq; eorum cape- I
ret: montem verò celsum statuit. Item Albanorum super vrbem collocauit, vbi nundinas quotannis agi voluit, sacrificiaque perfici, continue Latiali Ioui epulas decernens, quas exhibere oportet ad sacrificia vnamquamq; vrbem: has autem solemnitates, & sacrificia Romani vsque ad hæc tempora obseruant, Latinas eas vocantes, feruntque in eas hæc, quæ participes sunt sacrorum vrbes, aliæ agnas, aliæ caseos, aliæ lactis mensuram, aliæ alia fercula. K

*Locos in circo*] Liuius, foros faciendos.

*cloacamque maximam*] receptaculũ omnium purgamentorum vrbis sub terram agendam instituit.

*caput hominis*) idem Liuius ac Dionysius afferunt. Recens videbatur integra facie, ac è consulto haruspicum, Ethruscorumq;, responsum ibi caput mundi fore.

*Ardea*] vrbs Ethruriæ fuit ab augurio auis Ardeæ dictæ, si credimus Virgilio in 7. Æneidos L
scribenti:

*Acrisioneis Danaë fundasse colonis:*
*Præcipiti delata noto locus Ardea quondam*
*Dictus auis, & nunc magnum tenet Ardea nomen.*

Refert autem Turnum in ea regnasse. Idem Ardeliones dicti, multa incipientes, nihil perficientes, & volantes in scientiarũ apices, ignotis principiis. Martialis:

*Vis dicam quid sis? magnus es Ardelio.* M

*filius eius*) alii Egerium Tarquinii filium malunt.

*Lucretiæ stuprum*] de hac narratione nonnullam inter Dionysium, ac Liuium, & talem quidem obseruauimus differentiam. Græcus auctor sentit Lucretiam acerbissimè casum suum ferentem, quàm celerrimè ascendétem vehicula, Romam venisse, vbi se interfecit. Latinus pudicissimæ matronæ internecioné Collatiæ factam scribit, de modo quoque aliquid interesse, sollers considerabit lector. Ouidius graphicè 2. Fastorum describit:

A *Cingitur interea Romanis Ardea signis,*
*Et patitur longas obsidione moras.*
*Dum vacat, & metuunt hostes cōmittere pugnā,*
*Luditur in castris, otia miles agit.*
*Tarquinius, iuuenes socios, dapibusq; meroq;,*
*Accipit ex illis, rege creatus ait.* & reliqua.

*Cumæ*] Strabo: sunt vetustissimum Calcidensium, & Cumeorum ædificium. antiquitate enim cunctas, & Siciliæ & Italiæ vrbes antecellit.

B
## IN CAP. IX.

T*Arquinius Collatinus*] Contubernium nomen est militare, Vegetio auctore scribente. contubernium autem manipulum vocabatur ab eo, quod coniunctis manibus pariter dimicabant: inde ad pacem translatum, quasi sub iisdem tabernis ac domibus comessales viuere soleant.

*coniugem suam*] Ouidius: *Quisque suam laudant studiis certamina crescunt.*
C

*luxu*) Idem, *Ecce nurum regis sparso per colla capillo*
*Inueniunt posito peruigilare mero.*

*Collatiam*) Simulauit negotium habere militare.

*Pudicitiam expugnauit*) Postquam nec precario nec precio obtinuit, dixit, te occidam, famulumque vnum mactans ponam simul corpora vestra, dicam quod indecenter te in complexu
D deprehendens, serui supplicio vos affecerim, iniuriam cognati persequens. Ita vt turpem finem probrique plenum subeas, nec honore sepulturæ corpus tuum dignetur. Ouidius,
*Interimam famulum, cum quo deuicta fereris*
*Succubuit famæ victa puella metu.*

*Illi in exitium regum*) Brutus Collatinus & Lucretius legendum.

*vindicauerint*] vindictam fecerint. nam vindicare, ad se trahere significat.

E
## IN CAP. X.

I*Unius Brutus*] quasi brutorum vitam imitans: Ouidius.
*Brutus erat stulti sapiens mutator vt esset:*
*Tutus ab insidiis dire Superbe tuis.*
Vnde à Græcis Elithius dictus, id est, stultus. Delphos euntibus causa potissima eundi fuit, quia anguis è lignea columna lapsus adeo regem
F terruerat, vt legatos miserit Delphos ad oraculum Apollineum consulendum, quibuscum Brutus ludibrii causa profectus est. Delphi vrbs est in radicibus Parnassi, vbi pendebatur vmbilicus, signum eam vrbem in medio conditam Græciæ, auctore Strabone, nono Cosmographiæ suæ.

*filios suos fratrisq;, quod cum Aquiliis & Vitelliis*] Aquilii erant filii sororis Collatini collegæ: Vitellii autem sororii erant Bruti. Vt autem altius intelligatur hoc facinus: cœnati fortè apud Vitellios conspirati fuerant, vt Liuius, sed, vt Dionysius, apud Aquilios. Interim verò seruorū quidam vini præbitor ex vrbe Cenina captiuus. G
Cuius nomen erat vindices fuf icarus hos viros aliquid moliri praui ob ministrorum ablegationem solus foris restitit ad ostium, sermonesque eorum percipiens, & literas ab omnibus scriptas vidit ad compaginem quandam ostii perspicuam visum adhibens, ac egressus rem detulit ad consules, vt Patauinus scriptor ait: vt Halicarnassæus ad Valerium, qui postea Publicola dictus: quo facto; & per magistratus, maximè à Bruto
sumpto de reis supplicio, tandem eiecti legati H
Tarquinii, Collatinusq; in exilium missus, atque regib. penitus amplius redeundi desperatio facta.

*vulneribus occiderunt*] Liuii verba hæc sunt: Adeoque infestis animis concurrerunt, vt neuter dum hostem vulneraret sui protegendi corporis memor, vt contrario ictu per parmam vterque transfixus duabus hærentes hastis moribundi ex equis lapsi sint.

*A collega laudatus*] Constat apud Roma- I
nos hanc primam orationem funebrem recitatam, inde exordium fuit orationem post mortem clarissimorum virorum factam, in exequiis prædicare, etsi prius Athenienses laudem funeream legi præposuerant his, qui nouissimè pugnando in Arthemisio Salaminæ Marathonæ plateis pro patria occubuerant.

*luxerunt*] pullis ac atris vestibus indutæ fuerunt.

## IN CAP. XI.
K

P*Orsena*] Post bellum à Romana libertate gestum cōtra Veientes ac Tarquinienses arma regibus restituendis capessentes. In quo haud dubie Romani superiores exstitere, potentissimus Ethruriæ rex defensionem atque prælium pro Tarquiniis suscepit, & illico infesto exercitu Romam accelerat non impetratis à senatu Romano per legatos quæ volebat.

*Ianiculum*] a Iano dictum, vt Ianualis porta, L
de qua ita Ianus primo Fastorum:
*Arx mea collis erat, quam vulgus nomine nostro*
*Nuncupat; hæc ætas ianiculumq; vocat.*

*Cocles*] quasi ocles, quia vnum habebat oculum: Plautus, de Coclitum prosapia esse arbitror, nam ii sunt vnoculi.

*pro sublicio*] id est, ante, qui pons liciis, id est, perticis sustinetur: nam totus ligneus erat.

*stetit*] cum duobus aliis Laertio & Herminio.

*Vulcanali*] videlicet, teste Liuio, in Comitio. M
Vulcanalia, Varro à Vulcano, quod ei tum feriæ agebantur, quod eo die populus pro se in ignem animalia mittit.

## IN CAP. XII.

P*Orsena rex Scæuola*] post vstam manum dictus est, quasi à scæua, id est, sinistra, & vola, id est, concauitate: nam dextra inhabilis erat. scæui enim, Vlpiano Iurisconsulto auctore, dicuntur, qui sinistra manu pro dextra vtuntur.

*dexteram*] Martialis, *Hanc spectare manum Porsena non potuit.*

*Trecen-*

A *Tr. centos*] quod falſum erat, ſed ad incutiendum terrorem talia dicebat.

*Acceptis obſidibus*] primo Halicarnaſſeus adfirmat eum conſultaſſe quomodo inſidias vitaret, Aruntemque eius filium dixiſſe vt amicos pro hoſtibus Romanos faceret.

## IN CAP. XIII.

B PORSENA *Clœliam*:] Vergilius: *Tiberim tranaret Clœlia virgo.*

*Statua equeſtris*] donauerat autẽ Porſena eam equo bellico decentibus phaleris armato.

## IN CAP. XIV.

ROmani] cum aduerſum Veientes populos Ethruriæ.

C *priuato nomine*] ac expenſa priuata, vt Liuius refert.

*Fabio conſule*] Ceſone cognominato.

*Ad vnum*] vt ad verbum, neq; eſt dicẽdum de vno ad vnum, neq; de verbo ad verbum obſeruatione authorum de his.

*Fabiis*] Ouidius in faſtis: *Vna dies Fabios ad ad bellum miſerat omnes: Tercentum Fabios perdidit vna dies.*

D *Nefaſtos*] de quibus Ouidius: *Ille nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur.* quando ſcilicet iuſtitia tacet.

*Scelerata*] quæ prius Carmentalis dicebatur. Impuberes appellantur qui nondum primam barbam emiſere nec adhuc qui tali dicuntur à pubelanuginem hic illa circum pudibunda naſcenti maribus decimo quarto anno feminis duodecimo ſubſtantiuum pubis facit adiectiuum puberis E genitiuum mittit Saluſtius: filiumq; eius impuberem ad patrem miſſum.

*Cunctator*] Quia cuncta, id eſt mora pœnum delaſſauit ducem: Vergilius ſexto Æneidos: *Vnus qui nobis cunctando reſtituit rem.*

## IN CAP. XV.

VALERIVS primo Valeſii inde andiſticæ, Quintiliano authore, valerii Tricipitini col-F legæ, qui aliis Tarquinius collatinus dictus eſt, è ciuitate expulſus, expulſor regum, nullã ob aliam cauſam, niſi quia Tarquinius dicebatur, è familia regia, adeo nomen illud inuiſum erat ciuitati.

*Subrogauerat.*:] ſubrogare eſt in locum alterius ſufficere.

*Velia*] dicta. Varrone teſtante, quod ibi vellere lanam ſoliti ſunt paſtores, antiquitus enim vellebant, non tondebant oues.

*Queſtus eſt*] oratione à Tito Liuio ſcripta.

G *Secures etiam faſcibus*] inſtituit enim, conſules vt cum extra vrbem eſſent vterentur ſecuribus, intus vero tantum faſcibus ornarentur.

*Concionem*] orationem, locum, & multitudinem dicimus, Gellio ſcribente, qualis à Græcis Agora nominatur.

*De prouocatione*] ſi magiſtratus aliquis Romanum quemquam interficere verberibusue cœdere, aut mulctare vellet pecuniis, licere vtique priuato illi à magiſtratu ad populum prouocare, patique eum interim à magiſtratu nihil, donec populus ſuffragia de illo ferret. H

*Publice ſepultus*] collatis pecuniis publicis funus, atq; locum in quo combuſtus, atq; ſepultus fuit ei ſoli vſq; ad ętatem meam clarorum in vrbe ciuium, propinquum foro aſſignauit. miſeratione ductus; hoc Dionyſii Halicarnaſſæi interpres tradit.

I

## IN CAP. XVI.

TArquinius eiectus] eiicimus viliter. Ouidius *Turpius eiicitur quam non admittitur hoſpes.*

*Manilius Tuſculanum*] qui concitauit populos contra imperium Romanum vnde bene latio ait.

*Poſthumius Dictator dictus*] hunc primum reperio Romæ dictatorem, qui dictus eſt quia à conſule deberet dici, vel quod daret dictata populo. K

*Regius lacus*] eſt in agro Tuſculano.

*Magiſter equitum*] Spurius Caſſius qui talis erat qualis erat ſub regibus tribunus celerum. dictus autem quia magiſterium ac regimen in equites & accenſos haberet: fuit autem virtus dictatoria ſemeſtris in ſumma rerum niſi neceſſitate conſtituta: qui eam obtinebat merum & mixtum in omnes habebat imperium: Sylla eam perpetuam ſibi primus adrogauit. L

*Aedem communi titulo dedicauit*] Ita, ni fallor, omnino legendum, dicebatur autem Caſtoris ſolum, cum duobus numinibus dedicata eſſet; exſtructa vero fuit ſuper foro, vbi viſa ſunt ſimulacra, & iuxta eam fons ſacer. his diis filius poſthumius dictatoris eam dedicauit. titulus inſcriptionem, honorem: militem rem publicam defendentem indicat. M

## IN CAP. XVII.

QVintus Cincinnatus] dictus à *cincinis* id eſt à prolixis & intortis capillis quos ferebat. Hieronimus cincinatulos pueros, & calamiſtratulos & peregrina vnguenta olentes, ſemper de vita.

A *Abdicauit*]id est exheredauit. Liuius libro tertio. secundo ab vrbe condita. Cæſeo erat Quintius ferox iuuenis tam nobilitate gentis quam corporis magnitudine ac viribus, ad ea munera data à diis ipſe addiderat multa belli decora, facūdiamq; & in foro, vt nemo, non lingua, non manu promptior in ciuitate haberetur. huic à Verginio capitis dies dicta quum eſſet, ſex millibus æris mulctatus eſt, ac dimiſſus, è foro nocte proxima iuſſu Conſulum in Ethruſcos in exſilium B abiit. Diſſentiunt in hoc igitur hiſtorici.

*Bellum*] rupto fœdere; quod cum Romanis priori anno egerat, ſcripti ſunt Romæ duo magni exercitus contra illos.

*Dictus*] à Nautio Conſule. Quinq; enim equites inter ſtationes hoſtium emiſſi Romam pertulere Conſulem, exercitumq; in Algido obſideri.

*Arantem*] Perſius: *Quem trepida ante boues dictaturam induit vxor*: Inſignibus lictoribus & C toga vel magiſtro equitum Tarquinio & Quæſtore Tiro Quinctio.

*Obſidionali*] corona aurea vnius libræ pondo: licet alias graminea daretur: totuſque Minutii exercitus eum patronum ſalutauit.

*Vicit hoſtes*] ſub iugum mittendo.

*ducem*] Gracchum, pluresq; alios iunctos.

*Triumphidie*] in qua militaria ſigna prælata, ſequutus exercitus præda onuſtus, epulæ inſtructæ dicuntur fuiſſe. ante omnium domos, epu-D lanteſque cum triumphali carmine, & ſolennibus focis comeſſantium modo currum ſequuti ſunt.

*Regnum affectantem*] quia diuidebat largiſſime populo frumentum.

IN CAP. XVIII.

MEnenius *Agrippa cognomento lanatus*] à lanugine enaſcente cana cognomentum fuit Capitolini, authore Calepino lexico. itidem Co-E lumella ſecundo de agricolatione vuas amineas lanatas ennaſcente lanugine nuncupat. Humanum cum ſit capite naſci, pedibus efferri, aliqui præpoſtero naſcuntur ortu, quos Plinio authore in ſeptimo quaſi ægripartus appellamus, infauſto omnium ita naſcentium exitu.

*Seceſſiſſet*] authore & duce Sicinio, irata in ſacrum montem ſe contulit, quod à fœneratoribus nimium vexaretur.

*fabula hac*] Æſopeo more conficta; eſt ea nec F vera, nec veroſimilis. vocatur autem alia, Sybarica, & Cilix, & Cypria, ſecundum inuentores nomina mutās. Vicit autem cæteras magis Æſopica: vt nos late in traductione Aphtonii è Græco Latini facti diximus.

*Tribunos plebis.*] duo primum creati: qui tres alios ſubrogauere ſacroſanctos ac inuiolabiles.

*Collatis quadrantibus*] id eſt tribus vnciis, id enim, Priſciano authore, quadrans ſignificat, Liuius ſcribit ſextantibus.

IN CAP. XIX.

CNeus *Martius captis Coriol. vrbe Volſcorum*] vt Creticus à creta: Aphricanus ab aphrica.

*Equum*] inſignitum: G

*Hoſpitem*] vnum charitatis gratia captiuum qui hoſpes fuerat.

*Magno pretio*] nam ratus tempus veniſſe ex ore pauperum frumentum rapiendi, vnde damnatus.

*Volſcos*] in exſilium abiit.

*concitauit.*] Nam quum ludi magni Romæ agerentur: ſimulauit Tullius cum Conſulibus eſſe metuendum à Volſcis; ne ſeditiones in vrbe ſererent: vnde præconis voce eiecti ſunt Volſci extra vrbem; ac ex illa indignatione arma ſumpſere. H

*Lapidem*] Miliarium: quem Cornelius quartum dicit.

*Legationibus*] miſſis; oratores atrox reſponſum tulere, redeuntes iidem, non in caſtra recepti: ſacerdotes cum infulis tertio miſſi nihil profecere.

*Matronæ*] principe Valeriam.

*Comitata*] paſſiue: nam antiqui etiam comito I dixere. Propertius: *Atque vtinam noſtræ comitarent caſtra puellæ*. præterea apud antiquos omnia deponentia erant cōmunia: Vergilius. *Atque vno graditur comitatus* Achate.

*Veturia*] dixit enim viciſti mater.

*Occiſus*] Fabius cum ad ſenium perueniſſe vult.

*Fortunæ muliebri*] ſenatus populuſque decernere: quia è mulieribus ſalus vrbi fuerat.

IN CAP. XX. K

FABIVS AMBVSTVS *Licinio Stoloni*] Stolo ruſticanum vocabulum quod Liciniæ genti inſitum, quia primus inutiles radices ex arboribus eradicabat, quæ à ſtolida fruticatione ſtolones nominantur.

*Tribunus militaris*] ea per plures annos dignitas quotannis pro conſulari viguit, vt Liuius refert.

*Socero*] Fabio qui ſociauit ei filiam.

*Faſces lictorios*] nam moris fuit ingreſſuro domum aliquā magiſtratus per lictores ad dignita- L tem oſtendendam percutere fores: quod Plinius in ſeptimo capite trigeſimo his verbis oſtendit: Pompeius confecto Mithridatico bello intraturus Poſſidonii ſapientiæ profeſſione clari domum, fores percuti de more à lictore vetuit: & faſces lictorios ianuæ ſummiſit Idibus quintilib⁹ decimotertio Iulii æde honoris, cui Romani tem plum virtutis præmio dedicauerint Marcello authore. tranſire equites nihil aliud eſt quam oſtendere ſe bene inſtructos populo viſceratione M quando ſingillatim carnes donabantur.

*Plus centum iugera*] quingenta omnino legendum ex authoritate Titi Liuii, & ita inferius, centum quingenta haberet.

*Emancipati*] exheredati. Manceps vocatur, qui à populo aliquid emebat. cōducebatue: mancipia appellata ſerui, ancillæue emptitiæ, quia in bello capiantur: vnde emancipare. ¶ Priuſquam ſequens caput de legum origine interpreter obiter ſtudioſos iuuenes, maxime iuris peritos, admoneo ne Accurſii ſcriptis quibuſdam commen-

titiiſq;

A titiisq; nugis primo libro digestorum de iuris origine fidem adhibeant.

IN CAP. XXI.

POpulus Romanus *seditiosos magistratus* tribunos plebis violétissimos:hoc aût fuit anno quingentesimo altero, quam cõdita Roma fuit.

*Solonis*] Atheniensis,quem constat è septem sapientibus primarium fuisse: cuius exquisita dicta circumferuntur,vt: *Dicíq, beatus ante obitum nemo supremaq, funera debet* : sententia eius omnino fuit ab Ouidio repetita. B

*XII.tabulis*] primo latæ fuere decẽ confirmante populo ac in bases æneas inscripsere. Liuius cẽturiatis Comitiis x.tabularum leges perlatę sunt, qui nunc quoq; in hoc immenso aliarum super alias aceruatarum legum cumulo fons omnis publici, priuatiq; iuris est. Idem paulo inferius: iam & processerat pars maior anni, & duæ tabulæ legum ad prioris anni.x.tabulas adiectæ erant.

*Corrumpere non posset*] neq; spe neq; prætio.

C *Clientem*.] M.claudium.

*Vindex*] assertor & liberator.

*Poscerer*] vt virginem in seruitutem assereret tanquam è serua sua natam, & in domum Vergi-nii supposita.

*Superuenisset*] à duobus impigris iuuenibus accersitus è castris, antequam litteræ Appii superuenissent scribentis collegis, ne illi darent commeatum,sed in custodiam haberent.

*Addictam*] obligatam. Propertius: *Et trahit* D *addictum sub sua iura virum* --Iam Appius *inquit: Lictor,*] summoue turbam,& da viam domino ad prehendendum mancipium.

*E quo impetrato*] simulans se à nutrice veritatem & filia interrogaturum.

*Occidit*] arrepto cultro lanio.

*Corpus gerens*] discrepant alii historici ab huius sententia,asserẽtes cadauer Romæ relictũ, ipsum vero ad exercitum iratum rediisse.

*X.tr.*] militaribus intellegendum est, Liuio teste,ad vindicandum facinus, *Respersus cruore & telum cruentum tenens.* E

*Auentinum occuparunt*] inde in sacrum montem transierunt.

*In carcere necatus*] alii ipsemet sibi ipsi mortem consciuisse autumant.

IN CAP. XXII.

ROmani ob pestilentiam:] hanc historiam Valerius Maximus, Lucius Florus, Ouidius in fastis illustrant. Æsculapium Apollinis filium, à F Græcis Asclepium decẽ de quo Plinius libro xx. auxit: deinde fama etiam crimine ictum fulmine Æsculapium fabulata, quoniã Tindaridem reuocasset ad vitam. Hinc tamen non cessauit narrare alios reuixisse opera sua clara Troianis tẽporibus.

*Epidaurum* vrbs est Epiri. Quiatus Serenus: *Quicolis Aegeas,qui Pergama:quiq, Epidaurum.*

*In Volumnii tabernaculo.*] Valerius Maximus scribit eo cõscendit, vbi Quinti Ogulini tabernaculum erat, inq; multiplicem orbem per summam quietem est conuolutus:hoc est quod dicit.

*Conspirauit* hoc est,in spiras,& reuolutiones se fecit. Inde conspirare methaphoricè vnionem facere:prope tabernaculum hospitiũ Imperatoris G in castris, quia è tabulis fiebat: hic pro tentorio capitur.

*Antium*] vrbs maritimas regius secessus.

*Paucos dies*] tres.

*Syluam*] in vestibulo templi myrtho frequentibus ramis diffusa.

IN CAP. XXIII.

CVRIVS] *Falisci* populi sunt Ethruri æ, vbi optimi botelli fiebant.

*Veis*] vrbs, Veiens populus: vnde, *Veientanumque rubellum.* H

*Tribuni plebis*] indignatione tabernacula inuenta, qui lamentabantur, non dari plebi, nec per hyemem militiæ requiem, equites tum primum equis suis merere ceperunt.

*P. stmodum crimini datum*] vnde in exsilium abiit, precatus deos, deasq;, si in noxia sibi ea iniuria fieret, primo quoq; tempore desiderium sui ciuitati, ait, ingratæ facerent:

*Senones*] inter Anthesim & Vsentẽ habitarũt, I

*Impetratis*] imo hi, quorum de pœna agebatur, tribuni militum consulari potestate creati sunt.

*Alia fluuius.*] xii. milliaribus Roma distans est, montibus crustumiis affluens in Tiberim. xvi. kalendas augusti. xvii. die Iulii.

*Nefastos*] id est, malos, de quib⁹ superius lege.

*Interfecere*] initio orto à Papiro qui dicitur Gallo barbã suam prolixam permulcenti, Scipione eburneo in caput immisso, iram mouisse. K

*Obsessa*] à Gallis qui omnia flammis in vrbe vastarant.

*Manlio*] qui clangore crepituue anserũ noctu excitus gallicos iã in arcẽ ascendentes deturbauit.

*Dicta: or dictus*] à ceditio: cor sensu omnium in arce existentium. Actus autẽ fuerat per Põtium Cõminiũ impigrum iuuenẽ qui incubans cortici, secũdo Tiberi labens Veios vsq; ad Camillum mandata deferens deceptis custodibus in Capitolium repedabat. L

*Reliquias*] exercitus Romani sparsi. Vergilius. Reliquias Danaum.

*Improuisos*] inter Publium Sulpitium, & Brennum Regulum Gallo, & colloquio interuenien-te, & auro pacto mille pondo tribuno recusante pondera quæ Galli pensuri supra pc nebant: Camillus forte interuenit, auferriq; aurum, & Gallos de medio summoueri iussit; illis vociferanti bus respondit à Sulpitio tribuno minori magistratu iussionẽ nullius loci esse, conuentam cum hostibus; cumq; ad manus ventum foret, deniq; M tanta strages Gallorũ Gabina via facta; vt ne quidem nuncius cladis superfuerit:

*Detinuit*] facunda oratione, in qua ostendit tercentum, & vnum & sexagesimũ annum prætersisse, quibus fortuna recte steterat; ne expertis inexperta præferrent. Præterea firmauit populum vox audita: signifer statue signum; hic optime manebimus ad illud Iuuenalis respexit: *Veios migrare Quirites.*

IN CAP. XXIV.

MAnlius ob defensum Capitoliũ] à Gallis, clangore anseris excitus: vt superius dictum.

A *Militaribus donis*] id est, armillis, phalerisq;. Plinius libro septimo ca. xxv11. de illo fato ante xx11. annos bina ceperat spolia, primus omnium eques Romanus coronam muralem acceperat, ciuicas xxxv11, dona xxx111.

*cicatrices*] aduerso corpore exceperat, Publium Seruilium Magistrum equitum seruarat, ipse vulneratus humerum ac femur. Liuius ait, dic dicta illum tulisse spolia hostium cæsorum ad. xxx. dona Imperatorum ad cccc. quibus sine fœnore
B expensas pecunias tulisset Farre in maxima fame, obsessis Ro. à Gallis. Far primum frumentum, inde farina, inde conferreo, as, conferreatio.

*Ampliatus*] ampliare est, vt Asconius Decianus in diuinatione inquit, cum de alicuius capite agebatur, & scribebatur *non* & *.l.* qua significabant, non liquere, neq; condemnabant, neq; absoluebāt, sed differebant causam, nam signum condemnationis erat. C. absolutionis. ab.

*Gentilitas eius*] gentis Manliæ decreto, ne
C quis Manilius vocaretur.

In Cap. XXV.

FIDENATES *Legatos*] ii iussu Lartis Tolumnii Veientium regis ad quem confugerant.

*Quintus Cincinnatus*] *Liuius* quarto ait Marcum Æmilium fuisse dictatorem. Q. Cincinatum filium magistrum equitum.

*Cor Cossum*] is à Romulo secundus spolia opima ab operibus vel opibus dicta, tulit. Tertius
D M. Marcellus extitit, victo Gallorum duce Viridomaro, de Feretrio, Romulo vidimus.

In Cap. XXVI.

P *Decius Mus*] duo fuere Decii, quorum alter se pro republica Ro. alter Gallica deuouere. Mus cognomen.

*Gaurus*] mons est propinquus Massico.

*Ciuica corona*] teste Gellio in noctibus atticis dabatur ei, qui ciuem seruasset, locum tenuisset,
E hostem interfecisset. Lucanus. *Seruati ciuis referentem præmia quercum*, querna autem fiebat ad ostendendum victum glandium antiquorum: *obsidionalis*] graminea dabatur, quia in locis obsessis & desertis nascitur.

*Deuouit*] præeunte patre patrato, & verba quedam in signum vetustatis latentia canente, quæ libro v111. T. Liuii leges, etiam canente Iuuenale: *Esse aliquos manes & subterranea regna.*

F In Cap. XXVII.

DECIVS Decii filius. *Cereri* Cererem terram Varro, ac alii philosophi interpretantur, quia gerat omnia, id est, procreet: inde multus fabulæ locus datus est.

*solennia verba*] hæc erant. latie Iuppiter: Mars pater, quirine bellona Lares bininouensiles, dii indigetes, diui quorum potestas nostrorum hostium quæ manes vos precor veneror, veniam peto feroq; vti populo Romano quiritum vi, victoriamq; prosperetur, hostes porro Quiritum terrore formidineq; morteq; afficiatis.

In Cap. XXVIII. G

T*itus Manlius Torquatus*] primus in ea familia agnomen hoc à torque adepto habuit.

*Dicere diem*] est accusare Pompeio. vrgentibus Seruilio Hala &. L. Gennutio consulibus.

*Dimittere accusationem*] ac iurare coegit se patris eius eam nunquam consilium plebis habiturum, aliter extemplo eum transfixurum.

*Prouocatorem*] quem maxima voce, inquit, quę fortissimum virum Roma habet, procedat ad H
pugnam vt nostrum duorum euentus ostendat, vtra gens bello sit melior.

*Ceruix*] pars ex colli dicta, quia inde à cerebro canale oritur.

*Pugnasses*] licet victor inde. vnde *Imperia Manliana* superbia dicta fuere.

In Cap. XXIX.

R*eliquias Senonum*] hanc historiam Titus Li- I
uius septimo, secundo ab vrbe condita. Gellius lib. v111. cap. x1. eleganter tradidere: hoc autem fuit L. Furio cl. Appio consulibus.

*Victo*] vna à Consule centum bobus & corona aurea donatus est.

*Aes alienum*] dicitur quod nos aliis debemus vulgo debitum vocant.

In Cap. XXX. K

CAIVS Veturius *Transfugas* milites: & pastorum habitu, immittit: Pecoraque diuersos alium alibi haud procul Romanis pascer. Libro nono latissime hæc historia à Liuio refertur.

In Cap. XXXI.

L*ucius Papirius.*] *Cursor* is est, quem Liuius Alexandro magno comparat, si is in Italiam L
venisset ad auspicia repetenda; quia Romani nihil belli, domi, nisi captatis auspiciis, agebant.

*Pater lachrymis*] nam adulescens, & pater. M. Fabius contentionis die prorupere ad genua, & deprecati, dictatoriæque dignitatis obliti sunt, & multa alia, quæ libro octauo historiæ Liuianæ eleganter videbis.

*Præneste* dicitur, Seruio teste ἀπὸ τῶν πρίνων, ilicibus ibi nascentibus.

In Cap. XXXII. M

F*Abius*] Rutilianus. *Marsi* populi Campaniæ à Marso Circes & Vlissis filio qui etiam excantare venena dicebantur.

*Libertinos*] Liuius nono secundi ab vrbe condita. Fabius simul, concordiæ causa ne, humillimorum in manu commitia essent, omnem forensem turbam excretam in quatuor tribus coiecit, vrbanasq; eas appellauit, adeoq; eā rem acceptam gratis animis ferunt, vt Maximi cognomen, quod tot victoriis non pepererat, hac ordinum temperatione pararit: ab eodem institutum dicitur; vt equites idibus quintilibus transueherentur.

In

A

## In Cap. XXXIII.

*Curius Dentatus*] ab eminentiori dente cognominatus.

*Superum mare*] decimũ, quod tendit supra polum arcticum versus. Vergilius: An mare quid supra, memorem, quodq; alluit infra. Hadriaticum & Venetum aliter dicunt.

*Ouans.*] i. minori triumpho vtens, Nam in ouatione magnum à triumpho discrimen fiebat, in B cedebat namq; ouans equo albo, corona myrtea coronatus: sed triumphans, in curru; laurea insignitus.

*Pirrhum*] qui accersitus à Tarentinis stipẽdio, dux primus ductu elephantorum Romanum terruit imperium.

*Esse*] comedere in xeniis Martialis: Romulus esse solet.

*Et aurum habentibus imperare*] dignã profecto Romano patritio, ac ingenua liberalitate vo- C cem. Vtinam aliqui sæculi nostri principes ita agerent, qui aures delationibus quibuscũq; patefacientes, iam quadruplatoribus effectis, nil aliud continuis votis optant, nisi vt subiecti qualibuscumq; causis circumuenti sint, necnon sæpe falso fiscum augent, vt illud Manilii astrologi canant: Luxuriamque lucris emimus, luxuque rapinas, Et summum pretium est census effundere censum; Excellentissima vero Sabaudiæ domus id sequitur, vt magis habẽtibus pecuniam D imperare gaudeat: quam possidere velit.

*Cadus*] vase quo vinum cadit.

*Aniem*] siue Anio, fluuius est, quem vulgo Fiueronum dicunt: oritur autem ex Trebanorum montibus: insignis est victoria Tulli Hostilii regis

*Patres authores*] nam antea plebeio magistratui decretum suum non interponebant.

## In Cap. XXXIV.

E *Appius Claudius cæcus Claudius*] constat, Liuio, Suetonioq; testibus, clausios à Sabinis Romam migrasse, inde claudios dictos, quorum familia duplex exstitit, *altera patritia, altera plebeia.*

*Libertinos*] non ingenuos, ac nobiles: est enim eius antitheton: erant autem serui publici. Potitii nam, qui ab Euandro edocti, antistites eius sacri per multas ætates fuerant, quia inuitati ad solenne herculeum conuiuium, præsto adfuere, F pinarii autem extis adesis ad cæteram dapem venere, vnde non vescebantur extis solennibus. Vergil. Et domus herculei custos pinaria sacri.

*Acerrime restitit*] quamuis obtinere non potuit. Creber autẽ est hic historic⁹ in exornatione rhetorica similiter desinenti dicta, quando in eandem terminationẽ verba desinunt de qua vide abunde Ciceronem libro vltimo ad Herennium.

*Fabius solus*] sed cum decio, qui deinde se deuouit.

*Viam*] quæ Appia dicta est. Mar. Appia quam simili venerandus in Hercule Cæsar.

*Brundisium*] vrbs Apuliæ habens portum à G lucano in formam ceruinam descriptum, inde Mesapiorum lingua vrbi nomen.

*Lapidibus strauit*] quod litostratum, dicitur, ingrediente & latina dictione.

*Anienem*] inde ab eo Claudiam nominatam.

*Pretio quereretur*] affectabat Cyneas, vt rex Pyrrhus componendæ pacis causa in vrbem reciperetur, quo dissuadente noluit.

H

## In Cap. XXXV.

*Pyrrhus*] de cuius origine Plutarchum lege.

*Apollinem*] Delphicum: Aiote æacida. de qua rhethoricos consule, qui dicunt Amphibologiam: quia oraculum aliter intellegebat ipsum victum iri.

*Tarentinis*] quibus in dictum erat bellum quia spoliauerant mercatores Romanos atq; legatos lotio asperserant. I

*Heraclea*] vrbs inter Apuliam & Metapontum. & Siciliam, ab ipso hercule dicta quæ græce hiraclis dicitur.

*Elephantorum nouitate*] qui Romanos conturiuerunt equos.

*Leuinum*] mendosa est apud Plutarchum dictio Albinum.

*Exercitus robur*] nam optimos certe ex amicis, & ex ducibus, & quib⁹ maxime fidebat amisit.

*Captiuos Fabricio gratis dedit*] cognita magnanimitate illius, quando pecuniam à rege capere K noluit, hoc tamen pacto dati sunt, vt si pax non fieret, postquam cum parentibus & domesticis Saturnalia peregissent, ad eum reuerterentur.

*Hidra*] *eadem & excedra est* monuitq; Fabricius Pyrrhum, vt ab insidiis medici caueret, vnde captiuos gratis dedit secundum fabulas, diuersa gerebat capita, historice aqua fuit: cum Hercules occlusisset riuum, enascebantur alii, nam ὕδωρ, αὐτός aquam significat: ita Pyrrhus finito vno præ- L lio Ro. alia experiri cogebatur.

*Tarentum*] vrbs est Apuliæ à Tara Neptuni filio dictum.

*Locri*] Siciliæ oppidum est, etsi in Italia, etiam plures exstitere, nam & Locros apud Strabonem quinto ac sexto reperies Naritios, Epizefeiriosq; & Ozolas,

*Pecuniam auehere*] Valerius max. de neglecta religione: cum onustus nefaria præda nauigaret, vi subitæ tempestatis tota cum classe vicinis deæ M littoribus elisus est, in quibus pecunia incolumis reperta, sanctissimi thesauri custodię restituta est.

*Ictu regulæ*] hasta percussus per thoracem, cum in percussore telũ adegisset, mater forte desuper cum ceteris feminis pugnam spectabat, quæ cognito filii periculo, & ob id formidans, ambabus manibus sublatã tegulam in caput Pyrrhi dimisit. Plura à Plutarcho in uita eius excerpe.

## In Cap. XXXVI.

*Volscini*] Ethruriæ populi.

*luxuria*] omnium rerum superfluitas dicitur. Quod ille indicauit signate: *Luxuriam fugito simul & vitare memento.*

A *Manumitterent.*]i.liberarent,quasi extra manum in potestatem emitterent.

*de murena*] à viuariis murenarum piscium primus in ea familia cognomen meruit: Martialis: Quæ natat in siculo grandis murena profundo.

### In Cap. XXXVII.

APpius Clavdivs *caudex codex* vtrumq; vt plaustrum plostrum.est autem id dictum lignum crassioris materiæ inde caudicariæ naues dictæ: Salustius.quædam ibi naues codicariæ per
B hiemem fabricatæ occulte aderant. debet autem legi: *victis Cartaginensibus cognomento caudex* testimonio Senecæ in epistolis scribentis eum primo punico bello victis Cartaginiensibus classe, id meruisse cognomen; quod & Lucius Florus in Liuii epitomis iis verbis innuit: Origo Carthaginiensium,& primordia vrbis referuntur: contra quos,& Hieronem regem Syracusanorum auxilium Mamertinis ferendum censuit senatus,tum primum mare equitibus Romanis transgressis
C aduersus Hieronem sæpius bene pugnatum.

*Mamertini*]Polibius: Claudius Consul traducere copias in Siciliam, & Mamertinis opem ferre iussus profectionē parabat: Mamertini autem de populi; Romani decreto certiores facti, Cartaginiensem præfectum, qui in arce positus erat, circumsistunt, vna cum præsidio deiiciunt, post liberius Consulem Romanum per litteras vocāt Mamertini.de quorū vino Martialem in distichis lege: Amphora Nestorea Mamertina senecta.

D *naue*]lembo.

*Rhegium* ] vrbs est Siciliæ dictum à ragene.i. frangere authore Strabone, nā quondam Italia coniuncta existente Sicilia inde conuulsa fuit,ac remansit hæc vrbs in Sicilia.

*Quinquiremes*] à quinto ordine sediliū,in quibus remi ducebantur,vt biremes,Verg: Hęc loca vi quondā, & vasta cōuulsa ruina(Tamē æui longinqua valet mutare vetustas) Dissiluisse ferūt,cū protinus vtraq; tellus Vna foret,venit medio vi-
E pontus,& vndis Hesperiū Siculo latus abscidit;aruaq;,& vrbes Littore diductas, angusto interluit æstu: & reliqua.

*Messana*]à quib⁹ Messalę.Martialis: Hūc Numidæ faciunt,illum Messana superbum.

*Syracusa*] metropolis Siciliæ vrbs quidem amœnissima exstitit.

*Hierona* ] vicit. Polibius: nec Hieron quidem detrectauit certamē,sed obuiam Cōsuli egressus acie structa dimicauit: pugnatum est aliquādiu ę-
F quo Marte,tandē vero prælii exitus fuit, vt Romani victores magna parte hostium cęsa Regem nudatum pene omnibus copiis vsq;in castra prosequerentur.

### In Cap. XXXVIII.

CNeus *Duellius*]Lucius Florus libro decimo septimo ita infit: Duellius Consul aduersus,classem Pœnorum prospere nauigauit, primusque omnium Romanorum ducum Naualis victoriæ duxit triumphum, ob quam causam ei perpetuus honor habitus est, vt reuertēti à cœna tibicines canerent,& funale præferretur: Quod autē hic ait Cornelius de Hierone, confirmat idē Florus & Polibius Hieronis exitu: Ita tandē vero G
pax Hieroni iis ferme conditionibus data est, & post eā pacē Hiero in populi Romani tutela vsq; ad finē permansit, felix omniū græcorū, fortunatusq; regnauit. idē inibi scribit: Hannibal dux Pœnorum victa classe,cui præfuerat, a militibus suis in crucem sublatus est.

*Coruos*]idem huic igitur parti metuentes Romani quo ludificandi facultatem præripiāt hosti coruos, quos possent reuocare, singulis aptant nauibus. Ea fuit machina in hunc modum stru- H
cta. ligneum robur in prora destinabatur, lōgitudine quatuor vlnarum, latitudine vero triū palmorum super id robur Tabulæ inherentes scalas conficiebāt, quarū erat latitudo pedum quatuor: lōgitudo vlnarum sex: hæ rursus ab vtroq; latere gemino, adusq; munitæ erāt, in harū vero extremo ferrum erat in mali formā acutum, anulusq; insuper fune illigatus imminētem machinā sustētabat: vt ergo adherebat hostium nauis, laxato fune scalæ dimittebātur, ferrum pōdere ac vi ro- I
boris super hostilem nauē delaspsum figebatur. Adagium vetus, hic coruus est.i.impudicus.nam vulgus coruos ore coire putat, Mar. Corue salutator, quare fellator haberis? &,nec minus, trahi posset hoc prouerbium pro rapaci homine, secundum illud græcum, vomolocos NE colax coruus aris (de quo superius in Romulo diximus) insidians, profecto illud, nullum animal coruo obliuiosius; verum habetur.

*Funali*]autem.i.cæreo è funibus contexto. K

### In Cap. XXXIX.

ATtilius Calatinus *Aena*] vrbs est Siciliæ ad differentiā ætnæ mōtis. Valerius Maximus: de cultu deorum, Aenam, quam eius sacra inde orta credebant, quindecim viros ad eam propitiandam miserunt, licet alii etiam æthnam legant.

*Drepanum*]vrbs in modum falcis.nam drepanon græci falcē dicunt, famosa est Anchisæ morte. In Lilibeum triquætra Sicilia habet Pelorum, Italiam versus Pachinum, Græciam lilibeum, A- L
phricā Panhormum oppidum, vnde Pāhormitano Iuris cōsultissimo perductio. Florus inquit, Attilius Calatinus Cōsul, cum in locum iniquum à Pœnis circumsessum temere venisset, Marci Calpurnii Tribuni militum virtute & opera euasit, qui quum trecentis militibus eruptione facta hostes in se conuertit, Polibius: Nactiq; in medio hostes frequentes, eorum naues plenas capiunt, reliquę in littus adactæ franguntur, Romani tribus maximis prælis hostibus superatis M
vbiq; victoria potiti fuerunt, fractæ sunt in his præliis Romanorum naues quatuor & viginti, Cartaginiensium vero supra triginta, plena autē nulla à Carthaginiensibus capta, ipsorum vero quatuor & sexaginta Romani plenas cepere.

### In Cap. XL.

ATtilius *Regulus*]de quo Florus epitome decimaseptima plura scribit: *conquestum esse in Senatu Regulum per litteras, quod agellus eius à* mercenariis deuastaretur.

*Salentini*]populi sunt Apuliæ, Vergilius: Et Salentinos obsedit milite cāpos, Licius Idomene⁹:

Addit

A Addit Polybius per hoc tempus apud Bragadam fluuium castra habens Marc. Attilius serpentem horrendæ magnitudinis apud ripas eius fluminis stabulantē balistis,& catapultis oppugnatum occidit,cuius postea corium Romam delatū viginti pedum longitudinem habuisse, quidam memoriæ prodiderunt.

*Legatus*] alii scribunt duos legatos de permutandis captiuis missos. Historiæ Gellii, Valerii & Ciceronis huius patientiam miris laudib.ac præ-
B coniis extollunt, vbi Gellianū illud non tacebo, positum esse in vase muricib. i.lapillis, acutis, seu ferreis stimulis, quales sunt spinæ muricum piscium:cogebaturq; interdiu aciem oculorum defatigare in radiis solarib. perpendiculariter inspiciendis, noctu verò ne dormiret, peruigilio exagitabatur. Conditionem dissuasit,asserens venenum temporarium à Carthaginensib. illi datum, vt permutatio nulla fieret.

*reiicere*] est morbosum aliquid, ac displicens
C ablegare. Inde oues reiculæ dictæ.

*regressus*) non ignarus ad quos crudeles hostes reuerteretur.

IN CAP. XLI.

LVctatius Catulus] Polybius inquit: Quamobrem vbi pugnari cœptum est, confestim, vt par erat,à Romanis superantur,centum viginti naues in ea pugna Carthaginenses amisere:harum duædequinquaginta summersæ, fractæque sunt, reliquæ verò captæ; fugientibus ex prælio
D plurimum opitulata est venti subita mutatio: qui statim post fugam contrario, quàm prius impetu flare cæpit: itaq; velis sublatis, cursum sequentiū antevenere, & ad Hieronesum, vnde prius soluerant,se ex fuga receperunt:Consul post præliū cum tota classe Lylibeum rediit, ibi laudatis, donatisq; militibus,cetera intento studio persequebantur. Carthaginenses, vbi superatum Hannonem, profligatamque classem intellexere. præter spem tanta clade percussi, quo se verterent, ne-
E sciebant. de quo ita Lucius Florus centesimo lib. Luctatius Consul victa ad Ægathes insulas classe Pœnorum finem bello posuit: petentibus Carthaginensibus pax data. Silius Italicus: auet Ægathes abolere nefandum dedecus.

*commeatus*) annonā castrensem & libertatē significare notius est,quā vt declaratione indigeat.

*insulis infra Italiam Aphricamq, decederent*] Plinius lib.5. cap.8. Insulas in Aphricam versus Gaurum Anelitamq;, & alias commemorat, citra verò Siciliā ex aduerso Methauri annis XXII.
F fermè millia passuum ab Italia septem Æoliæ appellatæ. Notum autem est nō solum insulas poni pro locis vndiq; ab aquis circumfluis,sed etiam pro ædibus vicinitatem aliarum nequaquam habentibus, vt Suetonius, Dominos, ait, insularū.

*Hiberus*) fluuius Hispaniæ, à quo dicta Hiberia. & Lucanus inquit: Profugique à gente vetusta Gallorum Celtæ nomen miscentis Hiberis.

IN CAP. XLII.

HAnnibal] iurauit quidem annorū nouem. De hoc intellexit Iuuenalis:

*Hoc puer ad Lybicas iurarat Hannibal aras.* G

*Saguntum*] Non referam singula, quæ à Tito Liuio lib. 5. secundi belli Punici, & à Plutarch. in vita Hannibalis referantur, neque enim officii mei est transcribere, verum interpretari. est autē Saguntum vrbs Hispaniæ ab Herculis socio Saguntino dicta. Silius Italicus primo:

*Haud procul Herculeo tollunt se littore muri,*
*Clementer crescendo iugo, quis nobile nomen*
*Conditus excelso sacrauit Colle Hiacintos*
*Patris Hamilcaris.* H

*eo mortuo*) Tacet Cornelius Hannibalem defuncto patre militasse per octo annos sub fororio Hannibale.

*euertit*) intra octauum mensem, dum vltro citroq; tempus legationib. teritur, dum à Carthaginensib. Romanæ legationes deluduntur, sera tandem penitentia succurrendi: Ro. cepit Alpibus patefactis antea solo Herculi peruiis: inde Graiæ dictæ. Constat autem venisse per montē Iouis, quem vulgo Cinisum appellant, Gebennas I versus tendentem, partem eius Rupiolæ, & Durandū vocitant, qui ex altero latere flumen Druentiam, ex altero exitum in Taurinos habet: id Plutarch. sentire videtur: definant igitur garrire Amusoteri de cauata via atq; manufacta ad saltus Augustæ Cæsareæ: nam quomodò oppidum Taurinum expugnasset? vetustissima namq; etiam inclyta hac in vrbe plura venerādæ antiquitatis monumenta profectò spectaremus,quæ,asserente Eustachio Homerico interprete, ab Eri- K dano eodemque Phaethonte binomini condita fuit, qui Solis Ægypti filius per Nilū magna classe in mare nauigans,cum Genuino socio, Genuæ Ligustæ, deinde fundatore, post longas peregrinationes, tandem in hanc amplissimam atq; fertilem planiciem deuenit:hominesq; rudes & agrestes, feroces tamen, comperiens, ratus se ingenio proprio eorum superaturum ferociam,penes Padum cōsedit,Eridanumq; condidit,Taurinum dictū,ab armentoso loco,à copia taurorum, L seu boum ferunt originem vocabuli: circumferuntq; pictum nostri conciues palam tauri vexillum: non desunt scribentes à ripis Padi cornua taurina referentibus, vel à murmure aquæ mugitum huiusce animalis imitante, quia pluribus hic augetur fluminibus taurinum nuncupatum exstitisse. Foribus domus mei gymnamnasii scholastici adstat currus Phaethonteus marmoreus. Romani certe hic, vtpote in commune totius Galliæ Cisalpinæ,acTransalpinæ di- M uersorium, diuertere solebant, vti epitaphium à me inuentum in marmoreo conditorio sacelli D. Viti vltra Padum indicat hac inscriptione:C.Rutilio Gallo Consuli.De quo præfecto Romæ sub Domitiano Iuuenalis: & custos Gallicus vrbis, marmoreum hunc lapidem sacrum, canonicorū collegium D.Ioannis tutelaris nostri sancti mihi dono munificentissime dedit. Licet etiam pro vrbis huius priscis, & sacris mœnibus memoriosas antiquitates cognoscere, quarum portiunculam fideliter, vt reperi, hic subscribam. In parieti-

A bus magnifici Scipionis Charæ, Anneo M.F.Se-
necæ,aliud affixum turri diui Saluatoris, P.Cor-
nelio, L. F. T. el decurioni, A.P.iudici, dec.IV.
Cornelia,P.fil.Prisca,T.F. Aliud in eisdem cimi-
terio Petronia, M. F. Marcellina. T. F. Aliud in
templo eiusdem, V.F.P.Albutius, C.F. & C.Al-
butius Sabinus fratres sibi & C. Albutio, C.F.
Rufo patri. aliud ibidem: Plancus curator vete-
ranorum leg.IIII.Macedonicæ decuriæ, T.F.I.
Aliud ibidem. Plancus curator veteranorũ leg.
B IIII. Macedonicæ decurio, T. F. I. aliud ibidem,
L.Poetius,M.F.S.Tel.Quartus veteranus. Aliud
ibidem,Statius Albutius &P. Albutio adiuctori.

SCOS

Aliud ibidem:aliud in antiquo pariete Q S Li-
tio.P.F. Attilio agrico. cos. VII. Vir.Epu. legato
Proprai Imp. Neruæ. ces. Prouinciæ. be. leg. VI.
ferrat. leg. citerioris. his prætori edili. Cur. Iul.
Vespasiano trib. M. lice. x.viro, S.til.T. Aliud in
templo diuæ virginis. V.F.C. Publicius primige-
C nitus sibi & Turrianæ. Aliud ibidem P.Æbutius.
P.lib.Menuio. aug. sibi & Æbutiæ. M. L. L. Eli-
beræ & delicatæ suæ. T.F.Io.infermo:vtinam his
omissis antiquitatibus, Hannibal in Taurinos
veniens pulcherrimum illud amphitheatrum ex-
tra portam marmoream, euanescens, ac obsole-
tum minime solo æquasset.

*Scipionem*) de quo erat actum, ni eum filius
periclitantem seruasset.

*Trebia*] ex Appennino in Padum fluit, vulgo
D Treuiam accolæ vocitant.

*Sempronius Longus*] qui consul ex Sicilia ac-
cersitus fuerat, vt duo exercitus iungerentur.

*Thrasumenus lacus*] est penes Perusiam. Oui-
dius in Fastis,

*Sint tibi Flamminii, Thrasumenaq; littora testes:*
*Per volucres, æquos multa mouere deos.*

De quo prælio lege Titum Liuium secundo belli
Punici, in quo ipse dux ab equite, cui Ducario
nomen erat, interfectus fuit.

E *Cannæ*] vicus Apuliæ, vbi temeritate M.Te-
rentii Varronis accepta clade, qui è laniara taber-
na fortunæ ludibrio ad fastigiũ Consulatus per-
uenerat. Iamq; magis indignandum.

*Paulum*] Æmilium Cordatum, sagacissimum-
que Consulem pro patria occubuisse.

*Varroni*] verò obuiam itum superstiti, actæq;
gratiæ, quia de repub. non desperasset, qui si Car-
thaginensis fuisset, malo consilio atque ductu
suo in crucem haud dubiè eleuatus fuisset: nec
F prolixus in his historiis ero, quia huius Plutar-
chus & Silius Italicus nocturna diurnaq; manu
euoluendi. Illud constat tres modios annulorum
aureorum ab Hannibale collectos; ea autẽ tem-
pestate soli equites annulos ferebant. Iuuenalis:

*Cannarum vindex, & tanti sanguinis vltor*
*Anulus.*

*cumq; per vrbem ad tertium ab vrbe lapidem*
*castra posuisset*] cum duobus millibus equitũ Ro-
mam speculatus ac per triduum conserto certa-
mine semper prælio incepto vi tempestatis dis-
tractus est: adeo vt dixerit Hannibal potiundæ
sibi vrbis Romanæ, modo mentem nõ dari, mò- G
dò fortunam.

*in deliciis*] ob Capuam & Salapiam, vbi amo-
re etiam puellæ captus, tantus imperator est mol-
litus: nam post Feroniæ opulentissimũ templum
depopulatum, in Brutios Lucanosq; contendit.

*frustratus*] quando Hannibalẽ lassando mo-
ra vicit, vt inferius leges.

*à Valerio Flacco repulsus*] apud alios auctores
Fuluio melius scribitur, cum Appio collega in
Consulatu, Capuam cepit, quæ ad Hannibalem H
desciuerat, Senatumq; Campanum ad palum de-
ligatum securi percussit, absconsis in sinu literis
Roma missis, quibus eis parcere iubebatur.

*Graccho & Marcello*] qui ambo infaustè
periere, nam Gracchus dux apud Herdoniam
obsidendam vrbem segnescens atq; incautus ab
Hannibale cum magna parte copiarum occisus
fuit: Marcellus autem cum Crispino collega ex-
ploraturi tumulum, qui medius inter castra Pu-
nica Romanaque, insidiis Pœni circumuenti pe- I
riere.

*à Scipione superatus*] apud Zammam vrbẽ, au-
ctore Plutarcho, vbi secundissimũ prælium Ro-
manis fuit, maxime Lælio & Massinissa adiuuan-
tibus, elephantosq; perturbantibus, constat su-
pra viginti millia hostium eo die à Romanis cæ-
sa tantundem prope capta: ipse Hannibal dux ad
vltimum euentum pugnæ moratus è media cæ-
de cum paucis effugit: accersitus deinde Cartha-
ginem persuasit, vt pacis conditiones à Roma-
nis reciperent, quibus captis, & pœnitentia affe- K
ctis, à popularibus exsilio mulctatus.

*ad Antiochum Syriæ regem peruenit*] quem cõ-
tra Romanos inflammauit, quo à Scipione vi-
cto, quum inter conditiones pacis de Hannibale
Romanis dedendo ageretur.

*ad Prusiam*] confugit, legatione Titi Flami-
nii missi ad cõciliandos reges Eumenem ac Pru-
siam, impetrauit Romanus legatus magna con-
tentione, vt ei omnino Hannibal dederetur; ita- L
que à militibus regis frequentibus, obsesso vndi-
que eius diuersorio, quum se euadere non posse
cognouisset, quidam epoto sanguine taurino: fi-
deliores scriptores, quod sub gemma suberat, ve-
neno epoto, mortem sibi ipsi consciuisse asse-
runt, prius effatum: Soluamus ingenti cura pop.
Romanum.

*Libyssa*) in Bythinia vicus est iuxta littus, de
quo vulgatum carmen erat: corpus Hannibalis
Libyssa tumulabit terra. M

## IN CAP. XLIII.

F*Abius Maximus*] Maximi cognomen idem
principium habuit, teste Liuio, in hac familia,
ab eo primum, qui omnem turbam excretam in
quatuor tribus coniecit, easq; vrbanas appella-
uit, & instituit equites idibus quintilibus trans-
uehi.

*Cunctator*] à cuncta mora, vt prospicito cun-
cta mora qua Hannibalem vicit. Virg. 6. Æneid.

*cunctando restituit rem.*

*Veru-*

A *Verucosus*] quod paruam elationis carnem innatam in superiori labri extremitate habebat: veruca enim id significat, & omnem summitatem. Vt apud Gellium. In montis veruca.

*Ligures*] populi ab Alpibus ad mare vsq; inferum alias Ligusticum & Tyrrhenum dicuntur, vel à Ligure rege, vel à leguminum copia.

*aequari sibi passus*] ob querelas crebras Romae de ipsius negligentia iactatas maxime à Metello Tribuno plebis persuadente.

B *periclitanti*) actum de illo erat: nisi succurrisset aduersus Hannibalis vaframéta, ob quod beneficium acceptum patrem optimum eum Minutius nominauit deposita imperii dignitate, vt constanti ac experto duci parentissimus foret.

*Falernum*] oppidum Campaniae vini generositate celebre.

*infrequenti*] quia amore pellicis raro in castra veniebat.

*ab hostibus*) Carthaginensibus.

C *recepit*] per causam cuiusdam adolescentis Tarentini, qui habebat, militans sub Fabio, sororem in vrbe sibi amantissimam, fidelissimamq; amatam à Brutio iuuene, vrbi ab Hannibale praeposito, pollicente congressu nocturno muliere ad se amatorẽ, occasio data fuit Fabio perdendi, volenteq; Brutio, immo signum exhibente, contra Tarentinorum spem (in quam) opportunitas commoda fuit duci Romano scalis appositis vrbem ingredi.

D *Herculis signum*] alias deorum imagines dimisit inquiens: Relinquamus deos Tarentinos iratos.

*vendidit*] per filium, nec vnquam acceptauit pecuniam, volentibus reddere Romanis.

IN CAP. XLIV.

SCipio *Nasica*] Senatu vniuerso consentiente, Matrem deum Cybelem excepit: erat autem

E ingens saxum, attestantibus diuo Augustino, Valerio Max. & Ouid. in Fastis, in eo carmine asserit, in cuius domo excepta fuerit:

*Nasica excepit, templi non exstitit auctor*
*Augustus nunc est, ante Metellus erat.*

De qua Lucius Florus secunda epitome ita: Idea Mater deportata est Romam à Pesimunte oppido Phrygiae carmine in libris Sybillinis inuento pelli Italia alienigenam hostem posse, si Mater Idea Romam deportata esset. Tradita autem est

F Romanis per Attalum regem Asiae: lapis erat, quam Matrem deum incolae dicebant: excepit Publius Scipio Nasica filius eius, qui in Hispania periit, vir optimus à senatu iudicatus, adolescens, quaestorius nondũ, quoniam ita responsum habebant, vt numen ab optimo viro reciperetur, consecraretur que.

*ambitio*) est nimia honorum affectatio: Ambitus verò pecuniae corruptio.

*Imperator*] nomen est militare. Nemo illud assequebatur, nisi cuius exercitus, victoria parta, x. millia hominum internecioni dedisset.

*corculum*) apud physicos lego animalia habentia minimum cor, esse prudentiora, inde homini est pusillum, virtute vnita fortiore se ipsa dispersa: è contrario videmus boues, ceruos & alia bruta, habentia magnum cor. Homerus 1. Iliad. G

οἰνοβαρὲς, κυνὸς ὀμματ' ἐχῶν, κραδίην δ' ἐλάφοιο.

id conuiciatus Achilles iratus Agamemnoni Latinè: vino grauis, ocule canine, cor ceruinum.

IN CAP. XLV.

MArcellus] de hac pugna egregiè Petrarcha H
in triumphis inquit: *Vide el bono Marco Marcello che supra laruua di po apresso gia stesso occiso con le sue mane el gran ribello.* Virg. 6. Aeneid.

*Gallumq; rebellem*
*Tertiaq; arma patri suspendet capta Quirino.*

Tertius autem à Romulo spolia opima Ioui Feretrio tulit.

*Hannibalem prius vinci docuit*] de quo Plutarchus his verbis meminit: Hic primum Hannibal terga Romanis ostendit. Poeni itaq; terrore, ac vulneribus cõfecti in castra compulsi sunt: I in ea pugna plura quinq; millibus hostium desiderata feruntur, ex Ro. verò nõ plures quingentis. Liuius tantam hostium stragem fuisse nequaquam asserit.

*locorum angustia*) nam tertia porta reclusus est Nolae.

*Syracusae*] vrbs est metropolis, Siciliae quidem amoenissima.

*Per tres annos*) nam Archimedis Geometrae K machinis diu in obsidione laborauit, tandemque cepit. Syracusanis Dianae festum inter iocos, ac delitias celebrantibus triumphauit: Romae autem ouauit minore triumpho, Plutarcho teste, insidiis, dum cum Crispino iuisset speculatũ collem, qui mediastinus erat inter vtriusq; castra hostis, à Carthaginensibus circumuentus occidit, magnifice sepultus. Plutarchus inde corpus splendide ac magnifice ornatum cremauit, postmodũ reliquiis in argentea vrna conditis coronam im- L ponens auream, filio mittere curauit, quae dum feruntur, interuenere Numidae, qui, vt vas corriperent, portantes adorti sunt: parte alia dum obsistitur, viq; pugna committitur, ossa disperguntur. id cùm audisset Hannibal, adstantib. dixisse fertur: Profectò nil fieri Deo licet inuito, & affectis poena Numidis amplius legendas, transmittendasque neglexit reliquias. vnum addam in vmbilico huius capitis. In fine vitae Marcelli à Plutarcho conscriptae pedibus quoq; me in senten- M tiam fateor ire eruditi Catellani Cottae Mediolanensis, qui ad perdoctum condiscipulum nostrum Tristanum Calchum Regium nunc auricularium in Senatu Insubrio iudicio desiderati Hermolai Barbari, atq; viuentis Parrhasii scribit, opusculum istud, quod commentamur, Cornelio Nepoti addici, ita scribentis. Plutarchus: haec à Cornelio Nepote, atque Valerio Max. scripta traduntur. [ s. interceptas reliquias Marcelli.]

IN CAP. XLVI.

HAnnibale ex responso Sybillinorum] de quib. lege Liuium, Gell. Macrob. vti vetula quae-

A dam Deo plena Tarquinio Prisco vendidit, in quibus de Hannibale pellendo talis fuerat sententia: Romani, si vnquam vomicam illam, quæ longe terrarum venit, pellere vultis à nobis, magnam Deûm Matrem accersendam puto.

*Pessinunte*] Phrygiæ oppido.

*Claudia Virgo Vestalis*) de qua Valerius quoque Maximus idem refert.

*incestus suspecta*] dicitur autem hoc vocabulum ab in, i. non casto, literæ mutatione: vel in & B cesto, baltheo Venereo.

*templũ ædificauit*] vide superius in capite Scipionis Nasicæ, quæ huic loco congrua existunt.

## IN CAP. XLVII.

PORcius Cato] Porciorum certè familia rustica à porcis pascendis dicta.

*à Valerio Flacco*] hic Catonem induxit, animauitque, vt rem Romanam attingeret, motus C maximè Catonis vita ac morum modestia.

*Quæstor fortissimus*] ærarii subaudi, quia etiam erat criminum fortitudo: est qua ausus increpare Scipionem, quod prodigalitate continentiam corrumpi permitteret, cui Scipio, se quæstore nimium diligenti non egere respondit.

*Græcis*) Plutarchus in contrarium sentit eum sero literas Græcas didicisse, & plerique auctores sunt.

*Ennius*] poeta, ingenio maximus, arte carens: D de quo ita Cicero in Archia: quare suo iure ille noster Ennius sanctos appellat poetas. Inibi etiam charus fuit Africano superiori noster Ennius: itaq; etiam in sepulcro Scipionum is putatur esse constitutus.

*Celtiberi*] Hispaniæ populi, de quibus Lucanus: *Profugiq; à gente vetusta Gallorum*
*Celtæ nomen miscentis Hiberis.*

*fecerunt*] omnium vrbium muros, quæ intra Bethinis sunt amnem à Catone vno die solo æqua-E tos fuisse, Polibius auctor est.

*Syriaco bello*] bella, vt Seruius ait, à victis nominantur. gerebantur autem cõtra Antiochum.

*occupatis iugis*] Gallidromi historici referunt, Cato missis militibus suis Firmianis, quibus præerat, speculatorias custodias Regis propalauit, qui vniuersum exercitũ pauore fugaq; consternauere, vnde Antiocho lapide icto, excussisque dentibus, ac doloris acerbitate equum auertente, exercitus Regius nulla ex parte impetum Ro-F manorum sustinere potuit.

*Thermopylæ*] (Liuius inquit) id iugum, ceu Apennini dorso Italia diuiditur, ita mediam Græciam dirimit: ab eodem è Græco fonte Portæ calidæ exponuntur, quæ in ipsis faucibus sunt.

*ad cuiusdam scorti spectaculum*) de hoc auctores variant historiam. scortum autem de vtroq; sexu dicitur, quia, vt corium, subiugatur: σκῦτος corium Græcè.

*Basilica*) Regium ædificium, nam βασιλεὺς rex appellatur. Porcia vocitabatur, cuius adhuc vestigia exstant, si famæ credimus.

*Lex Oppia*] lata à M. Oppio tribuno pl. ne qua mulier plus semuncia auri haberet, neu vestimẽto versicolore vteretur, neu iuncto vehiculo in vrbe oppidove, aut propius inde mille passus, nisi sacrorum publicorum causa veheretur. G

*Repetentibus*] sic legendum, non *repetibus*.

*Restitit*] bene ait, quia vsus oratione graui scripta à Liuio, 4. libro belli Maced. in princip. æquè respondente, L. Valerio annis XLIV. pòst lex Oppia abrogata est.

*Galbæ*] vnde dicti sunt, lege Suetoniũ in princ. vitæ Galbæ Imperatoris late dicentem. H

*quadragies quater*] idem Plinius lib. VII. de Catone affirmat.

*Carthaginem delendam censuit*] Aphricanas subinde ficus ostentans, quas de industria sub toga tulerat, inquiens: Fundum, ex quo hæc lecta poma, trium dierum nauigatione ab vrbe Romana distare: vnde è republica mihi Carthago delenda videtur, licet Scipione Nasica contradicente, decretum est à Senatu, eam euerti. I

## IN CAP. XLVIII.

HAsdrubal fractis copiis. exercitu nam in singulari abundantia & facultate indicat, licet Sallustius dixerit profecto ex omni copia Catilinæ.

*Actum*) causam ruinæ Hannibalis fuere legati cum literis à fratre ad Hannibalem missi, qui incertis itineribus Tarentum delati, & capti, ad Claudium Neronem perducti fuere, vnde Consul, admonito Senatu, nocturno profectus tem- K pore & diurno, quantis maximis potuit itineribus, tacitè ad Senam Galliam, vbi castra Martii Lucii erant, prouocauit: qui silentio egressi, à suis quisq; ordinis hominib. ad tentoria adducti cum summa omnium lætitia hospitalitatis excipiunt.

*relicta parte*] cum Q. Tatio legato.

*delectis*] sex millib. peditum, & mille equitib.

*Senam*) eadem Sena Gallia dicta.

*Methaurus*] fluuius est Vmbriæ descendens in Adriaticum sinũ haud longe à Fanestri colonia L versus Senam Galliam.

*Hasdrubalẽ*] qui, vt patre Hamilcare, & Hannibale fratre dignum erat, pugnans cecidit, redditaq; est clades Cannusii per caput Hasdrubalis. Petrarcha: *Claudio Nerone che el capo de Hasdrubale presento al fratello aspero & feroce si che de doglia gli fece voltar le spalle.*

*triumphans*] quia in propriam prouinciam rem gesserat: triumphus quasi triannos exercitus carmine iambico sequebatur, cantans verò lingua M Sabina fortem indicat.

*ouans*) equo albo insidens, myrtheaq; corona insignitus, cæsis ouibus, nam triumphante aliquo tauri mactabantur. inde vocabulum, licet alii à voce, ouatione dictam aiunt, de quib. aliàs.

## IN CAP. XLIX.

SCIPIO ex virtutibus *serpens*] quem superstitiosa antiquitas Genium Iouem æstimauit.

*draco*] sacrorum peculiariter à δέρκομαι, id est, aspicio. quia visus est acuti.

*latrauerunt*] quasi in belluis ratio aliqua diui-

nitus

A nitus infusa sit, vel prouidentiâ diuinâ: omne enim bonum datum descendens à patre luminum, licet verum bonum ethnici illi ignorarent.

*Patrem*] vide superius in Hannibale.

*Sua authoritate compescuit*] immo, Liuio teste, stricto super capita deliberantium ferro, iurauit pro hoste habiturum eum, qui in verba sua non iurasset, effecitque vti omnes minime relictum à se Italiam iureiurando adstringerentur.

*Canusium*] oppidum, vbi susceptì Romani hospitio, rebus fractis.

B *Viginti quatuor annorum*] primoribus talē prouinciam aspernantibus, ipse prosiliens ingenti voce professus est libenter iturum.

*Prætor*] pro consule in castris namque prætor imperator dicitur.

*Qua die venit*] compertū habens stagnum maris abluens Carthaginem æstu maritimo decrescere: & vado transiri posse, vnde ad murum facilius esset accessus; itaque captata occasione in vrbem C per eam partem minime suspectam ascenderunt Romani, duobus militibus corona murali donatis. Igitur oppidani, ac auxiliares re inopinata consternati mœnia deseruere.

*Virginē pulcherrimam*] quam custodiri fecit, & Lucio principi Celtiberorū desponsatā, eo accito, integram inuiolatamque restituit.

*Hasdrubalē*] captis etiamnū eius castris eoque fugiente paucis cū militib. se coniunxit. nam quū Hasdrubal Gisgonis filius & Scipio ad eum hospi- D taliter venisset pro re publica sua petitū: prætulit amicitiam Romanorum Punicæ.

*Syphax*] Massinissa nepote ipsius adulescente in Hispania iure belli capto liberaliter ad regē gratis cū donis missus ab ipso Scipione, qui vsq; ad extremū senium amicitiam cum populo Ro. seruauerit.

*Victor domū regressus*] datus est ei senatus extra vrbem in æde Bellonæ, inde ingressus cum Marco Seruilio Consul creatus est.

E *Castra*] noctu vtriusq; iniecto igni, quæ, altera è lignis, altera ex harūdinib. cōfecta erāt, Syphaxque captus à Caio Lælio, & missa ad eū perducitur.

*Superauit*] apud Zamā vrbē, apud quā victores Romani hostiū elephantes equites in fugā vertерunt: deinde acrius inferentes pedem totā aciē in fugā verterunt: cæsa è Carthaginensibus quatuor millia feruntur.

*Leges impofuit*] iussis cremari quingentis nauibus, vtq; centum talenta arbitratu Scipionis tunc soluerent: & vt in annos sexaginta millia talentorum F argenti æquis pensionibus soluerent: & multa alia: Pacis autem formulam lib. x. secundi belli Punici curiose apud Liuium perleges.

*Legatus fratri*] cum senatus magis inclinaret, vt alteri Consuli Caio Lælio negotiū Antiochi daret; Publius Aphricanus surgens & in fratre suo summā virtutem esse, summumq; consilium, neq; se ei legatum non defuturum.

*Filium gratis accepit, captum*] ab hostibus. patri infirmo misit, qui animū eius solicitum, & corpus ægrum magnopere recreauit.

*A Petilio*] Plutarchus, duo Quinti Petilii Tribuni plebis Porcii Catonis, vt quidā suspicātur, operâ concitati diem Aphricano dixêre insimulantes pecuniæ à Rege Antiocho acceptæ; & non in publi- G cum redactæ.

*Eamus*] concio vniuersa relictis solis magistratibus eum per omnia templa consecuta est.

*In voluntarium exsilium*] satietate gloriæ, & inuidiæ se subtrahens Linternum abiit, vbi moriens mandauit, vt ibi sepeliretur, inquiēs: ingrata patria ossa mea non habebis.

## IN CAPVT L. H

L*Iuius Salinator*] dictus quia quū auxit vectigal salis, prius sextante tantum venderetur: id fecit quia à populo condemnatus fuerat.

*Illyry*] dicti sunt, authore Appiano, ab Illyrio filio Polyphemi, quos nunc Sclauonos vocant.

*Peculatus*] publicæ pecuniæ subreptæ, nam id peculari & depeculari signant; inde depeculatores.

*Reus*] Fabio teste, de cuius re agitur, dicitur.

*Tribubus*] de quib. superi⁹ in Romulo cōsydera.

*Triumphauit*] vide in capite Hasdrubalis. I

*Ærarias fecit*] cōdemnauit, vt denarios soluerēt.

*Stipendio priuauit*] Liuiū lib. nono secūdo belli Punici aptè hanc materiam scribentem percurre.

## IN CAPVT LI.

F*Laminius consul*] ante annos triginta sexto die regē Philippū prœlio fudit. Plutarchus scribit. siquidē Philippus, cū teneret cacumina phalganæ vndiq; missiliū atq; sagittarū ictib. Romanos petebat: accedunt inter pastores quidā indigenæ, qui K per quosdā neglectos ab hostibus anfractus exercitū sese ducturos & tertio demum die in summis constituere montib. pollicentur, fidei vero cognitionem, infirmationemque præstitere.

*Caropam,*] & reliqua, solers lector, in vita Titi Flaminii euoluere poteris.

*Demetrium*] Plutarchus: verū Titus ei regno Macedoniæ restituto; à Græcia iussit abstinere, mille talentis tributi nomine, & preter decē naues, vniuersā classe mulctatū: alterum ex libris eius De- L metrium pro obside susceptum, Romam misit.

*Nabide Lacedæmonio*] quē legimus perniciosissimū, flagitiosissimūq; Lacedæmoniorū tyrannū longe pulcherrimum atq; iustissimum bellum inchoasse: Græcos ad extremū sua spe fefellit, quod cum eum capturus existimaretur, haud voluit.

*Liberos Græcos affecit Nemeæ*] hoc fuit, dū Isthmia agerentur, & frequens animorū conuētus adesset; iusso per tubæ sonum silentio præco ita proclamauit: senatus populusque Romanus, ac Titus M Quintus Imperator & Consul Rege Philippo ac Macedonibus debellatis Græcos sine custodiis liberos immunes suo iure viuentes fore permittūt.

## IN CAPVT LII.

F*Uluius Nobilior*] cognomine.

*Ætolos Orethanos.*] Græciæ populos.

*Ouans*] id est, minori triumpho de quo superi⁹ vide.

*Ambraciam*] Plinius lib. iii. maximæque nobilitatis Ambracius sinus faucib. spatiosum æquor accipiens & inibi in sinum oppidum Ambracia,

A *Signis*] statuis.

*Tabulis*] picturis.

*Marcus Ennius*] Iam vero, vt Cicero ait pro Archia, ille, qui cum Aetolis, Ennio comite, bellauit, Fuluius non dubitauit Martis manubias consecrare Musis.

## IN CAPVT LIII.

*A fratre*] qui dixit se iturum legatum, si
B fratri suo prouinciam Græciam decreuissent.

*Apud Sipylum montem*]in Asia. Libro VII. belli Macedonici circa medium eam pugnã Liuius non minus eleganter, quam aperte declarat. Sipylus notus est fabula illius decantatę Niobes, vt hemistichiũ poetæ elegiographi indicat: lacrymas defluit à Sipylo.

*Reus pecuniæ interceptæ*] Petiliis accusantibus; vel, vt alii censent, Marco Nauio: qui Aphricano
C quoque fratri institerat. Liuii verba hæc sunt: Scipio cum contẽderet omnem quam accepisset pecuniam in ærario esse, nec se quicquam publici habere, in vincula duci cœptus est.

*Gracchus intercessit*] Liuius ab hoc Aphricani quoque filiam in vxorem duxit quo ad Asiaticum hæc ad verbum refert: Tiberius Gracchus ita decreuit: quominus ex bonis Lucii Scipionis, quod iudicatũ sit, redigatur, se non intercedere prætori, Lucium Scipionem, qui regem opulentissimum
D orbis terrarum deuicerit, imperium populi Romani protogauerit in vltimos terrarũ fines, non passurum eum, qui tot plurimos duces hostium in triumphum ductos incluserit, in carcere & vinculis esse, mittique eum iubere.

*Equum ademit*] non minus, quia mirifico (alioqui grauissimus vir) liuore in omnes Scipiones exardebat.

E

## IN CAPVT LIIII.

*Lysimachia*] à Lysimacho Rege dicta qui eam condi iussit.

*Græciam*] accitus est ab Aetolis contra Romanos dimicantibus, maxime ad Græciam liberandã, Thoante eorum duce id decernente.

*In Eubœa luxuria elanguit*] nimirum verba id Liuiana significãt: Rex à Chalcide ad Demetriadẽ profectus amore captus virginis Chalcidensis o-
F missâ omnium rerum cura in conuiuiis & vinum sequentibus voluptatib', ac deinde ex fatigatione magis quam ex satietate eorum in sõno traduxit.

*Attilij Glabrionis*] de quo, & Thermopylis superius abunde lege in Catone.

*A L. Aemilio Rhegillo*] de quo Lucius Florus: Æmilius Rhegillus aduersus regiam classem Antiochi feliciter pugnauit ad Mionensium Rhodiis adiuuantibus & idem naualem duxit triumphum.

*Victus & vltra mõtem*] idem Florus scribit: Deinde Antiocho à Lucio auum Cornelio Scipione; adiuuante Eumene Rege Attali Pergameni filio; pax data ea conditione, vt omnibus prouinciis citra Taurum montem cederet.

## IN CAPVT. LV.

*CNeus prouinciam*] vniuersam Asiam.

*Præsidiis*] ij consentientib. cunctis cosmographis prope Pamphylios accydios existunt.

*Gallogræcos*] qui duce Brẽno in Græciam se effuderant, authore Trogo Pompeio lib. XXIIII. & nomine ipso patet.

*His facile victis*] Lucius Florus XXXVIII epitome ita scribit: Cneus Manlius Consul collega eius H
Gallogręcos, Aetolos, Rhegios, Tectos, Argos, & Trocinos, Brenno duce qui in Asiam transierant, cum soli citra Taurum minime parerent, vicit.

*Interficiendum tradidit*] Liuius ac Florus inquiunt autem ipsammet centurionem occidisse.

## IN CAPVT LVI.

*AEmilius*] in ea familia primus à suauitate sermonis dictus, quã græce æmiliam vocãt, à Py- I
thagoræ filio nomen habente, alii ab Ascanii filio Æmilio dicunt.

*Apud Cannas*] cuius etiam temeritate ingens illa clades à Romanis accepta.

*Liguribus*] qui ei naues, & oppida reddiderunt, ipse autem diruptis mœnibus omnes naues pręter tres & quinquaginta eis reliquit.

*Persem*] Regem Macedoniæ, qui & Perseus dicitur, quem constat pugnantem exercitum deseruisse, vt Herculi deo sacra facturus. qui ignaua sacra ab ignauis non recipit. Tandẽ ad templum cõ- K
fugit, M. Octauio Aemilii legato insequente, pacto cum Oroande Cretensi lembum habente, vt adportaretur; cum aurũ tradidisset, & argentum; & Perseus ad littus peruenisset: Oroandes arte Cretica fretus, pecuniam quidem suscepit, ipsum vero Perseum cum liberis, coniuge ac necessariis noctu ad mare certa hora venire iussit, ac anticipata nauigatione reliquit, vnde per Anthonem proditorẽ filiis Romanis traditis coactus est à Ro- L
manis se tradere; vt auis captis eius pullis se victũ fleuit: per Octauium ad Aemilium ductus est, vt per dominum Lignici Maurus ad Regem, qui vtpote viro ex alto dignitatis gradu prolapso assurrexit, & obuiam cum amicis processit; ad illius casum illacrimatus est: Perseus vero, Plutarcho scribente, turpiter in terram procubuit, & genua Æmilii amplectens, voces emisit degẽeres, quas nõ tulit Imperator Romanus, nec audire preces sustinuit, sed tristi vultu illum intuens: quid fortunã, M
inquit crimine liberas & reliqua: duos filios amisit, horum alter quinque diebus ante triumphum mortuus est: alter tertia die post triumphum decessit.

*Ludis Circensibus*] in quibus equi currebant ad missus, de quibus aliâs diximus affatim.

*Paupertatem*] Plutarchus aliter sentiens inquit: patrimonium vix triginta septem milium reliquisse tradunt.

## IN CAPVT LVII.

*SArdi venales*] idẽ Plutarcho in problematib & à libello pro-

A à libello prouerbiorum exponitur, vti si dicamus, copiam esse rerum vilium, ac nihil valentium.

*Rusticas tribus in quatuor vrbanas*] Plinius libro decimo octauo: vt rusticæ tribus laudatissimæ qui rura haberent; vrbanæ vero in quas transferre ignominia esset desidiæ: itaque quatuor solæ erant partibus, in quas habitabant: suburbana, palatina, collina, exquilina.

*Collega eius Claudius*] Appianus primo belli ciuilis: nec non Appius Claudius Tyberii socer con-
B sonâ totius populi voce declaratur.

*Duo angues genialis in toro*] vbi fit generatio.

*Marem interfici*] Paulo post iussit: subsecuta morte, relictisq; XII. liberis superstitibus.

## IN CAPVT LVIII.

Aemilianus] dictus: quia ipse Pauli Aemilii fuit filius: è quatuor n. liberis duo in adoptionē dati: duo autem retenti à Scipione Aphricano filio maioris Aphricani, qui ob imbecillitatem gi-
C gnere non potuit.

*Cohortes*] acies. nam aliud cortes significat, pullorum enim sunt.

*Obsidionali*] Gellius scribit solitā dari talem coronam gramineam his qui obsessum locum primi ascendebant, nam ea in desertis locis nascitur, de qua ita Lucius Florus: Carthago à L. Mario M. Manlio Consulibus, oppugnari cœpta; in qua oppugnatione quum neglectos ab vna parte muros duo Tribuni temere cum cohortibus irru-
D pissent, & oppidani grauiter cederent, à Scipione Aphricano expliciti sunt per quem castellum Romanorū, quod nocte expugnabatur, perpaucis equitibus iuuantibus liberatum est.

*Consul ante annos factus*] idē in eodē capite quadragesimo nono: Cato vir promptioris ad vituperandum linguæ in senatum prosequutus est: vt diceret, reliquos, qui in Aphrica militarent, vmbris militare, Scipionem vigere; Et Po. Ro. eo fauore illū cōplexus est: vt cōmuniter eum tribus consulē
E scriberent quum hoc per ætatem minime liceret.

*Numantinis*] Ouidius: Ille Numantinâ victor ab vrbe redit.

*Correcta prius disciplina*] per Pompeium, quę per Mancinum corrupta erat, omnia enim deliciarum instrumenta reiecit; duo millia scortorum è castris eiecit; milité omni die in opere habuit.

*Caij Lælij*] Inde illa amicitia famigerata emanauit: vt Pyladis & Orestis.

F *Sub coronâ*] vti seruos: nam ita moris erat, Gellio authore.

*Susceptâ agrariorum causâ*] Appianus ait, ipsum maxime legi agrarię restitisse, ne ferretur, vbi hæc subdit: quę animaduertéres hi, qui Scipioni aduersabantur, palā eum criminari cœperūt, quasi Gracchi legem omnino soluturus. Ne cuncta transcribam: Vicit, ac de illo triumphauit.

## IN CAPVT LIX.

TVllius Hostilius] de hac historiâ ita Lucius Florus libro LV. refert: Seruio Hostilio Mancino Consule sacrificante, pulli ex cauea euolauerunt, conscendenti deinde in nauim, vt in Hispaniam proficisceretur, accidit audiri: mane Mancine. Auspicia tristia fuisse probatum est. Victus enim à G
Numantinis & castris exutus est. idem Valerius Max. asserit.

*Quo per senatum improbato*] pacem cum Numantinis fecit ignominiosam, quam ratā esse Senatus vetuit.

## IN CAPVT LX.

LVcius Mūmius del. Achaia] est Græciæ pars ab Achæis dicta. De Achaico bello ita Florus: Drachus Achæi motus primus author ab Achæis H
dux creatus ad Isthmon, Mūmio consule, victus est: qui Achaia in deditionē accepta, Corinthum ex senatus consulto diruit. Mummius se abstinentissimum virum egit: nec quicquam ex his opibus ornamentis, quæ prædiues Corinthus habuit, in domum eius peruenit.

*Heraclea*] ab Hercule nomen sortita est: de qua vide Diodorum Siculum.

*Leucopetra*] alba petra exponitur: vt leucopheū I
album pannum dicimus.

*Eamque incendit*] vnde conflatis & currentibus per uias liquefactis metallis nobilis illa mistura auro carior effecta: è qua candelabra, & alia vasaria fiebant, Pli. testante.

## IN CAPVT LXI.

PSeudophilippum] id est, falsum Philippum, qui se iactabat Macedonię Regē, nā pseudos pseu- K
di pseudon, idem est quod fallus falsa falsum.

*Achæos*] ab Achęo, qui inuitus cædem patrans in oram Lacedæmoniam profugus se recepit: & eius loci accolas Achæos vocari constituit. Strabo libro VIII. author est.

*Cantabriæ*] vnde Cantabris populis nomen, de quibus leges Lucanum, Silium; nec non historicos varios; hos enim postremo Augustus superauit, authore Suetonio.

*Quum omnia propria & subito consilio*] Plinius L
li. VII. cap. XLIIII. infit nam præter honores amplissimos cognomen Macedoniæ. A quatuor filiis illatus est rogo, vno prætore, tribus consularibus, duobus triumphalibus, vno censore.

## IN CAPVT LXII.

NVmidicus] quia Iugurtam duobus præliis fudit: vide Salustium in Iugurtino.

*Censor Quintium*] Appianus: Metellus, quum censurā gereret, Glauciā virum Senatorium, & A- M
puleium Saturninū, qui Tribunatum ceperat, ob vitæ turpitudinem dignitate summouere conatus; est aduersante collega repulsus: iurare autem non solum iusiurandum renuit; sed, vt prius iura ierat, constanti animo, & intrepido perstitit. Inibi scribit Consules per præconem adnuntiare (iubente Metello) igni & aqua, tectoque ab omnibus interdicendum esse; conquerentibus autem maximè, de his, ciuibus; & Metellum continuè armis circum septum premittentibus, Metellus eos complexus, & electionem plurimum commendans; haud æquum sibi videri eius causa aliquod discrimen inferri patriæ: his dictis, ciuitate egressus est:

A Florus quoque: Saturninus Metello Numidico, quod in legem agrariã minime iuraſſet, qui à bonis ciuibus defenſus, in voluntarium exſilium abiit Smyrnam Aſiæ vrbem Homeri patriam. Id verſus probat: Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamin, Ius, Argos, Athenæ, Certant de Homero.

IN CAPVT LXIII.

*Metellus Pius*] Appianus inquit: ceterũ Claudia rogatione: lege nam quæ erat promulgãda rogabatur populus ciuitatem eam acceptare B vellet Publius Furius Tri. ple. non liberto ſed libertino patre genitus audaciter admodum conſtãter illis reſiſtebat. Vt neque vellet: inde nomen rogationi inditum Metelli filii precibus in conſpectu populi ſuppliciter eum deprecantis & ad pedes ei' prouoluti lacrimiſque flecti potuerit qua ex cauſa puer idem ab huiuſmodi proſpectu Pius ſubinde cognominatus eſt.

*Prætor*] Imperator. in bello idem prætorium, & porta prætoria.

C *Bello ſociali*] aliâs Italico, quia Picentes, Veſtini, Marſi, Peligni, Maruzini, Lucani, Samnites, initio belli à Picentibus moto, hi omnes (inquam) defecerunt, & arma ſociarunt, nam hi omnes legatos ad Romanos miſêre, apud eos conquerẽtes, quod omnia ad pręcipitatum illorum meditati, haud digni eorum rep. habiti eſſent, quibus Senatus acerbe reſpondit; ſi eorũ, quæ egiſſent, illos pœniteret, legatos ad ſe mitterent; ſin minus, mittere deſiſterẽt: illi deſperatis rebus, ad bellandum ſe præparãt, D quibus exercitus ex vrbibus in commune affuere.

*Quintum Pompedium*] audi Appianum ita ſcribentem: Cęcilius Metellus ſucceſſor illi ſubſtitut', ad bellum cum veniſſet, in Iapygas deſcendit, eoſque bello deuicit: & Pompedius alter ex ducibus, qui in bello defecerant, interim occubuit: reliqui per partes ad Cæcilium venere: & hæc quidẽ per Italiam Sociali in bello geſta ſunt.

*Herculeios fratres*] vt puto, vim fortitudinemque referentes, atque nomen.

E *Sertorium*] de quo inferius in Pompeio plura.

IN CAPVT LXIIII.

*Nepos*] ratione aui, patrui, auunculique dicitur, à quo omnis poſterior. vt illud Vergilianum: Carpent tua poma nepotes. nec minus Ganeonẽ ſignat à nepâ voraciſſimo animali. Manilius mathematicus: Ardentemque nepam. inde nepotiæ, & Suetonius: nepotinis ſumptibus; in Nerone.

*Probauit*] Plutarchus inquit: Miſſus igitur ad hoſtes, in hybernis, partim ſuadendo, partim recipi- F endo, fœdus firmauit, ac per eum modum viginti millia Romanorum abſque auxiliariis, & aliis, qui extra ordinem ſecuti erant, ſeruauit.

*Effugit*] nam ingreſſus vrbem Numantinam: vtpote amicus, liberali conuiuio exceptus; memoriâ paternâ, qui pacem cum Numantinis ſeruauerat, eamque ſemper apud populum rectè iuſteque defenderat.

*Octauio collega intercedente*] impediente, namq; multitudine rogantium victus interceſſit. de Octauio Appianus: Octauius, inquit, quamprimum tribunatu eiectus clanculum effugit.

*De Attali hereditate erat*] Plutarchum lege hæc ſcribentem: poſthæc Attali Philopatris defuncti teſtamento à Pergamenis Romam tranſmiſſo, quo populus Romanus heres ſcriptus fuerat, ſta- G tim Tiberius ad populum tulit, vt regia pecunia ciuibus Romanis, quibus agri dabantur, pro culturâ aſſignaretur.

*Diadema*] à diadeo ligo, quaſi regum ligamen. Plutarchus atteſtatur per eum demum diadema, & purpuram è regia gaza à Graccho allata.

*Oppreſſit*] Lucio Saturnino & Ruffo interfectoribus.

*Veſpillio dictus*] quia veſpertino tẽpore cadauera ſepeliebantur. Martialis: Nuper erat medicus nũc H eſt veſpillio Paulus. Ita enim in codicibus veterib' legitur.

*In Aſiam*] Pergami periit.

IN CAPVT LXV.

*Peſtilentem*] inſalubris aëris.

*Aſculana & Fregellana*] quod Aſculum & Fregellæ eius cauſa defecerunt: in bello ſociali.

*Abrogante*] abrogatur lex in totum; derogatur in partem.

*Præco*] tubicen à præcinendo. Plu. vult fuiſſe I miniſtrum inteſtina ferentem: & quia dixit: cedite bonis ciuibus mali: brachiumque in obſcœnum modum intorſit à fautoribus Gracchi interfectis.

*Contionem aduocauit*] eripiebat ſe de cæde purgare, verum à nemine audientiam habens abiit.

*Templo Lunæ*] alii Dianę ſcribunt: nam Luna in cœlo: Diana in nemoribus: Proſerpina in inferno.

*Ad portam trigeminam*] per quam Horatii trigemini ad bellum contra Albanos exierant.

*Sublicio*] lege ſuperius. K

*In lucum Furinæ*] Varro de lingua Latina furinatia Furina quod ei deę ferię publicæ, Dies, in cuius deæ honos apud antiquos: nam ei ſacra inſtituta annua: & flamen attributus; numẽ vix paucis notum nomen, & alibi. obſcura eſt eorum origo. voluturius diua palatua.

*A Septimio Atello*] corrigi in Plutarcho, vbi ait: ſeptimideo.

IN CAPVT LXVI.

*Druſius*] primus à Drauſo duce hoſtium victo. L De hoc Suetonius in Tiberio meminit.

*Nullis inſignibus*] habent ſinguli magiſtratus inſignia ſua, de quibus lege Feneſtellam de Romanorum magiſtratibus.

*Latinis ciuitatem*] Appianus: Druſus vir illuſtris rogantibus Italis illis legem de ciuitatẽ allaturum ſe promiſerat.

*Plebi agros*] inde populo ſubblandiens. Plures colonias in Italia & Sicilia, quæ iampridem decre- M tæ, nondum tamen conditę erant, deducere ſuaſit.

*Boccho*] is Salluſtio authore fuit rex Mauritanię.

*Elephanto*] elephas & elephantus vtrumq; declinatur: de quo animali Pli. lib. VIII. naturalis hiſtoriæ perquire.

*Adherbalem*] Micipſæ filium, de quo Iugurtinum Salluſtii conſule, is n. hunc & legitimos, Iugurtam vèro nothum reliquit.

*Conſuli agrariis*] intellego Metello, ſaluo ſemper meliori (vt aiunt) iudicio. Nimirum variant ſæpe hiſtorici in nominibus etſi in re conueniant: quod is attribuit Druſo, Plinius lib. VII. naturalis hiſtoriæ cap. XLIIII. Catinio Labeoni, his verbis: In ipſo tamen flore dignitatis à Catinio Labeone,

A Labeone, cui cognomē fuit Macerioni, Tri. ple. quē è Senatu Cenfor eiecerat, reuertens è cāpo, meridiano tempore, vacuo foro & Capitolio raptus, vt præcipitaretur. Paullo, inferiusq; eius etiam inde confecratis; tanquā esset parū, faucium certe obtortarum, expressiq; per aures sanguinis, pœnam exactam; mortiiam detrudi se dicebat. Conionant huic & Pliniana hæc verba: ægre Tribuno, qui intercederet, reperto, à limine ipso mortis reuocatus, alieno postea vixit beneficio.

*Plebs lætabatur*] Solus populus coloniarum de-B ductione lętabatur, in hac cū colonis agri diuidebantur.

*equites lecti Letas aiunt Senatus*] Appianus de bellis ciuilibus. Senatum vero;& equites iudiciorum causa iampridem inter id dissidentes communi lege coniungere tentauit.

*Repente in publico*] de eius morte ita Appianus. Cum igitur circa vesperam multitudinē emitteret, subito se percussum esse conclamauit, vixque finito clamore, in terram decidit, repertus deinde C sutoris gladius femori eius infixus: eoque modo Drusus, & ipse Tribunus occiditur.

*Morbo comitiali*] caduco dicto, quia comitia impediebat: si quis.n.cecidisset ea dirimebantur.

IN CAP. LXVII.

C*Aius Marius septies Consul*] hoc, auguriis apparentibus, consulti respondere: ob nidū septē pullorum aquilæ quos in veste Marius detulerat.

*Arpinas*] Iuuenalis: *Arpinas alius Volscorum in* D *monte solebat.* fuit.n. conterraneus Tullianus.

*Legatus Metello*] primo militauit sub Scipione apud Numantiā, inde tribunus militum sub Metello, in cuius domo ipse à pueritia, paterq;, eiusq; ministri fuerant, inde legati in Aphrica.

*criminando*] nuntiabant eum militem Romanis per literas, nunquā finem habitura bella contra barbaros, nisi. C. Marium Consulem crearēt. His rebus vehementer Metellus augebatur.

*Iugurtham captum*] Bochum Mauritaniæ Re-E gē, & socerum à quo gener Iugurtha traditus est Syllæ Quæstori in eo bello; ac per eum ad Mariū ductus est.

*Cymbros*] populi fuere Germaniæ ante Cimerii dicti, suis finibus exeuntes, vt domos quærerent: etiam lingua Germanica in Latium latrones, dicuntur sedes.

*Aquas Sextias*] alii Sextiles scribunt, coloniam Romanorum vt Ptolemęus scribit.

*In cāpo Sauidio vicit*] apud fluuiū Thisonē. Iu-F uēnalis: *Cū de teutonicho vellet descendere curru.*

*Sextum consulatum*] Plutarchus: Marius vt sextum Consulatum adipisceretur, per tribus argentum ferens, atq; suffragia emens, à magistratu Metellum exclusit.

*Appuleium tribunum plebis & Glautiā pratorē*] nā ambos in Capitoliū fugientes prosecutus fuit, fatigatos in potestatē suā redegit, illi fidei Marianæ se tradidere. postquā multa calliditate illorum saluti fauere, & nullo auxilio fuit: illi in forum profecti trucidātur. Ita Appianus, & Plutarchus.

*Sulpitia rogatione*] Plutarchus. Sulpitius homo temerarius Marium proconsulem contra Mithri- G datem declarauit: populus in duas partes diuisus, partim Marium, partim Syllam ad principatum vocitabat.

*Minturnis*] Iuuenalis: *Exsilium carcer Minturnarumque paludes.*

*Vultus autoritate*] qui exclamauit (vultus autoritate deterritus) Marium occidere non possum.

*Nauicula*] Iulii cuiusdam.

*vbi diu exsulauit*] Satyricus. *Et mendicatus vi-* H *ta Carthagine panis.*

*Cinnana dominatione*] qui exercitum contra patriam armauit, Octauium collegam interfecit. principio igitur seditionum cum audisset Marius è Lybia seditiones Consulum, Cinnam ab Octauio eiectum, & loco eius Cornelium Merulam suffectum, sumptis quibusdam equitibus Aphricanis, & ex Italicis, Thelamonem oppidum venit; seruos ad pilêum vocauit: quadraginta naues armauit, sociumq; se Octauio fecit.

*Ergastulis*] operariis, nam ἐργάζομαι latine est I operor. vbi serui in compedibus operabantur eadem loca catastæ dicuntur. Tibullus. *Barbarigypsatos ferre catasta pedes.*

*Cæsisq. inimicis*] Longum esset referre crudelitatem Marianam, maxime in Lucio Crasso, &. M, Antonio Oratoribus.

*voluntaria morte*] Historicus tradit Marium post Cœnam cum antiquis deambulantem in sermonem de rebus gestis venisse: & à rerum pri- K mordiis incipientem, semper vsq; fortuna disputantem, dixisse, non sanæ mentis hominem esse, qui fortunæ se committeret. post hæc appellatis læto vultu, qui aderant, cum per septem dies paulatim deficeret, diem suum obiit.

IN CAP. LXVIII.

C*Aivs Marivs immaturum*] nō enim ante xxx. annos sumebatur apud Romanos. Appianus tradit: sequenti anno consules creati Papirius Carbo iterum, & Marius illius clarioris Marii affinis atq; cognatus, septimum & vigesimū non- L dum egressus annum.

*curiam*] idem: ac tū primo Mario origo cladis emersit, interfectis quippe plurimis, reliqui Præneste fuga cōtendere. Nota autē Corneliū hunc scriptorem filium: Appianum vero affinē dicere.

*Sacriportum*] oppidum est prope Præneste: de quo Lucan⁹: *Iā quot apud sacri cecidere cadauera portū.* vbi à Sylla Marius hic fugat⁹ fuit, antequā Sylla vrbem occuparet: Varro quoq; scribit Sacri M portū locū esse intra vrbē iuxta palatium, ex autore bellorū ciuiliū ita ciuitatē Marius castra metatus propius paulatim cessit: cū ad Sacriportum peruenisset, copias in prelium educit, acriterq; ab eadē pugnatur: sinistra acie inclināte, quinq; peditū cohortes duæ equitū, non expectata aliorū conuersione, acceptis signis ad Syllā confugerūt, ac tū primū origo cladis emersit: interfectis quippe plurimis reliqui Præneste fuga contendere, Sylla cum cursu eum insequēte, Præneste primo se receperūt, appropinquāte deinde Sylla è diuersa porta, & occlusa, Marium per fenestram funibus sustulerunt.

A *Sub dio*] legendum ὑπὸ τοῦ Διός, id est, aere ὁ Ζεὺς Διὸς aerem significat.

*Præneste*] ἀπὸ τῶν πρίνων, id est, ilicibus & lenticis, ibi copiosis.

*Cuniculus*] est via subterranea, & animal habitationi huic solitũ. Martialis. *Gaudet in effossis habitare cuniculus: Monstrauit tacitas hostibus ille vias.*

*Iugulandum se.*] Appianus Mario aggerem per cuniculos ingresso nec multo post interempto
B manu propria, Lucretius ceruicem abscidit, caput & ad Syllã misit, & reliqua Plutarch. quum in Prænestina vrbe obsideretur à Sylla, extrema omnia tentans, vt euaderet, quum nullo modo effugere posset: seipsum necauit.

In Cap. LXIX.

L*ucius Cornelius Cinna summa crudelitate*] quippe cum nouis ciuibus consentiens, veteribus conspirantibus cum Octauio, à quo ipse nectus Cinna, quia vrbẽ in periculo relinqueret, & Consularem nactus dignitatẽ, seruos ad liber-
C tatem conuocaret, à senatu prohibitus, si, aut ciuis, aut Consul esset.

*ad pileum*] libertatis signum. Martialis: *Dumq; decent nostrum pilea sumpta Iouem.* Flamen Dialis institutus Lucius Merula,

*Octauium interfecit*] veniens Romã Victor cũ Mario Carbone Sertorio, præmissis eius equitibus maxime Censorio, iussit Octauium interimi, qui caput abscissum detulit in forũ & Rostris affixit.

*Ianiculum*] è septem collibus vrbis, à Iano, de
D quo Varro.

*Ancona*] vrbs est maritima, dicta quia portum in formã cubiti habeat, quẽ Græci ancona vocãt.

*Lapidibus ab exercitu*] Appianus. Intellegentes milites eum Liburniam transire velle, recusabant. Cinna id moleste ferẽs, in concione eos veluti reprehẽsurus, aduocauit. Illi ira accensi, mutuo auxilio futuri ad eum peruenere: lictorẽ etiã, quum p iter quoddã graderetur, & verberib. obviam
E affici iuberet, miles quispiam adempta virga grauiter percussit. Cinnã comprehẽdi illum imperante omniũ clamor adsequutus est: lapides enim in eum emissi, qui vero propiores aderant, exertis ensibus, Cinnam inuasere: eoq; modo, Consulatum adhuc gerens, interfectus est.

In Cap. LXX.

F*lauius Fimbria Simultas.*] odiũ latens dicitur.

*Duce interficiendum.*] Plutarchus in vita Syllæ Fimbria potissimum in causa erat, qui quum alterius facinoris principẽ Flaccũ obtrũcasset, Mi-
F thridatis duces superans aduersus eum tendebat.

*insignibus*] lictoribus, & fascibus.

*Pergamo*] vrbe Asię, à quo Pergamenæ chartę.

*Ilium*] Troiam ter captam per equũ Historici scribunt. primo per Herculem, denegatis à Laomedonte equis, ob liberatã Hesionem: secundo per equũ machinã ab Epeo Græco fabricatam. Vergilius *Ipse doli fabricator Epeus.* Tertio per Fimbriam: vt Plutarchus scribit in vita Sertorii: quia in tumultu cadentibus equis porta claudi nõ valuit. Instauratũ aũt esse Iliũ post vrbẽ à Græcis deletam Strabo ac nonnulli alii attestantur.

*Semet occidit*] asseuerante etiãnum Plutarcho: G
tum Fimbria militis equestris solis elapsi tunicis Syllanos amplexati sunt familiariter operũ adiutores se fecerũt potissimã impertientes operam: eã cõspicatus Fimbria permutationẽ: quum Sylla in gratiam redire posse desperãs: intra vallum sibi necẽ consciuit. L. quoq; Florus Epitome octuagesima tertia, Fimbriã Ilium cepisse, parumq; affuisse, quin Regẽ caperet, addit eum imperrasse à seruo, ceruicẽ prębẽs, vt omnino seipsum interficeret, quę curiosus lector animaduertere valebis. H

In Cap. LXXI.

V*iriatus genere Lusitanus*] L. Florus Germano ingenio. Idem edidit lib. quinquagesimo secundo: Viriatus primum in Hispania ex pastore venator, & ex venatore latro mox iusti quoq; exercitus dux factus vniuersam Lusitaniã occupauit. Lusitania aut à lusibus Bacchi dicta, vt Plinius ait.

*Claudium Numacium deinde Caium Nigidium*] nimirũ in his codicibus mendã esse cognoscimus si sequamur Florum Mar. Vetulium, & C. Plauti- I
um: Idem Florus inquit. Mar. Vetulium prętorem fuisse, eius exercitum cœpit. post quem Claudius prætor nihil felicius rem gessit.

*A Pompilio*] suppone: Fabio, ex eodẽ autore Quintus Fabius in Hispania rebus prospere gestis pacẽ cum Viriato equis condicionibus facta.

*Cæpio.*] Viriatus à proditoribus consilio seruili Cœpionis interemptus est, & ab eius exercitu multum ploratus, at nobilissime tumulatus. K

In Cap. LXXII.

M*arcus Æmilius Scaurus*] Scauri dicuntur, qui talos pedum tumentes, & exporrectos habẽt, in qua familia fuit Syllæ priuignus, qui Theatrum tẽporarium fecit, in quo fuit scena miranda, de qua Plinius plura lib. trigesimo sexto ait. Idem Scaurus in Ædilitate tercẽtum sexaginta columnas marmoreas in vrbem invexit ad scenã erigendam.

*Carbonarium negotium.*] Quale solent ii qui L
bracteas attenuant.

*argentarias facere*] ac omnium metallorum cãdentes laminas. facta n. ligna in carbones rediguntad fornaces. Argentaria est locus vbi foditur argentum: auraria vbi aurum.

*Aediles erant*] alii cereales, alii curam ludorum atq; ædium habentes. In hoc magistratu sumptuosissimus fuit.

*Meruit*] militauit.

*Prætor*] Imperator cum Calpurnio, vt Salustius M
in Iugurthino scribit reliqua. cum Bestia & Scauro secreto transegit.

*Sumptibus*] cupediis ganeæ ne vrgerentur, suffragiisq; ingentibus diuiderentur.

*assurrexit*] honoris gratia.

*Sella*] per an disticon quasi sedam dixere, inde subsellium.

*Ligures*] repperi nuper apud. Lu. Flo. etiam trans Alpes incolere Ligures, quandoquidem inquit, Transalpinos Ligures vicit.

*Viam Aemiliam strauit*] De viarum nobili-

tate

A tate lege Strabonem. lib. quinto vbi de Appia, Valeria, & Latina loquitur, ab ipso post dictus est Æmilius pons. Iuuenalis : *Cum tibi vicinum se prebat Aemilius pons.* In via Flamminia, qui Miluius dicebatur, erat distans vltra lapidem vnum, de quo Salustius in Catilinario ponte Miluio per insidias Allobrogum comitatus deprendunt.

*Opimium*] vide superius li. 17. vbi de Graccho, & reliquis tribunis.

B *Præsidium*] quia loco viso non impetum sustinuerat.

*socios*] confœderatos populo Romano.

IN CAP. LXIII.

LVCIVS APVLEIVS Saturninus. *Vt veteranis cetena agri iugera.*] Appianus li. primo: quippe Appuleius legem tulit, tellurem omnem quæcunq; Romanorum ditioni subdita esset, fore diuidendam, ea in prouincia, quæ Galatia appellabatur. Cymbri nempe, Celtarum genus, eam C occuparant, quam Marius recens ademptã, quasi non vlterius ad Galatas spectaret. Iugerum seu iuger spatium est centum & quadraginta pedum in longitudine, Plinio attestante.

*In Aphrica*] nã Galatia cõtermina Bithiniæ in Asia existit, in qua diuisione Appianus sentit.

*per populum*] quia instabat legis promulgatione populus.

*Glauciæ Prætori*] Appianus: non multo post Apuleius, vt Metelli vlcisceretur iniuriam, tribunatum D petens Glauciam Prætorẽ obseruare cæpit, Tribunorum electioni præsidentem.

*concionem habebat*] orabat, de concione alias dictum.

*auocasset*] remouisset.

*Quendam libertini ordinis*] tribunum alias, qui Gracchi filius esse putabatur primũ ea die tribunatũ gessit. Aulo Mummio legẽdum è Lucii Flo. Epitome. li. 8. vbi ait Saturninus, adiuuante Mario, & per milites, occiso Aulo Mummio cõpe-E titore Tribunus plebis per vim creatus. Appianus quoq; fugientem in diuersorium interfectum esse ait.

*Nouis colonis*] habitatorib. inde coloniæ dictæ.

*Cæpionis*] de quo in superiore capite vide.

*Interdixit*] in exsilium misit.

*abrogantibus legi*] licentiose dixit: nam Gellio ac Modestino testibus, derogatur legi, quum aliquid ex ea detrahitur. Abrogare legem est irritare atq; infringere.

F *Quum tonuisset*] sequẽti die nullam esse legem haud difficulter ostendi posco, quæ per vim, Ioue insuper tonante, contra patrios mores lata esset.

*Metellus Numidicus exsulare quam iurare maluit,*] Appianus. Metellus autem non solum iusiurandum renuit sed, vt prius instituerat, constante animo, & intrepido adstitit. ac paulo inferius. Metellus his de causis vrbe eiectus. Profect⁹ est autem teste Lucio Floro Rhodum in spontaneum exsilium, vt alibi diximus.

*Mumium competitorem*] Appianus. Sed, cum Mumius dignior existeret, veriti illum Glaucia & Apuleius, nonnullos ad eũ cum lignis in ipsa electione præmittunt, qui Mumium spectantibus G cunctis, interfecere. Florus: Caium Mumium maximum; candidatusq; cõpetitorem, quẽ actionibus suis aduersariorum timebat interemit.

*campo Martio*] ager Tarquinorum eiectorum confiscatus Liuio scribente Marti dicatus exstitit.

*Marius Senatusconsulto armatus*] Appianus: Senatu eos iterum mandante, turbatus Marius nonnullos armis instruxit, & tardante eo, alii aquarum fistulas, quæ ad templum confluebant, incidunt. H

*maximo questu.*] i. lamentatione. Vnde subdit Appianus: Safrinius templo ignẽ immisit, & siti se moriturum autumãs Glaucia & Saturninus, Marium sibi auxilio adesse rati, se tradidere.

*Fracta ceruix*] suspensi. Non enim placet vt exponatur quæstu pro lucro, quia huic non conuenit sentenriæ.

IN CAP. LXXIIII.

LVCIVS Licinius Lucullus] *nobilis consularis disertus.* Plutarchus: quanta vero fuerit eloquentia hinc arbitror posse perfacile iudicari. ferunt. n. Hortensium causidicum, & Sisenam Historicum ex ioco in rem seriã, vt fit, plerunq; cõuersos cõposuisse, vt poemata oratione Græca pariterq; Latina lingua proposita eo quem dedisset sors stylo, eaq; lingua vterentur. Lucullus Marsicum cum scriberet bellum, obtigit ei sorte Græca oratio, defluxit enim ad nos vsque Marsici belli Historia Græco sermone scripta. I

*Dines*] Horatius libro primo epistolarum ad Numitiũ id ostẽdit: Chlamides Lucullus, vt aiũt, si posset centum scenæ præbere, rogatus, qui possum tot ait tamen quęram quot habebo, mittam. paulo post scribit sibi millia quinq; esse domi chlamidum. K

*munus*] Ludum.

*quæstorium*] quale quæstores existentes agere solebant.

*Syllæ*] sub quo primo meruit.

*per Murenã in Asia*] volue solers lector de his Plutarc. in Luculli vita ne plura trãscribere cogar. Quod. n. Cornelius summatim; Historicus Plur. prolixius asserit quendã adulescentulum collegã in Cõsulatu, qui legatus à Mithridate LX. naues cũ omnib. militib. & quatuor milliũ, millia miserat. L

*Cyzicon*] Ponti vrbem.

*obsidione*) Mithridates q̃ iratus rex infestabat, quia x. naues contra se & tria hominum millia in Chalcedonicam pugnam miserant.

*Mithridatis copias*) Dicã profecto ꝙ Plutar. in cõparatione Cimonis & Luculli recẽset: Ceterũ post Lucullũ quid egit Tigranes dignum memoria? quid Mithridates? quum is superiorib. cladib. obrutus, atq; cõfractus, nec modo suas aduersus Põpeium copias extra vallũ educere ausus fuerit sed sola fuga saluti cõsulens in Bosphorũ se recepit: Tigranes vero nudus atq; inermis corã Pompeio supplex humi procubuisset; sublatũ propriis manib. è capite diadema ad illi⁹ pedes deposuit. *Signorũ & tabularũ*] adeo, vt Xerxes Togat⁹ à Tuberone diceret nã Basilicã, atq; balneorũ & deambulatorũ apparat⁹: picturas: statuas oẽq; eiusmo- M

A di rerum ſtudium ad luxum arbitror referenda.
*alıena mēte deſipiſſet*] Plutarchus.ferunt autem
eum ſub mortē aduerſa mētis valetudine captum
paulatim cōtabuiſſe:porro Cornelius nepos non
ætate mala,neq; naturali morbo, ſed medicamē
tis à Caliſthene quodā liberto ſuo corruptū in id
iucidiſſe prodit: Caliſthenē vero ea ſibi medica-
mina ꝓpinaſſe,qui eū amatorium habuiſſe credi-
derat, Lucullūq, tātū ab rationis vſu abfuiſſe, vt,
vel eo viuēte,omnis rei familiaris cura Marci fra-
B tris cōſilio gubernata fuerit: equidē ex hoc teſti-
monio,quū videā pleriſq; in locis Cornelii Ne-
potis fidē à Plutarcho citari arbitror hūc omnino
eſſe,quē interpretādum ſumpſimus,cōpılatumq;
ab aliquo,vt Trogum à Iuſtino, quum alia citet è
Cornelio Grecus Hiſtoricus,quę in eodem nunc
non reperiantur.

## In Cap. LXXV.

C*Ornelius Sylla in fortuna fœlix dictus*] Plinius
naturalis Hiſtoriæ li.7. cap.47. Vnus homi-
C num ad hoc æui fœlicis ſibi cognomē aſſeruit:id
Lucius Sylla fœlici nēpe ſanguine, patriæ oppu-
gnatione adeptus, etiā quibuſdā fœlicitatis indu-
ctus argumentis, ꝙ proſcribendo tot millia ciui-
um trucidare potuiſſet.O praua interpretatio, &
futuro tēpore infœlix: & filium Fauſtum,filiam
Fauſtam inſolenter appellauit.
*Iugurtham a Baccho*] rege Mauritaniæ ſocero
ipſius Iugurthæ.Dubitauit autē barbarus vtrum
Syllā Numide,an Iugurthā Syllæ traderet:tandē,
D Saluſtio & Plutarcho ſcribentibus, Iugurtham
Syllæ tradidit.
*Bello Cimbrico*] de quo ſuperius in Mario lege.
*Legati*] in caſtris ꝓuiſores neceſſariorū dicūtur.
*Bello ſociali*] ꝙ initium habuit ab Italis, quibus
promiſſa erat ciuitas, Fuluio Graccho, deinde à
Druſo, nec poterant promiſſa aſſequi: ſociarum
igitur arma cum pluribus populis, maxime Sa-
mnitibus,& Hirpinis Campaniæ.
*Ne monumenta Bochi tolleretur*] nā inuidia er-
E ga Syllā Marius flagrabat,videns eū participē ſuæ
gloriæ.Ferebat nāq; Sylla imaginem:qua Bochus
ipſe Iugurthā captiuū ad Marium ducendum da-
bat:illam,inquam,imaginem ferre ſolebat; quæ
res magnā triſtitiā exhibebat Mario.
*Orchomeniā & Cheroniā*] Aſię vrbes. prolixū
nēpe eſſet memorare,vti cū Mithridate congreſ-
ſus fuerit Sylla.Plutarchum itaq; euolue, quo la-
boris noſtri ſis particeps.
*Archelai*] hic dicebatur maximus Regum prę
F fectus,quo ſuadente,ac amico effecto, Sylla pa-
cem cum Mithridate certis fœderibꝰ compoſuit.
*Pyrheum*] Athenarum.
*recepit*] multis admotis machinis & tormentis.
Ita,vt Plutarchꝰ ſcribit:in obſidione Athenarum
decem millibus mulionorum iugorū quotidiana
& machinarum apparatū impendebatur opera.
*Medos*] à Medo filio Medæę dictos aliqui ſēriūt.
*Dardanos in itinere*] à Mithridatica reductus
expeditione.
*Rogatione.*] i.lege:quia Sulpitius ſeipſo ſcelerati-
or Mario, teſte Plutarc.exercitum in Mithridate
deſtinauit: qui deinde ſeruo prodente à Sylla in-
terfectus eſt.

*Carbonem Italia expulit*] Plut. Carbo qui con- G
trariā factionem timebat ab eius exercitu fugam
noctu faciens tandem in Aphricā naui ſe recepit.
*Marium apud portū Theleſinum.*] Plut quū Ma-
rianorū terga vertentiū,qui diutius ſuſtinere ne-
quirent,magna ſtrages fuit:Marius ſeſe Præneſte
fuga ſubtrahens,obſeratas portas offendens fune
ſuperne demiſſo quum ſe immiſiſſet in murum
receptus eſt.
*Collinā:*] Lucanus ſecūdo. *Aut Collina tulit ſtra-
tas quot porta catervas.* Legendum eſt,Marium & H
Pōtium Theleſinū ex Appiano referēte Marcum
autē Lāponum ex Lucania & Pōtium Theleſinū
Samnitibus & Capineum ſeptuaginta hominum
millia adducētes vt Marium iuniorē ab obſidione
liberarēt. Sylla via interea quadam,per quam pa-
tebat,aditus ab itinere excluſit.
*Mario Præneſte interfecto*] Appianus.quib.cō-
ſpectis Prenestini,ꝙ omnes Carbonis copias de-
letas audiſſent,Norbanum ex Italia aufugiſſe,re-
liquas vero Italiæ vrbes ad Syllā cōceſſiſſe: ciuita- I
tem Lucretio dedere, Mario aggerē per vinculos
ingreſſo, nec multo poſt interēto manu propria
Lucretius ceruicē abſcidit, caputq; ad Syllā miſit:
id fori in medio ante roſtra Sylla cum appēdiſſet:
iuuēta Cōſulis irriſa,inquit,remigē priꝰ eſſe opor-
tere, quam ad gubernaculum manus admouere.
*Proſcriptionis tabularū.* Plutarc. Sylla igitur ex
tēplo octoginta ꝓſcripſit millia ſenatorum,com-
municato conſilio, omnibus ægre ferētibus:imò
interiecto die ducentos & viginti abiecit: deinde K
tertio nō pauciores adiecit.
*Tribunitiā poteſtatem*] App.tribunitiā vero po-
teſtatē adeo perfregit ac debilitauit,vt fere ad ni-
hilum redegerit,quū ex lege prohiberetur,qui ſe
Tribunū geſſiſſet, vlteriꝰ poteſtatē habere poſſe.
*Dictaturam depoſuit*] App.tātum huic viro a-
nimi,& felicitatis affuit, vt fori medio dicere au-
deret.ideo ſe Dictaturā deponere:vt eorum,quę
feciſſet,rationē ſubire poſſet,ſi quis exigeret.
*Puteoli,*] Strabone autumāte in Cāpania op- L
pidum à putore aquarum ſulfurearum dictum.
Phtiriaſis pedicularis morbus dicitur,nā φθείρ.ρὸς,
pediculum indicat,ἀπὸ τȣ̃ φθίνω,tabeſco: Plinius in
ſeptimo: Age,nō exitus vitę eius omniū proſcri-
ptorum ab illo calamitate crudelior fuit,eroden-
te ſeipſo corpore,& ſupplicia ſibi gignente.

## In Cap. LXXVI.

MITHRIDATES Rex pōti Euxini patriæ inde
Euxini id eſt hoſpitales dicti.Eſt autē pro-
pe Meotida.Circa hunc locum erant plures pro- M
uinciæ,tum ad Aſiam; tum ad Europam attinen-
tes,quibus ipſe Rex imperabat.
*A ſeptem Perſis*] de quibus Herodotus li.ter-
tio, & Iuſtinus primo Epitomarum ſuarum plura
ſcribunt.ii enim magos interfecerunt, qui doloſe
pro ipſis regnabant. deinde hinitu equidarium
Regem conſtituere.
*Quinquaginta gentium*] Gellius libro decimo
ſexto capit. decimo ſeptimo: Mithridates autem
Ponti atque Bythiniæ rex inclytus quia Cneo
Pōpeio prelio ſuperatus eſt duarum & viginti gē-
tium quas ſubditione habebat linguas per calluit,
earumque

A earúmque omnium gentium viris haud vnquam per interpretem locutus eſt. ſed,vt quemq; ab eo appellari vſus fuit, perinde lingua & oratione,nō ſecus ac gentilis eius eſſet, loquens.

*Nicomedem Bithinia*) is eſt,de quo Cæſaris in vita Suetonius refert.

*Areabarzanem*) quem deinde Sylla, iubente Senatu cum exercitu in regnum reduxit.

*Vt quicumq; Romanus eſſet vna die interficeretur*] In orat. de lege Manilia. Vos tot ciuium Ro-
B manorum millibus vno nuncio, atq; vno tempore necatis,quo tandem animo eſſe debetis?

*Sylla eum prælio vicit*] Cicero ibidem : triumphauit & Sylla: triumphauit. L. Murena.idem de Mithridate. præterea, vt Plutarchus tradit, Lucullus egregiam pro rep. aduerſus Mithridatem operam nauauit.

*eum*] qui Mithridaticum antidotum ſaluberrimum confecit. De victoria Syllæ nuper diximus. Iuuenalis quoque ait: *Pontica ter victi cau-*
C *tus Mithridatica regis.*

*Argis exiſtentem*] agros in ſingulari neutri, in plurali maſculei.

*a Pompeio*] vt ait Plutarchus: Reuera Luculli res geſtæ imperium Pompeii exornarunt.

*Nocturno prælio*] ad Lunæ ſplendorem,vt Plutarchus his in vita narrat : deluſos regios milites vmbra Lunæ.

*venenum ſumpſit*) Plutarchus in Pompeio ita recitat : Mithridatem per filii Pharnacis ſeditio-
D nes mortem ſibi conſciuiſſe, ac omnia, quæ ipſe poſſederat, Pharnacem ſibi ſortitum : denique his geſtis Pharnacem ad ſe Romam ſcriptitaſſe.

*Mithridates aduerſum venena multis antea medicaminibus corpus firmarat*] A.Gellius lib.16. ſcriptū etiā à Leneo Pompeii liberto Mithridatem illum Ponti Regem medicæ rei, & remediorum id genus ſolertem fuiſſe, ſolitumq; anatis ſanguinem miſcere medicamentis, quæ digerendis venenis valent,ſanguinemque eatum po-
E tentiſſimum eſſe in ea confectione, ipſum autem regem aſſiduo talium medelarum vſu, à clandeſtinis epulatum inſidiis cauiſſe. Quamobrem victus Romanis, fruſtrà venena violentiſſima feſtinandæ necis gratia expertus, ſeipſum gladio tranſegit.

## IN CAP. LXXVII.

CNeus Pompeius Magnus] deuicta Africa, ita pronunciante Sylla, appellatus.

F *ita egit,vt ab eo diligeretur*] quia primo potiſſima cauſa fuit,vt Cinna interficeretur,& Carbonem interfici damnatum iuſſit,internecinos Syllæ hoſtes.

*Siciliam à proſcriptis recepit*]& quotquot proſcriptionem Syllanam præoccupando, fugerant in Siciliam, hanc vt propugnaculum tutum ceperant, ſed audientes Pompeium cum exercitu aduentarē,facile ceſſerunt.

*Numidiam*] Plutarchus in Pompeio: aliæ cōfeſtim ciuitatum paruere, aliæ vi captæ. Hiarbas rex tum comprehenſus, qui cum Domitio bellum inierat: cui ſucceſſit Hiempſal, proſperâ erigo fortunā Pompeius, fœdus robori militum fi- G
dens,Numidiam impetit,in quam, quòd diebus plurib.peragrandum erat, agmine concitato excurrēs,ea ſubegit omnia,quibus obuiā factus eſt.

*Lepidū acta Syllæ reſcindere volentem*] Diuerſa hiſtorici ſcribūt. Plutarchus, quare Pompeius aduerſus Lepidum dux declaratus. hic n.quia tū multa in Italia occupauerat, & citeriorē Galliam per Brutum ſuperatam videbat ; ceterum Pompeius facile vicit : & paullo poſt amiſſa Italia Le-
pidus in Sardiniā fugit,vbi morbo comitiali mœ- H
ſtior,non ex aduerſa,vt aiunt, fortuna, ſed quòd in litterulam quandam incidit, ex qua adulteram vxorem cognouit. Appianus : Lepidus à Senatu accerſitus,nec ille, quamobrem vocaretur, ignarus, vniuerſo cum exercitu profectus, quaſi cum eo vrbē ingreſſurus,prohibitus ſubinde, ad arma per præconem omnes connumerat, ex aduerſo Catullus bellum viciſſim vere denunciat, poſt in odium prælio, antequam campum Martium ingrederetur, inito , ab vtriſq; ſuperatus eſt Lepi- I
dus: nec multum illi aduerſatus, in Sardiniam enauigauit ; quo in loco diſtillationis morbo correptus ceſſit è vita.

*Cneus Pompeius prætor in Hiſpaniam*] ab Hiſpali vrbe dictam,auctore Trogo Pompeio.

*Sertorium vicit*] contra quem fugitiuum Syllæ,& ſuperſtitem Carboniæ fugæ,primo Metellus pugnauit, idem ciclops, ſenexq; Imperator à iuuene Pompeio ſuperatus, ad pœnam amicorū
præcipuum in conuiuio fœdiſſime trucidatus à K
cuſtodia militari.

*piratas intra quadrageſimum diem*] qui nemini commercium liberum, ſed omnia inuia, clauſaque tenebant, Sabirius rogationem tulit , qua Pompeio Cilicum prouincia demandabatur, in qua celeriter fœlici victoria potitus eſt, tamen ſponte ſe, famā auditā Pompeii, maris vaſtatoribus dedentibus,tum enixiſſime nonnullis debellatis, per columnaſq; diſtributis.

*Tigranem ad deditionem*] cum vrbes caſtellaq; L
eius caperēt, in extremis deductus, audita Pompeii clementia ſeſe dedidit , conditionibuſque à Pompeio oblatis acquieuit.

*Albani*] ad Hircaniam.

*Colchi*] ſed Scythiam, &c.

*Heniochi*] pertinent,

*Iberi*] montem incolunt Taurum.

*Hircanum*] inde Caſpium , vt Ptolemæus quod,vt auguſto, ita longo etiam, freto primum
terras, quaſi fluuius, atq; iuſtus alueus includit, M
in tres ſinus diffunditur contra os ipſum, & reliqua.

*rubrum*] de quo ita Pomponius Mela: *Rubrum mare Græci,ſiue quia eius coloris eſt,ſiue quia ibi Eritra regnauit*, Eritram thalaſſam *appellarunt,procelloſum,aſperum, profundum,& magnorum animalium, magis quam cetera, capax, primo recedentis oras qualiter impellit,& vt non intret interius aliquantum patens ſinus, Arabiamque alluit.*

*Iudæi*] pertinaciſſimum genus, vel à *Iuda*, vel quaſi *Idæi*, de quibus lege Strabonem. Cepit autem Ariſtobulum regem eorum.

A *Syriam Crassus*] satis constat Crassum auri cupiditate in Parthiam profectum, cuius fæculentia ditissimi Summates hac quoq; tempestate, æterno iudicio, nunquam explentur, sed more hydropici, *Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.* deinde dolo Surinæ circumuentis, viq; in equum sublatus est. Lucanus,

*Assyrias Latio maculauit sanguine carras,*

crudelissime interfectus fuit, capite ad Regem Herodem oblato. Iason fabularum auctor, B scribente Plutarcho, illud multis telis profodit, ac quasi fures debacchando pro ludibrio circumtulit. Petrarcha in Triumphis vernaculo rythmo ita accedere videtur opinioni, vt aurum in ore liquefactum fuerit: *vide Ciro de sangue auaro è Crasso de oro, e luno & laltro nebe tanto, che parena a ciascuno amaro.*

*Galliam*] quam per decenniũ domuit. In Suetonio leges eiusque commentariis.

*Pompeius vrbem obtineret*) ipsi Pompeio A- C phrica, & vtraque Iberia cum quatuor legionib. decretæ erant.

*Cæsarem dimittere exercitum*) inquit ipse Cæsar: neq; obscurè duæ legiones Cæsari detrahuntur: quas (vt idem in fine belli Gallici asserit) à Pompeio retentas, causa verò potissima bellorũ ciuilium hæc fuit, quia Cæsar sibi ipsi timeret, noluit exercitum deponere: petebat enim consulatum ac triumphum. Senatus alterum libens daturus erat, & dicebat: triumphare si vis, acce- D de more aliorum Imperatorum, sin consulatus competitor esse velis, accede priuatus humiliter in campo Martio suffragia rogaturus: timebat verò Cæsar, si non obtineret Consulatum, ac sine officio, & militibus in prouincia viueret, ne rationem actorum reddere cogeretur, affirmante Suetonio, cum M. Cato identidem, nec sine iureiurando denunciaret, delaturum se nomen eius primum exercitum dimisisset: cumq; vulgo, fore, prædicaret, vt, si priuatus redisset, Milonis E exemplo, circumpositis armis, causam apud iudices diceret.

*eius infesto aduentu*) iam contra Senatusconsultum Rubiconẽ transierat, Picenum, Vmbriã, Ethruriam occuparat. territus itaq; cum Senatu Pompeius ab vrbe discessit Brundusium vsq;, vt maria cum maritimis locis in potestate sua præoccuparet.

*in Pharsalia victus*] à Pharsalis oppido dictam. idem operi Lucani titulus. Causa victoriæ Cæsa- F ris: Sex cohortes, legionibus eductæ, decimæ legioni à tergo locatæ, iussæq; sunt quietem agere ab hostibus, à tergo ignotæ esse, erant numero tria millia virorũ, quæ obsistendo, equites Pompeianos longis iaculis per frontes ac ora feriebãt: iuuenes autẽ nobiles huius inexperti pugnæ aduersi, manibus protegendo oculos, terga dedere. reliqui Cæsareorum impetum non ferentes, saluti suæ fugâ consuluere, cum Pompeio ad castra accelerante, & vestem sumente infortunio congruam, inde egressus tandem Larissam applicuit: cetera in vita eius perlege. G

*Ad Ptolemæum regem*] dubitabat Pompeius, an ad Parthos confugeret, an ad Iubam Mauritaniæ regem, tandem Lentulo apud Lucanũ hortante lib. 8. in Ægyptum profectus, vbi regnabat regulus filius. patri eius ingẽtia beneficia contulerat Pompeius Ptolemæi præceptoris nomen Theodoti, dicentis hominem mortuum nõ solere nocere, sententia condemnatus & à Septi- H mio & Achilla indignè trucidatus, indignè vitam cum morte commutauit.

*à Photino*] eunucho, qui regnum administrabat. Martialis,

*Antoni Fario nil obiecture Photino.*

*Confossum est*] non per eum, sed ipsius iussu.

*incisum caput*] Lucanus octauo Pharsaliæ,

*Tunc arte nefanda*
*Summota est tabes capiti, raptoq; cerebro,* I
*Exsiccata cutis, putrisq; effluxit ab alto*
*Humor, & infuso facies solidata veneno est.*

Cum antea de incessione dixisset,

*dum lumina nuda rigescunt*
*Suffixum caput est.*

Inde de *Trunco, Nilo iactato, a Codro sepulto,* inquit,

*E latebris pauidus decurrit ab æquore Codrus.*

ac paullo inferius,

*Sic fatus, erectos iuuenis procul aspicit ignes,*
*Corpus vile suis, nullo custode cremantes.* alibi. K

*Hic positus est magnus*] poeta: *Hic situs est magnus, placet hoc fortuna sepulchrum Dicere.*

*Pompei caput ab Achilla*] Plutarchus in fine vitæ Pompeii ita scribit: Ceterum nõ multo post Cæsar in Ægyptum sic perturbatam prouinciam profectus, afferentem Pompei caput, vt scelus, execratus est, ab ipso auertit, gemmã verò Pompei cũ suscepisset, occultè illacrymauit (eius gemmæ signum erat ensis) Achillam atque Photinũ iugulauit. Claudat itaque opusculum nostrum L carmen vernaculum laureati poetæ Petrarchæ ita canentis nonagesimo septimo cantu:

*Cesaro poi che l traditor de Egypto*
*Gli fece el dono de l'honorata testa*
*Celando la legreza manifesta*
*Pianse con li ochi fora, si come e scripto.*

Lucanus idem asserit,

*Vtq; fidem vidit sceleris, tutumq; putauit,*
*Iam bonus esse socer, lacrymas nõ sponte cadentes*
*Effugit, gemitusq; expressit pectore læto.* M

*preciosissimis odoribus cremandum*] Idem poeta eodem in loco ita carmine comprobat,

*Vos condite busto*
*Tanti colla ducis, sed non vt crimina tantum.*
*Vestra tegat tellus: iusto date thura sepulchro,*
*Et placate caput, cineresq; in littore fusos*
*Colligite, atq; vnam sparsis date manib. vrnam.*

CORNE-

# CORNELII NEPOTIS FRAGMENTA

## QVÆ REPERIRI POTVERVNT omnia.

Summo ANDREÆ SCHOTTI studio collecta, & Scholiis illustrata.

# CORNELIO VALERIO, ELOQVENTIÆ DOCTORI LOVANI GRVDIORVM IN COLlegio Trilingui Buslidiano,

## ANDREAS SCHOTTVS S. D.

QVoi *dono lepidum, nouum libellum,*
*Arida modo pumice expolitum,*
CORNELI? *Tibi: namque tu solebas*
*Meas esse aliquid putare nugas.*

LIBET enim iisdem versibus affari te, quibus olim Veronensis Poeta Valerius Catullus Cornelium Nepotem, cuius FRAGMENTA, dum antiquos Scriptores euoluo, accuratè collecta, tanquam studiorum meorum primitias dedico, cum nominis CORNELI gentilitate, tum tua erga me beneuolentia, qua me semper es prosecutus, mirificè incitatus. Quemadmodum enim teste Petronio,

*Agricolas primos Cereri dare frugis honores*

accepimus, propterea quod prima, apud Maronem,

*Chaoniam pingui glandem mutarit arista.*

Vtque ad Apollinem comæ primitias olim poni solitas auctor est Varro, vel fluminibus eas consecrabant: calpar vinum recens Ioui libabant: decimas Herculi pollucebant: pueri puppas Veneri dedicabant: naufragi tabulas, quibus enatassent, crinemque Neptuno suspendebant: Sic & ego has tibi comas, hoc est, laborum primitias lib. mer. do dicoque, cui ego secundum parentes plurimum debeam, tanquam animi principis mei partis cultori optimo; quod me in rectam, nec vulgo tritam studiorum viam manuduxeris, re & consilio semper iuueris: vt Pontii Paulini ad Ausonium præceptorem suum, si gratus esse velim, vsurpare illud debeam:

*Tibi disciplinas, dignitatem, litteras*
*Linguæ, & togæ, & famæ decus,*
*Prouectus, altus, institutus, debeo,*
*Patrone, præceptor, pater.*

Sed quis horum, dicet aliquis, Fragmentorum vsus? Nimirum naui tempestate amissa, factaque insigni iactura, consolationi esse solet, tabulas naufragii reliquas collegisse, & Neptuno maris Deo dedicasse: bonique consulenda salsamenta, cum deficimur cibo, iuxta Græcorum prouerbium. Quem equidem amissa colligendi laborem, non sine exemplo suscepi. Nam M. Varronis togatorum doctissimi, M. Catonis, reliquorumque, Vertranius Maurus, & Antonius Riccobonus: M. Tullii Fragmenta, Car. Sigonius: eoq; diligentius And. Patricius:, C. Cæsaris, Fuluius Vrsinus: Sallustii Historiarum libros Aldus Manutius minor: & accuratius Lud. Carrio, collegerunt. Virgilii verò catalecta, reliquorumque Ios. Scaliger, Galliæ ocellus: alii alia veterum deperdita contulerunt. Græcorum Poetarum, Poetriarum, Oratorum, & Philosophorum collectanea prætereo, in quibus Hertelii, Vrsini, & Stephani Douzæ singularis industria eluceßit. Vt igitur meas has à prima editione δεύτερας φροντίδας, vtinam sapientiores, boni consulas, etiam atque etiam oro: quoniam

niam id omne pro tuo iure repetere à nobis potes, qui puero facem in literis moribusque protulisti. Cuius ex ludo, Louanii, Theod. Langio Græcarum, & Pe. Smenga Hebraicarum litterarum doctoribus, collegis tuis, tanquam ex equo Troiano, meri litterarum principes, in quibus Gul. Canterus prodierunt. Cumque è Busleidiana vestra Bibliotheca libellus hic *De claris Romæ Corneliis* nunquam antea typis euulgatus, primùm nunc prodeat, à Petro Nannio Alcmariano (cuius tu proximè de superiore loco eloquentiam docendi munus excepisti) in Cornelii Musii Musarum alumni post etiam martyris gratiam conscriptus. Idcirco hisce Cornelianis adiungere placuit. Vale.

# CORNELII NEPOTIS FRAGMENTA.

## *Chronicorum Lib. I.*

VIXIT Homerus ante Romam conditam annis circiter C. & LX. *Agell. Noct. Atticar. lib. XVII. c. XXI.*

Roma condita Olympiadis Septimæ anno secundo. *Solinus Polyistoris cap. II.*

Archilochus Tullo Hostilio Romæ regnante iam tunc poematis clarus & nobilis. *Agell. XVII. cap. XXI.*

M. Manlius Romæ qui Gallos in obsidione Capitolii obrepentes per ardua depulerat, conuictus est consilium de regno occupando iniisse: damnatusque capitis, è saxo Tarpeio, vt M. Varro ait, præceps datus est: vt Corn. autem Nepos scriptum reliquit, verberando necatus est. *Ibidem.*

Alexander Magnus Pellæ ortus, M. Fabio Ambusto, Tito Quinctio Capitolino Cos. post Romam conditam anno trecentesimo octuagesimo quincto. *Solinus cap. XLIII. Polyistoris.*

P. Terentius Scipionis Africani & C. Lælii æqualis. *Donatus in vita.*

## CORNELII NEPOTIS

## *Exemplorum Lib. II.*

A virgine Vestale. *Fl. Carisius lib. 1. Gram.*

LIB. V.

Multis in Senatu placuit, vt qui captiuorum Romanorum, ab Annibale redire nollent, datis custodibus ad Annibalem deducerentur: sed ea sententia numero plurium, quibus id non videretur superata: ii tamen qui ad Annibalem non rediissent, vsque adeo detestabiles inuisiq; fuerunt, vt tædium vitæ ceperint, necemque sibi consciuerint. *Agellius lib. VII. cap. 18.*

## CORN. NEPOTIS

## *Illustrium Virorum Lib. II.*

Subinde. *Sosipater Carisius lib. 2. pag. 80.*

LIB. XV.

*Ibidem.* Harum partum.

LIB. XVI.

*Ibidem.* A fratre patruele.

## INCERTA QVO LIBRO VIRORVM ILLVST. POSITA.

*Seruius in I. Æn.* CArthago antea ſpeciem habuit duplicis oppidi, quaſi aliud alterum amplecteretur: cuius interior pars Byrſa dicebatur, exterior Magalia. Huius rei teſtis eſt Corn. Nepos in eo libro, qui Vita Illuſtrium inſcribitur.

*Diomedes lib. I. Gram.* Propius Grammatico acceſſi.

*Agel. lib. XI. c. VIII. Noct. Attic. & Macrobius præfat. Saturn.* A. Albinus, qui cum L. Lucullo Conſul fuit, res Romanas oratione Græca ſcriptitauit. In eius Hiſtoriæ principio ſcriptum eſt ad hanc ſententiam: neminem ſuccenſere ſibi conuenire, ſi quid in his libris parum compoſitè aut minus eleganter ſcriptum foret: nam ſum homo Romanus, natus in Latio: Græca oratio à nobis alieniſſima eſt: ideoque veniam gratiamque malæ exiſtimationis, ſi quid eſſet erratum, poſtulauit. Ea cum legiſſet M. Cato: Næ tu, inquit, Aule, nimium nugator es, cum maluiſti culpam deprecari, quam culpa vacare. Nam petere veniam ſolemus, aut cum imprudentes errauimus, aut cum compulſi peccauimus. Tibi, inquit, oro te, quisperpulit, vt id committeres, quod priuſquam faceres, peteres vt ignoſceretur.

## CORN. NEPOTIS

*Lib. I. De vita Ciceronis.*

*Agell. lib. XV. Noct. Attic. cap. XXVIII.* Cornelius Nepos, & rerum memoriæ non indiligens, & M. Ciceronis, vt qui maxime amicus familiariſque fuit: atque is tamen in primo libro, quos de vita illius compoſuit, erraſſe videtur, cum eum ſcripſit tres & viginti annos natum primam cauſſam iudicii publici egiſſe: Sextumque Roſcium parricidii reum defendiſſe.

*D. Hieron. epiſt. LXXI. ad Pammachium.* Tullius, me præſente, iiſdem pene verbis, quibus edita eſt; eam pro Cornelio ſeditioſo Tribuno defenſionem perorauit.

## CORN. NEPOTIS.

*Lib. I. Epiſtolarum ad Ciceronem.*

*Lactant. lib. III. cap. XV. diuin. Inſtit.* Tantum abeſt vt ego magiſtram eſſe putem vitæ Philoſophiam, beatæque vitæ perfectricem; vt nullis magis exiſtimem opus eſſe magiſtris viuendi, quam pleriſque, qui in ea diſputando verſantur. Video enim magnam partem eorum, qui in ſchola de pudore & continentia præcipiant

piant argutiſſime, eoſdem in omnium libidinum cupiditatibus viuere.

## M. TVLLII CICERONIS AD CORN. NEPOTEM

*Epiſtolarum Lib. II.*

Itaque noſtri cum omnia quæ dixiſſemus, dicta eſſent: quæ facete & breuiter, & acute locuti eſſemus, ea proprio nomine appellari dicteria voluerunt. *Macrob. lib. II. cap. I. Saturn.*

*Ad eundem ex Libro incerto.*

Hoc reſtiterat etiam, vt à te fictis aggrederer donis. *Priſcian. lib. VIII. Gram.*

*

Qui habet vltro appetitur; qui eſt pauper aſpernatur. *Ibidem.*

Quid? oratorum quem Cæſari antepones eorum qui nihil aliud egerunt? quis ſententiis aut acutior aut crebrior? quis verbis aut ornatior aut elegantior. *Sueto. in Cæſare cap. LV.*

*

Neque enim quidquam aliud eſt felicitas, niſi honeſtarum rerum proſperitas: vel. vt alio modo definiam, Felicitas, eſt fortuna adiutrix conſiliorum bonorum, quib. qui non vtitur, felix nullo pacto eſſe poteſt. Ergo in perditis impiiſque conſiliis, quibus Cęſar vſus erat, nulla potuit eſſe felicitas: feliciorq; meo iudicio Camillus exſulans, quam temporibus iiſdem Manlius, etiamſi, id quod cupierat, regnare potuiſſet. *Amm. Marcell. lib. XXI.*

Quidam veterũ, formidantes ea, quę ſcriptorib. Hiſtoriæ ſuorũ temporum ſolent ſæpe fraudi eſſe atque inuidiæ, cognitionis actuum variorum, ſtylis iam vberib. explicatas non edidere ſuperſtites. *Amm. Marcell. lib. XXVI. initio.*

*

Infelices eſſe qui omnia ſibi licere exiſtimarunt. *Amm. Marcell. lib. XXVI. in fine.*

*Idem ad Atticum de Nepote.*

Nepotis epiſtolam exſpecto. cupidus ille meorum, qui ea quibus maxime γαυριῶ legenda non putet? & ais μετ' ἀμύμονα: tu vero ἀμύμων, ille quidem ἄμβροτος. *Lib. XVI. epiſt. V.*

Male narras de Nepotis filio, valde me hercule moueor & moleſte fero. neſcieram omnino eſſe iſtum puerum. *Epiſt. XIIII.*

## M. PORCII CATONIS VITA.

Cato ortus municipio Tuſculo adoleſcentulus, priuſquã honoribus operã daret verſatus eſt in Sabinis: q̃ ibi herediũ à patre relictũ habebat. Hortatu L. Valerii Flacci, quẽ in cõſulatu cẽſuraq; habuit collegã (vt M. Perpẽna cẽſorius narrare ſolitus eſt) Romã demigrauit, in foro eſſe cœpit.

Primum ſtipendium meruit annorum decem ſeptemq;. Q. Fabio Maximo, M. Claudio Coſs. Tribunus militum in Sicilia fuit. Inde vt rediit, caſtra ſecutus eſt P. Claudii Neronis: magnique opera eius exiſtimata eſt in prælio apud Senam quo cecidit Aſdrubal frater Annibalis. Quæſtor obtigit P. Africano conſuli, cū quo nō pro ſortis neceſſitudine vixit, nanque ab eo perpetuo diſſenſit vita. Ædilis Pl factus eſt cum C. Heluio. Prætor prouinciam obtinuit Sardiniam, ex qua Quęſtor ſuperiore tempore ex Africa decedens, Q. Enniumpoetā deduxerat: quod non minoris æſtimamus, quam quemlibet ampliſſimū Sardinienſem triumphum. Conſulatum geſſit cum L. Valerio Flacco ſorte prouinciam nactus Hiſpaniam citeriorē, ex qua triumphum reportauit. Ibi cū diutius moraretur, quod Scipio Africanus Conſul iterū, cuius in priori cōſulatu Quæſtor fuerat: voluit eum de prouincia depellere, & ipſe ei ſuccedere, neq; hoc per ſenatū efficere potuit, cum quidē Scipio in ciuitate principatum obtineret: quod tum non potentia, ſed iure Reſpublica adminiſtrabatur. Qua ex re iratus ſenatu peracto, priuatus in vrbe mãſit. At Cato Cenſor cū eodē Flacco factus ſeuere præfuit ei poteſtati. Nā & in cōplures nobiles animaduertit, & multas res nouas in edictū addidit, qua re luxuria reprimeretur, quæ iā tum incipiebat pullulare. *Circiter annos octoginta* vſque ad extremam ætatem, ab adoleſcentia Reipu. cauſa ſuſcipere inimicitias non deſtitit. A multis tentatus, non modo nullū detrimentū exiſtimationis fecit, ſed quoad vixit, virtutum laude creuit. In omnibus rebus ſingulari fuit *prudentia & induſtria*: nā & agricola ſollers, & *Reip. peritus, Iureconſultus*, & magnus Imperator, & probabilis Orator, & cupidiſſimus litterarū fuit. Quarū ſtudiū etſi ſenior arripuerat, tamē tātum progreſſum fecit, vt nō facile reperire poſſis, neq; de Græcis neq; de Italicis rebus quod ei fuerit incognitū. Ab adoleſcentia confecit orationes: ſenex hiſtorias ſcribere inſtituit, quarū ſunt libri ſeptem. Primus continet res geſtas *Regum populi Romani*. Secūdus & Tertius, vnde quæq; ciuitas orta ſit Italica: ob quam rē omnes Origines videtur appellaſſe. In quarto autē bellū Punicum primū: in quinto, ſecundum. Atque hæc omnia capitulatim ſunt dicta. Reliqua bella pari modo proſecutus eſt, vſq; ad Præturam Seruii Galbæ, qui diripuit Luſitanos. Atq; horum bellorum duces non nominauit, ſed ſine nominibus res notauit. In eiſdē expoſuit quæ in Italia Hiſpaniiſq; viderentur admiranda. In quibus multa induſtria & diligentia comparet, multa doctrina. Huius de vita & moribus plura in eo Libro proſecuti ſumus quem ſeparatim de eo fecimus, rogatu Titi Pomponii Attici. Quare ſtudioſos Catonis ad illud volumen relegamus.

## T. POMPONII ATTICI VITA.

POMPONIVS ATTICVS ab origine vltima, ſtirpis Romanæ generatus, perpetuo à maioribus acceptam, equeſtrem obtinuit dignitatem

tatem.Patre vſus eſt diligente,indulgente,& vt tum erant tempora,diti, in primiſque ſtudioſo litterarum.hic,prout ipſe amabat litteras, omnibus doctrinis,quibus puerilis ætas impertiri debet, filium erudiuit. Erat autẽ in puero,præter docilitatem ingenii, ſumma ſuauitas oris ac vocis, vt non ſolum celeriter arriperet quæ tradebantur, ſed etiam excellenter pronunciaret. Qua ex re in pueritia, nobilis inter æqualeis ferebatur, clariuſque exſplendeſcebat, quam genorosi condiſcipuli animo æquo ferre poſſent. Itaque incitabat omneis ſtudio ſuo: quo in numero fuerunt L. Torquatus, C. Marius, C. filius, M. Cicero, quos conſuetudine ſua ſic ſibi deuinxit, vt nemo iis perpetuo fuerit carior. Pater mature deceſſit.ipſe adoleſcentulus, propter affinitatem P. Sulpicii, qui tribunus pleb. interfectus eſt, non expers fuit illius periculi. Namque Anicia, Pomponii conſobrina, nupſerat Ser. Sulpicio, fratri P. Sulpicii. Itaque interfecto P. Sulpicio, poſteaquam vidit, Cinnano tumultu ciuitatem eſſe perturbatam,neque ſibi dari facultatem pro dignitate viuendi,quin alterutram partẽ offenderet,diſſociatis animis ciuium, cum alii Syllanis, alii Cinnanis fauerent partibus:idoneum tẽpus ratus ſtudiis obſequendi ſuis, Athenas ſe contulit:neque eo ſecius adoleſcentem Marium hoſtem iudicatum, iuuit opibus ſuis:cuius fugam pecunia ſubleuauit. Ac ne illa peregrinatio detrimentum aliquod afferret rei familiari, eodem magnam partem fortunarum traiecit ſuarum. Hîc ita vixit, vt vniuerſis Athenienſibus merito eſſet cariſſimus. Nam, præter gratiam, quæ iam in adoleſcentulo magna erat, ſæpe ſuis opibus inopiam eorum publicam leuauit. Quum enim verſuram facere publice neceſſe eſſet, neque eius conditionem æquam haberent: ſemper ſe interpoſuit, atque ita, vt neque vſuram vmquam ab iis acceperit, neque longius, quam dictum eſſet, eos debere paſſus ſit. Quod vtrumque erat iis ſalutare. nam neque indulgendo inueteraſcere eorum æs alienum patiebatur, neque multiplicandis vſuris creſcere. Auxit hoc officium alia quoque liberalitate. Nam vniuerſos frumento donauit, ita vt ſingulis ſex modii tritici darentur, qui modus menſuræ, medimnus Athenis appellatur. Hic autem ſic ſe gerebat, vt communis infimis, par principibus videretur.quo factum eſt, vt huic omneis honores,quos poſſent,publice haberent,ciuemque facere ſtuderent:quo beneficio ille vti noluit.quod nonnulli ita interpretantur, amitti ciuitatem Romanam alia aſcita. Quamdiu affuit, ne qua ſibi ſtatua poneretur, reſtitit, abſens prohibere non potuit.Itaque aliquot ipſi, & Piliæ locis ſanctiſſimis poſuerunt.Hunc enim in omni procuratione reipubl. actorem,auctoremq; habebant.Igitur primum illud munus fortunæ;quod in ea potiſſimum vrbe natus eſt,in qua domicilium,orbis terrarum eſſet imperii, vt eandem & patriam haberet,& dominã.hoc ſpecimẽ prudentiæ,quod, cum in eam ciuitatem ſe contuliſſet, quæ antiquitate, humanitate, doctrina præſtaret omneis, ei vnus ante alios fuerit cariſſimus. Huc ex Aſia

Sylla decedens cum veniſſet,quamdiu ibi fuit, ſecum habuit Pomponium,captus adoleſcentis & humanitate, & doctrina. Sic enim Græce loquebatur,vt Athenis natus videretur. Tanta autem ſuauitas erat ſermonis Latini,vt appareret,in eo natiuum quendam leporem eſſe, non aſcitum. Idem poemata pronuntiabat & Græce & Latine, ſic vt ſupra nihil poſſet. Quibus rebus factum eſt, vt Sylla nuſquam eum ab ſe dimitteret, cuperetque ſecum deducere. cui cum perſuadere tentaret, *noli, oro te,* (inquit Pomponius) *aduerſum eos me velle ducere, cum quibus ne contra te arma ferrem, Italiam reliqui.* At Sylla adoleſcentis officio collaudato, omnia munera ei, qui Athenis acceperat, proficiſcens iuſſit deferri. Hic complureis annos moratus, cum & rei familiari tantum opere daret, quantum non indiligens deberet paterfamilias, & omnia reliqua tempora aut litteris, aut Athenienſium reip. tribueret, nihilo minus amicis vrbana officia præſtitit. Nam & ad comitia eorum ventitauit, & ſi qua res maior acta eſt, non defuit: ſicut Ciceroni in omnibus eius periculis ſingularem fidem præbuit: cui ex patria fugienti, LLS. ducenta, & quinquaginta millia donauit. Tranquillatis autem rebus Romanis, remigrauit Romam, vt opinor, L. Cotta, & L. Torquato Coss. quem diem ſic vniuerſa ciuitas Athenienſium proſecuta eſt, vt lacrymis deſiderii futuri dolorem indicaret. Habebat auunculum Qu. Cæcilium, equitem Rom. familiarem L. Luculli, diuitem, difficillima natura, cuius ſic aſperitatem veritus eſt, vt, quem nemo ferre poſſet, huius ſine offenſione ad ſummam ſenectutem retinuerit beniuolentiam: quo facto, tulit pietatis fructum. Cęcilius enim moriens, teſtamento adoptauit eum, heredemq; fecit ex dodrante ex qua hereditate accepit circiter centies LLS. Erat nupta ſoror Attici Q. Tullio Ciceroni: easq; nuptias M. Cicero conciliarat. cum quo à condiſcipulatu viuebat coniunctiſſime, multo etiam familiarius, quam cum Q. vt iudicari poſſit plus in amicitia valere ſimilitudinem morum, quam affinitatem. Vtebatur autem intime Qu. Hortenſio, qui iis temporibus principatum eloquentiæ tenebat, vt intelligi non poſſet, vter eum plus diligeret; Cicero, an Hortenſius. & , id, quod erat difficillimum efficiebat, vt inter quos tantæ laudis eſſet æmulatio, nulla intercederet obtrectatio, eſſetq; talium virorum copula. In repub. ita verſatus eſt, vt ſemper optimarum partium & eſſet, & exiſtimaretur. Neque tamen ſe ciuilibus fluctibus committeret, quod non magis eos in ſua poteſtate exiſtimabat eſſe, qui ſe iis dediſſent, quam qui maritimis iactarentur. Honores non petiit, cum ei paterent propter vel gratiam, vel dignitatem: quod neque peti more maiorum, neque capi poſſent conſeruatis legibus, in tam effuſis ambitus largitionibus, neque geri è rep. ſine periculo, corruptis ciuitatis moribus. Ad haſtam publicam numquam acceſſit. Nullius rei neque præs, neque manceps factus eſt. Neminem neque ſuo nomine, neque ſubſcribens, accuſauit. In ius de ſua re numquam iit: iudicium nullum habuit. Mul-

torum

torum consulum, prætorumque præfecturas delatas sic accepit, vt neminem in prouinciam sit secutus: honore fuerit contentus, rei familiaris despexerit fructum. qui ne cum Q. quidem Cicerone voluerit ire in Asiam, cum apud eum legati locum obtinere posset. Non enim decere se arbitrabatur, cum præturam gerere noluisset, asseclam esse prætoris. qua in re non solũ dignitati seruiebat, sed etiam trãquillitati, cum suspiciones quoque vitaret criminum. quo fiebat, vt eius obseruantia omnibus esset carior, cum eam officio, non timori, neque spei tribui viderent. Incidit Cæsarianum ciuile bellum, cum haberet annos circiter sexaginta. Vsus est ætatis vacatione, neque se quoquam mouit ex vrbe. Quæ amicis suis opus fuerant ad Pompeium proficiscentibus, omnia ex sua re familiari dedit: ipsum Pompeium coniunctum non offendit. Nullum enim ab eo habebat ornamentum, vt ceteri, qui per eum aut honores, aut diuitias ceperant: quorum partim inuitissimi castra sunt secuti, partim summa cum eius offensione, domi remanserunt. Attici autem quies, tantopere Cæsari fuit grata, vt victor, cum priuatis pecunias per epistolas imperaret, huic non solum molestus non fuerit, sed etiam sororis, & Q. Ciceronis filium ex Pompeii castris concesserit. Sic vetere instituto vitæ, effugit noua pericula. Secutum est illud, occiso Cæsare, cum Respublica penes Brutos videretur esse, & Cassium, ac tota ciuitas se ad eũ côuertisse videretur. Sic M. Bruto vsus est, vt nullo ille adolescẽs æquali familiarius, quã hoc sene: neq; solũ eum principẽ consilii haberet, sed etiã in conuictu. Excogitatum est à quibusdã, vt priuatum ærarium, Cæsaris interfectoribus ab equitibus Rom. constitueretur. Id facile effici posse arbitrati sunt, si & principes illius ordinis pecunias contulissent. Itaque appellatus est à C. Flauio Bruti familiari Atticus, vt eius rei princeps esse vellet. At ille, qui officia amicis præstanda sine factione existimaret, semperq; à talibus se consiliis remouisset, respondit, si quid Brutus de suis facultibus vti voluisset, vsurum quantum eæ paterẽtur: sed neq; cum quodã de ea re collocuturum, neque coiturum. Sic ille consensionis globus, huius vnius dissensione, disiectus est: neque multo post superior esse cœpit Antonius, ita vt Brutus & Cassius prouinciarum, quæ iis dicis causa datæ erant à consulibus, desperatis rebus, in exsulium proficiscerentur. Atticus, qui pecuniam simul cum ceteris conferre noluerat florenti illi parti, abiecto Bruto, Italiaque cedenti LLS. centum millia muneri misit. eidem in Epiro absens, trecenta iussit dari: neque eo magis potenti adulatus est Antonio, neque desperatos reliquit. Secutum est bellum gestum apud Mutinam. In quo si tantum eum prudentem dicam: minus, quam debeam, prædicem, cum ille potius diuinus fuerit, si diuinatio appellanda est perpetua naturalis bonitas, quæ nullis casibus neq; agitur, neq; minuitur. Hostis Antonius iudicatus Italia cesserat: spes restituendi nulla erat. nõ solũ eius inimici, qui

tum erant potentissimi, & plurimi, sed etiam amici, aduersariis eius sedabant, & in eo lædendo se aliquam consecuturos sperabant commoditatem: eius familiareis insequebantur, vxorem Fuluiam omnibus rebus spoliare cupiebant, liberos etiam exstinguere parabant. Atticus cum Ciceronis intima familiaritate vteretur, amicissimus esset Bruto: non modo nihil iis indulsit ad Antonium violandum, sed è contrario familiareis eius ex vrbe profugienteis, quantum potuit, texit: quibus rebus indiguerunt, adiuuit. P. vero Volumnio ea tribuit, vt plura à parente proficisci non potuerint. Ipsi autem Fuluiæ, cum litibus distineretur, magnisque terroribus vexaretur, tanta diligentia officium suum præstitit, vt nullum illa stiterit vadimonium sine Attico, hic sponsor omnium rerum fuerit. Quin etiam, cum illa fundum secunda fortuna emisset in diem, neque post calamitatem versuram facere potuisset: ille se interposuit, pecuniamque sine fænore, sineq; vlla stipulatione ei credidit, maximum existimans quæstum, memorem, gratumque cognosci: simulque aperire, se non fortunæ, sed hominibus solere esse amicum. quæ cum faciebat, nemo eum temporis causa facere poterat existimare. Nemini enim in opinionem veniebat, Antonium rerum potiturum. Sed sensim is à nonnullis optimatibus reprehendebatur, quod parum odisse malos ciueis videretur. Ille autem sui iudicii, potius quid se facere par esset, intuebatur, quam quid alii laudaturi forent. Conuersa subito fortuna est. Vt Antonius rediit in Italiam, nemo non magno in periculo Atticum futurum putarat, propter intimam familiaritatem Ciceronis & Bruti. Itaque ad aduentum Imperatorum de foro decesserat, timens proscriptionem: latebatque apud P. Volumnium, cui, vt ostendimus paullo ante, opem tulerat: (Tanta varietas iis tẽporibus fuit fortunæ, vt modo hi, modo illi in summo esset aut fastigio, aut periculo,) habebatq; secum Q. Gellium Canium, æqualem, simillimumque sui. Hoc quoque sit Attici bonitatis exemplum, quod cum eo, quem puerum in ludo cognouerat, adeo coniuncte vixit, vt ad extremam ætatem amicitia eorum creuerit. Antonius autem, etsi tanto odio ferebatur in Ciceronem, vt non solum ei, sed omnibus etiam etiam amicis esset inimicus, eosque vellet proscribere: multis hortantibus tamen, Attici memor fuit officii, & ei cũ requisisset vbinam esset, sua manu scripsit, ne timeret, statimque ad se veniret, se eum, & Gellium Canium, de proscriptorum numero exemisse: ac, ne quod in periculũ incideret, quod noctu fiebat, præsidium ei misit. Sic Atticus in summo timore non solum sibi, sed etiam ei, quem carissimum habebat, præsidio fuit. Neque enim suæ solum à quoquam auxilium petiit salutis, sed coniunctim: vt appareret nullam seiunctam sibi ab eo velle esse fortunam. Quod si gubernator præcipua laude fertur, qui nauem ex hieme, marique scopuloso seruat, cur non singularis eius existimetur prudentia, qui ex tot, tamque grauibus procellis ciuilibus, ad incolumitatem peruenit? Quibus ex malis

vt se

vt se emersit, nihil aliud egit, quàm vt plurimis, quibus rebus posset, esset auxilio. Cùm proscriptos præmiis imperatorum vulgus conquireret, nemo in Epirum vênit, cui res vlla defuerit. nemini non ibi perpetuò manendi potestas facta est. Quin etiam post prœlium Philippense, interitũque C. Cassii, & M. Bruti, L. Iulium Mocillam prætorem, & eius filium, Aulúmque Torquatum, ceterósque pari fortuna perculsos, instituit tueri: atque ex Epiro his omnia Samothraciam supportari iussit. Difficile enim est omnia persequi, & nõ necessaria. Illud vnum intelligi volumus, illius liberalitatem, neque temporariam, neque callidam fuisse. Id ex ipsis rebus ac temporibus iudicari potest, quòd non florentibus se venditauit, sed afflictis semper succurrit. qui quidem Seruiliam, Bruti matrem, non minus pòst mortem eius, quàm florente, coluerit. Sic liberalitate vtens, nullas inimicitias gessit, quòd neque lædebat quemquam, neque, si quã iniuriam acceperat, malebat vlcisci, quàm obliuisci. Idem immortali memoria præcepta retinebat beneficia: quæ autem ipse tribuerat, tamdiu meminerat, quoad ille gratus erat, qui acceperat. Itaque hic fecit, vt verè dictum videatur, SVI CVIQVE MORES FINGVNT FORTVNAM. Neque tamen prius ille fortunam, quàm se ipse, finxit: qui cauit ne qua in re iure plecteretur. His igitur rebus effecit, vt M. Vipsanius Agrippa, intima familiaritate coniunctus adolescenti Cæsari, cùm propter suam gratiam, & Cæsaris potentiam, nullius condicionis non haberet potestatem, potissimùm eius deligeret affinitatem, præoptarétque equitis Romani filiam generosam nuptiis. atque harum nuptiarum conciliator fuit (non enim est celandum) M. Antonius triumuir reipub. constituendæ: cuius gratia cum augere possessiones posset suas, tantum afuit à cupiditate pecuniæ, vt nulla in re vsus sit ea, nisi in deprecandis amicorum aut periculis, aut incommodis. Quod quidem sub ipsam proscriptionem perillustre fuit. Nam cùm L. Saufeii equitis Rom. æqualis sui, qui complures annos studio ductus philosophiæ, Athenis habitabat, habebatque in Italia pretiosas possessiones, triumuiri bona vendidissent, consuetudine ea, qua tum res gerebantur: Attici labore, atque industria factum est, vt eodem nuntio Saufeius fieret certior se patrimonium amisisse, & recuperasse. Idem L. Iulium Calidium, quem post Lucretii, Catullique mortem, multo elegantissimum poëtam nostram tulisse ætatem verè videor posse contendere, neque minus virum bonum, optimisque artibus eruditum, post proscriptionem equitum, propter magnas eius Africanas possessiones, in proscriptorũ numerum à P. Volumnio, præfecto fabrûm Antonii, absentem relatum expediuit. Quod in præsenti vtrũ ei laboriosius, an gloriosius fuerit, difficile fuit iudicare, quòd in eorum periculis, non secus absenteis, quàm præsenteis amicos Attico esse curæ cognitum est. Neque verò minus ille vir, bonus paterfamiliâs habitus est, quàm ciuis. Nam cũ esset pecuniosus, nemo illo

minus fuit emax, minus ædificator. Neque tamen non in primis bene habitauit, omnibusq; optimis rebus vsus est. Nam domum habuit in colle Quirinali Tamphilanam, ab auunculo hereditate relictam: cuius amœnitas non ædificio, sed silua constabat. ipsum enim tectum antiquitus constitutum, plus salis, quàm sumptus habebat: in quo nihil commutauit, nisi si quid vetustate coactus est. Vsus est familia, si vtilitate iudicandum est, optima: si forma, vix mediocri. namque in ea erant pueri litteratissimi, anagnostæ optimi, & plurimi librarii, vt ne pedisequus quidem quisquam esset, qui non vtrumque horum pulchre facere posset. pari modo artifices ceteri, quos cultus domesticus desiderat, apprimè boni. neque tamen horum quemquam, nisi domi natum, domique factum habuit: quod est signum non solùm continentiæ, sed etiam diligentiæ. Nam & non intemperanter concupiscere quod à plurimis videas, continentis debet duci: & potius diligentia, quam precio, parare, non mediocris est industriæ. Elegans, non magnificus: splendidus, non sumptuosus, omni diligentia munditiam non affluentem affectabat. supellex modica, non multa, vt in neutram partem conspici posset. Nec hoc præteribo, quamquam nonnullis leue visum iri putem. cùm in primis lautus esset eques Rom. & non parum liberaliter domum suam omnium ordinum homines inuitaret, scimus non amplius, quam terna millia æris, peræque in singulos menses, ex ephemeride eum expensum sumptui ferre solitum. Atq; hoc non auditum, sed cognitum prædicamus. Sæpe enim propter familiaritatem, domesticis rebus interfuimus. Nemo in conuiuio eius aliud acroama audiuit, quam anagnosten: quod nos quidem iucundissimum arbitramur. Neque vmquam sine aliqua lectione apud eum cœnatum est: vt non minus animo, quam ventre, conuiuæ delectarentur. Namque eos vocabat, quorum mores à suis non abhorrerent. Cùm tanta pecuniæ facta esset accessio, nihil de quotidiano cultu mutauit, nihil de vitæ consuetudine. tantaq; vsus est moderatione, vt neque in sestertio vicies, quod à patre acceperat, parum se splendide gesserit: neq; in sestertio centies, affluentius vixerit, quam instituerat, pariq; fastigio steterit in vtraque fortuna. Nullos habuit hortos, nullam suburbanam, aut maritimam sumptuosam villam, neq; in Italia, præter Ardeatinum, & Nomentanum, rusticum prædium: omnisque eius pecuniæ reditus constabat in Epiroticis, & vrbanis possessionibus. Ex quo cognosci potest, eum, vsum pecuniæ non magnitudine, sed ratione metiri solitum. Mendacium neque dicebat, neq; pati poterat. Itaq; eius comitas, non sine seueritate erat, neq; grauitas sine facilitate: vt difficile esset intellectu, vtrùm eum amici magis vererentur, quàm amarent. Quicquid rogabatur, religiosè promittebat, quod non liberalis, sed leuis arbitrabatur, polliceri, quod præstare non posset. Idem in nitendo quod semel admisisset, tanta erat cura, vt non mandatam, sed suam rem videretur agere. Numquam suscepti negotii eum pertæsum est. Suam e-

nim exiſtimationem in ea re agi putabat, qua nihil habebat carius. quo fiebat,vt omnia M.& Q.Ciceronum,Catonis,Hortenſii,Auli Torquati,multorum præterea equitum Ro.negotia procuraret. Ex quo iudicari poterat, non inertia, ſed iudicio, fugiſſe reip.procurationem. Humanitatis verò nullum afferre maius teſtimonium poſſū, quàm quod adoleſcens idem ſeni Syllæ fuerit iucundiſſimus, ſenex adoleſcenti M:Bruto: cum æqualibus autem ſuis, Qu.Hortenſio, & M.Cicerone ſic vixerit, vt iudicare difficile ſit, cui ætati fuerit aptiſſimus. quanquā eum præcipuè dilexit Cicero,vt ne frater quidem ei Quintus carior fuerit, aut familiarior.Ei rei ſunt indicio,præter eos libros,in quibus de eo facit mentionem, qui in vulgus iam ſunt editi, ſexdecim volumina epiſtolarum, ab conſulatu eius vſque ad extremum tempus, ad Atticum miſſarum: quæ qui legat, non multum deſideret hiſtoriam contextam illorū temporum. Sic enim omnia de ſtudiis principum, vitiis ducum, mutationibus reipub.perſcripta ſunt, vt nihil in iis non appareat: & facile exiſtimari poſſit, prudentiam quodammodo eſſe diuinationem. Non enim Cicero ea ſolùm,quæ viuo ſe acciderunt, futura prædixit, ſed etiam quæ nunc vſu veniunt, cecinit, vt vates. De pietate autem Attici quid plura commemorem, cùm hoc ipſum vere gloriantem audierim in funere matris ſuæ, quam extulit annorum nonaginta, cùm eſſet ſeptem & ſexaginta, ſe numquam cum matre in gratiam rediiſſe, numquam cum ſorore fuiſſe in ſimultate, quam prope æqualem habebat. Quod eſt ſignum, aut nullam vmquam inter eos querimoniam interceſſiſſe, aut hunc ea fuiſſe in ſuos indulgentia, vt, quos amare deberet,iraſci eis nefas duceret. neque id fecit natura ſolum,quamquam omnes ei paremus,ſed etiam doctrina. nam & principum Philoſophorum ita percepta habuit præcepta,vt iis ad vitam agendam,non ad oſtentationem vteretur. Moris etiam maiorum ſummus imitator fuit, antiquitatiſq; amator: quam adeo diligenter habuit cognitam, vt eam totam in eo volumine expoſuerit, quo magiſtratus ornauit. Nulla enim lex, neq; pax, neq; bellum, neq; res illuſtris eſt populi Rom. quæ non in eo ſuo tempore ſit notata: &, quod difficillimum fuit, ſic familiarum originem ſubtexuit, vt ex eo clarorum virorum propagines poſſimus cognoſcere. Fecit hoc idem ſeparatim in aliis libris, vt M. Bruti rogatu Iuniam familiam à ſtirpe ad hanc ætatem, ordine enumerauerit,notans qui,à quo ortus,quos honores, quibuſq; temporibus cepiſſet: pari modo Marcelli Claudii de Marcellorum: Scipionis Cornelii,& Fabii Maximi,de Corneliorum, & Fabiorum, & Æmiliorum quoque: quibus libris nihil poteſt eſſe dulcius iis, qui aliquam cupiditatem habent notitiæ clarorum virorum. Attigit quoque poeticen, credimus, ne eius expers eſſet ſuauitatis. Namque verſibus, qui honore,rerumq; geſtarum amplitudine ceteros Rom.populi præſtiterunt,expoſuit: ita,vt ſub ſingulorum imaginibus facta,magiſtratuſque eorum non amplius quaternis, quiniſque verſibus deſcri-

pſerit. quod vix credendum ſit, tantas res, tam breuiter potuiſſe declarari. Eſt etiam liber Græcè confectus, de conſulatu Ciceronis. Hactenus Attico viuo edita hæc à nobis ſunt. Nunc, quoniam fortuna nos ſuperſtites ei eſſe voluit, reliqua perſequemur: &, quantum potuerimus, rerũ exemplis lectores docebimus, ſicut ſupra ſignificauimus, SVOS CVIQVE MORES PLERVMQVE CONCILIARE FORTVNAM. Namque hic contentus ordine equeſtri, quo erat ortus, in affinitatem peruenit Imperatoris Diui Iulii filii, cum iam ante familiaritatem eius eſſet conſecutus nulla alia re, quàm elegantia vitæ, qua ceteros ceperat principes ciuitatis, dignitate pari, fortuna humiliore. Tanta enim proſperitas Cæſarem eſt conſecuta, vt nihil ei non tribuerit fortuna, quod cuiquam ante detulerit & conciliarit, quod ciuis Romanus quiuit conſequi. Nata eſt autem Attico neptis ex Agrippa, cui virginem filiam collocarat. Hanc Cæſar vix anniculam, Tiberio Claudio Neroni Druſilla nato, priuigno ſuo, deſpondit. quæ coniunctio neceſſitudinem eorum ſanxit, familiaritatem reddidit frequentiorem. quamuis ante hæc ſponſalia non ſolum cùm ab vrbe abeſſet, numquam ad ſuorum quemquam litteras miſit, quin Attico mitteret, quid ageret, in primis quid legeret, quibuſq; in locis, & quamdiu eſſet moraturus: ſed etiam cùm eſſet in vrbe, & propter ſuas infinitas occupationes, minus ſæpe, quam vellet, Attico frueretur, nullus dies tamen temere interceſſit, quo non ad eum ſcriberet, quo non aliquid de antiquitate ab eo requireret: modo aliquam ei quæſtionem poeticam proponeret, interdum iocans eius verboſiores eliceret epiſtolas. Ex quo accidit, cum ædes Iouis Feretrii, in Capitolio ab Romulo conſtituta, vetuſtate, atq; incuria detecta, prolaberetur, vt Attici ammonitu, Cæſar eam reficiendam curaret. Neq; verò ab M. Antonio minus abſens litteris colebatur: adeo, vt accurate ille exſul tum his terris, quid ageret, quid curæ ſibi haberet, certiorem faceret Atticum. Hoc quale ſit, facilius exiſtimabit is, qui iudicare poterit, quantæ ſit ſapientiæ, eorum retinere vſum, beniuolentiamq;, inter quos maximarum rerum non ſolùm æmulatio, ſed obtrectatio tanta intercedebat, quantum fuit incidere neceſſe inter Cæſarem, atq; Antonium, cum ſe vterq; principem non ſolum vrbis Romanæ, ſed orbis terrarum eſſe cuperet. Tali modò cùm VII. & LXX. annos compleſſet, atq; ad extremam ſenectutem non minus dignitate, quàm gratia, fortunaq; creuiſſet (multas enim hereditates nulla alia re, quàm bonitate, eſt conſecutus) tantaq; proſperitate vſus eſſet valetudinis, vt annos triginta medicina non indiguiſſet: nactus eſt morbum, quem initiò & ipſe, & medici contempſerunt. nam putarunt eſſe teneſmon: cui remedia celeria, faciliaq; proponebantur. In hoc cum treis menſes ſine vllis doloribus, præterquam quos ex curatione capiebat, conſumpſiſſet: ſubito tanta vis morbi in vnum inteſtinum prorupit, vt extremo tempore, per lumbos fiſtula putris eruperit. Atque hoc prius, quàm ei accideret, poſt-

quam

quam in dies dolores accreſcere, febremq; acceſſiſſe ſenſit, Agrippam generum ad ſe accerſi iuſſit, & cum eo L. Cornelium Balbum, Sextumque Peducæum. hos vt veniſſe vidit: in cubitum nixus: quantam, inquit, curam, diligentiamq; in valetudine mea tuenda hoc tempore adhibuerim, cùm vos teſteis habeam, nihil opus eſt pluribus verbis commemorare: quibus quoniam, vt ſpero, ſatisfeci, nihilq; reliqui feci, quod ad ſanandum me pertineret, reliquum eſt, vt egomet mihi conſulam. Id vos ignorare nolui. Nam mihi ſtat alere morbum deſinere. namque his diebus quicquid cibi ſumpſi, ita produxi vitam, vt auxerim dolores ſine ſpe ſalutis. Quare à vobis peto primùm, vt conſilium probetis meum: deinde ne fruſtra dehortando conemini. Hac oratione habita, tanta conſtantia vocis atque vultus, vt non ex vita, ſed ex domo in domum videretur migrare, cùm quidem Agrippa eum flens, atque oſculans, oraret atque obſecraret: ne id, quod natura cogeret, ipſe quoque ſibi acceleraret: & quoniam tum quoque poſſet temporibus ſupereſſe, ſe ſibi, ſuiſque reſeruaret: preces eius taciturna ſua obſtinatione compreſſit. Sic cùm biduum cibo ſe abſtinuiſſet, ſubitò febris deceſſit, leuiorque morbus eſſe cœpit. tamen propoſitum nihilo ſecius peregit. Itaque die quinto, poſtquam id conſilium inierat, pridie Calend. ApCCileis, Cn. Domitio, C. Soſio Conſulibus, deceſſit. Elatus eſt in lecticula, vt ipſe præſcripſerat, ſine vlla pompa funeris, comitantibus omnibus bonis, maxima vulgi frequentia. Sepultus eſt iuxta viam Appiam, ad quintum lapidem in monumento Qu. Cæcilii, auunculi ſui.

# CORNELI NEPOTIS FRAGMENTA

## INCERTA PARTIM QVO LIBRO POSITA, *partim quibus verbis concepta.*

*Donatus in vita Terentii.* NEPOS auctore certo comperisse se ait C. Lælium quondam in Puteolano Cal. Martiis admonitum ab vxore temperius vt discumberet, petiisse ab ea ne interpellaretur, serius tandem ingressum triclinium dixisse, non sæpe in scribendo magis successisse sibi: deinde rogatum, vt scripta illa proferret, pronunciasse versus qui sunt in ἑαυτοντιμορουμένῳ. *Sati' pol proterue me Syri promissa huc induxerunt.*

*Suetonius de claris Rhetorib.* L. Otacilius Pilitus primus omnium libertinorum scribere historian orsus, non nisi ab honestissimo quoque scribi solitam. Cn. enim Pompeii Magni, quem docuit, patrisq; eius res gestas compluribus libris exposuit.

*Suet. de illustrib. Gram.* Cornelius Nepos litteratos quidem vulgo appellari ait eos, qui aliquid diligenter & acutè scienterque possint aut dicere aut scribere: ceterum proprie sic appellandos poetarum interpretes, qui à Græcis Grammatici nominentur.

*Pompon. Mela lib. 3. cap. 5. de situ orbis, & Plin. lib. 2. cap. 67.* Præter Physicos Homerumq;, qui vniuersum mari circumfusum esse dixerunt, Cornelius Nepos, vt recentior auctoritate, sic certior tradit: Testem autem rei Q. Metellum celerem adiicit, eumq; ita retulisse commemorat. Cùm Galliis Proconsul præesset, Indos quosdam à rege Sueuorum dono sibi datos, vnde in eas terras deuenissent, requirendo cognosse vi tempestatum ex indicis æquoribus abreptos emensosque quæ intererant, tandem in Germaniæ littora exiisse.

*Caris. lib. 1.* Largitudo.

*Mela lib. 3. c. 10. & Plin. lib. 2 cap. 67. & Martianus Capella lib. 6.* Eudoxus quidam auorum nostrorum temporibus, cum Lathyrum regem* Alexandriæ profugeret, Arabico sinu egressus per hoc pelagus [Africum] (vt Nepos affirmat) Gades vsque prouectus est.

*Solinus cap. 56. Polyist. & Plin. lib. 6. cap. 2.* Ab Heneto Paphlagones in Italiam transuecti, mox Veneti sunt nominati.

*Plin. lib. 3. proœmio.* Fauces Oceani T. Liuius ac Nepos Cornelius latitudinis tradiderunt, vbi minimum, VII. M. pass. vbi verò plurimum X. M.

*Plin. lib. 3. c. 17.* Melpum opulentia præcipuum, quod ab Insubribus, & Boiis, & Senonibus deletum esse eo die, quo Camillus Veios ceperit, Nepos Cornelius tradit.

*Plin. lib. 3. c. 18. Natur.* Vltra Aquileiam VI. M. pass. Formio amnis, ab Rauenna CLXXXIX. M. pass. antiquus auctæ Italiæ terminus, nunc verò Istriæ: quam cognominatam tradunt à flumine Istro in Adriam effluente a Danubio amne, eidemque Istro ex aduerso Padi fauces, contrario eorum percussu mari interiecto dulcescente plerique dixere falso, & Nepos Cornelius etiam, Padi accola.

Alpes in longitudine x. M. Paſſ. patere à ſupero mari ad Inferum Cæ- *Lib.III. Cap.XIX.*
lius tradit: Timagenes xx. M. paſſ. deductis in latitudinem Cornelius Nepos C.M. T. Liuius tria M. ſtadiorum vterque diuerſis in locis.

Inter duos Boſphoros Thracium & Cimmerium directo curſu, *Lib.IIII.cap. XII.*
vt auctor eſt Polybius CI. M. paſſuum interſunt. Circuitu vero totius Ponti vicies ſemel centena quinquaginta M. vt Auctor eſt Varro, & fere veteres. Nepos Cornelius CCC. M. L. adiicit. *Lib.V. ca.I.*

Minus profecto mirentur portentoſa Græciæ mendacia de hortis Heſperidum & amne lixo prodita, qui cogitent noſtros nuper paulo minus monſtrifica quædam de iiſdem tradidiſſe: prævalidam hanc vrbem maioremque Carthagine magna: præterea ex aduerſo eius ſitam & prope immenſo tractu ab Tingi: quæque alias Cornelius Nepos auidiſſime credidit. *Lib.VI.c.XI.*

Inter Pontum & Caſpium mare CCCLXXV. M. paſſ. non amplius interesse tradiderunt Cornelius Nepos CL. M. *Lib.VI. cap. XXXI. De inſulis Aethiopici maris.*

Polybius in extrema Mauritania contra montem Atlantem à terra ſtadia octo abeſſe prodidit Cernen. Nepos Cornelius ex aduerſo maxime Carthaginis à continente paſſus mille non ampliorem circuitu duobus millibus. *Lib.IX.cap. XVII.*

Nepos Cornelius, qui Diui Auguſti principatu obiit: Me, inquit, iuuene violacea purpura vigebat, cuius libra denariis centum venibat: nec multo poſt rubra Tarentina. Huic ſucceſſit Dibapha Tyria, quæ in libras denariis mille non poterat emi. Hac Lentulus Spinther Ædilis Curulis primus in prætexta vſus improbabatur: nam purpura quis non, inquit, tridiniaria facit. *Lib.IX. cap. XXXIX.*

Onychem etiam tum in Arabiæ montibus, nec vſquam alibi naſci *Lib.XXXVI. cap.VII.*
putauere noſtri veteres: ſed in Germania potoriis vaſis inde factis primum, dein pedibus lectorum Selliſque Cornelius Nepos tradit magno fuiſſe miraculo, cum P. Lentulus Spinther amphoras ex eo & vrceos magnitudine cadorum oſtendiſſet: poſt quinquennium deinde, triginta duorum pedum longitudine columnas vidiſſe ſe.

Νέπως δὲ κορνήλιος οὐχ ὑπὸ γήρως φησὶν οὐδὲ νόσου παραλλάξαι τὸν λούκουλλον, ἀλλὰ φαρμάκοις ὑπό τινος τῶν ἀπελευθέρων Καλλισθένους διαφθαρέντα. *Plutarch. in Lucullo extremo. & An ſeni gerenda Reſpub.*

*Cornelius Nepos neque Senio, neque morbo aut alienata mente fuiſſe, ſed à Calliſthene liberto, venenis corruptum.*

Νέπως ὁ κορνήλιος φησὶν οὐ κράσσου, Βρούτου δὲ θριαμβεύσαντος ἀπὸ Λυσιτανῶν θυγατέρα γήμαι γάϊον. *In Gracchis.*

*Cornelius Nepos non Craſſi ſed Bruti, eius quæ de Luſitanis triumphauit, filiam nuptum, Caro datam refert.* *Plutarch. in Marcello.*

Ἀννίβᾳ δὲ τῶν μὲν ἄλλων, ἐλάχιστος ἦν λόγος. μάρκελλον δὲ πεπτωκέναι πυθόμενος, αὐτὸς ἐξέδραμεν ἐπὶ τὸν τόπον. καὶ τῷ νεκρῷ παραστὰς, καὶ πολὺν χρόνον τήν τε ῥώμην τοῦ σώματος καταμαθὼν καὶ τὸ εἶδος, οὔτε φωνὴν ἀφῆκεν ὑπερήφανον οὔτε ἀπ' ὄψεως τὸ χαῖρον, ὡς ἄν τις ἐργώδη πολέμιον, καὶ βαρὺν ἀπεκτονὼς ἐξέφηνεν ἀλλ' ἐπιθαυμάσας τὸ παράλογον τῆς τελευτῆς τὸν μὲν δακτύλιον, ἀφείλετο. τὸ δὲ σῶμα κοσμήσας πρέποντι κόσμῳ καὶ περιστείλας ἐντίμως ἔκαυσε καὶ τὰ λείψανα συνθεὶς εἰς κάλπιν ἀργυρᾶν καὶ χρυσοῦν ἐμβαλὼν στέφανον, ἀπέστειλε πρὸς τὸν υἱόν. τῶν δὲ νομάδων τινὲς περιτυχόντες

τοῖς κομίζουσιν ὥρμησαν ἀφαιρεῖσθαι τὸ τεῦχος. ἀντιλαμβανομένων δ᾽ ἐκείνων ἐκβιαζόμενοι καὶ μαχόμενοι διέρριψαν τὰ ὀστᾶ. πυθόμενος δὲ Ἀννίβας καὶ πρὸς τοὺς παρόντας εἰπὼν, οὐδὲν ἄρα δυνατὸν γενέσθαι ἄκοντος θεοῦ, τοῖς μὲν νομάσιν, ἐπέθηκε δίκην, οὐκ ἔτι δὲ κομιδῆς ἢ συλλογῆς τῶν λειψάνων ἐφρόντισεν. ὡς δὴ κατὰ θεόν τινα καὶ τῆς τελευτῆς καὶ τῆς ἀταφίας παραλόγως οὕτω τῷ Μαρκέλλῳ γενομένης. Ταῦτα μὲν οὖν οἱ περὶ Κορνήλιον Νέπωτα καὶ Οὐαλέριον Μάξιμον ἱστορήκασι. Λίβιος δὲ καὶ Καῖσαρ ὁ σεβαστὸς, κομισθῆναι τὴν ὑδρίαν πρὸς τὸν υἱὸν εἰρήκασιν καὶ ταφῆναι λαμπρῶς.

*Annibal vero quum reliquos minimi faceret, Marcellum cecidisse audito, ipse ad locum accurrit: cadauerique adsistens, diuque corporis robur & formam contemplatus, neque superbam vllam emisit vocem, neque vultu lætitiam (vt consentaneum erat eum, qui tam molestum & grauem hostem interfecisset) præ se tulit: sed inopinatum viri exitum miratus, annulum ei abstulit, corpus digno habitu ornatum, vestibusque decentibus amictum cremauit. reliquias in vrnam argenteam lectas, aurea superaddita corona, ad filium eius misit. Sed quidam Numidæ cum inferentes ea incidissent, adimere vi conati sunt: illis reluctantibus, ac vim vi repellentibus, ossa disiecta sunt. Annibal hoc audito, ad eos qui aderant, Nihil inquit vtique Diis inuitis fieri potest: sumto de Numidis supplicio, nullam præterea de Marcelli reliquiis colligendis curam habuit: vt qui Dei alicuius numine Marcello hunc exitum vitæ, & sepulturæ priuationem ita præter omnium opinionem euenisse crederet. Hæc Cornelius Nepos & Valerius Maximus narrant. Liuius, & Augustus Cæsar, perlatam ad filium Marcelli vrnam, & honorifice sepultas eius reliquias, perhibent.*

In Marcello. Ἀννίβαν δὲ Μάρκελλος, ὡς μὲν οἱ περὶ Πολύβιον λέγουσιν, οὐδὲ ἅπαξ ἐνίκησεν· ἀλλ᾽ ἀήττητος ἀνὴρ δοκεῖ διαγενέσθαι μέχρι Σκιπίωνος. ἡμεῖς δὲ Λιβίῳ, Καίσαρι καὶ Νέπωτι καὶ τῶν Ἑλληνικῶν τῷ βασιλεῖ Ἰόβᾳ πιστεύομεν, ἥττας τινὰς καὶ τροπὰς ὑπὸ Μαρκέλλου τῶν σὺν Ἀννίβᾳ γενέσθαι.

*Annibalem Marcellus, vt Polybius narrat, ne semel quidem vicit, sed inuictus hic vir fuisse videtur vsque ad Scipionem. Nos autem Liuio, & Cæsari, & Nepoti, & ex Græcis scriptoribus regi Iubæ credimus aliquotiens Hannibalem à Marcello victum, & in fugam versum esse.*

Plinius lib. x cap. xxxiii. Cornelius Nepos, qui Diui Augusti principatu obiit, cum scriberet turdos paullo ante cœptos saginari, addidit ciconias magis placere quam grues: cum hæc nunc ales inter primas expetatur, illam vero nemo velit tetigisse.

Lib. ix. cap. xvii. Præcipuam olim auctoritatem fuisse lupo & asellis Corn. Nepos & Laberius poëta mimorum tradidere.

Lib. xiii. cap. xvii. Magnitudo loto arbori, quæ piro: quamquam Nepos Cornelius breuem tradat: Vinum quoque exprimitur huic simile mulso, quod vltra denos dies negat durare idem Nepos.

Lib xvi. c. x. Scandula contectam fuisse Romam vsque ad bellum Pyrrhi annis quadringentis LXX. Cornelius Nepos auctor est.

Lib. xxxiii. cap. xi. Corn. Nepos tradit ante Syllæ victoriam duo tantum triclinia Romæ fuisse argentea.

Lib. xxxv. c. iii. Primus inuenit lineas colorare, testa vt ferunt trita, Cleophantus Corinthius. Hunc, aut eodem nomine alium fuisse tradit Cornelius Nepos, secutum in Italiam Demaratum Tarquinii Prisci Romani regis patrem, fugientem à Corintho iniurias Cypseli tyranni.

Lib. xxxvi. cap. vi. Primum Romæ parietes crusta marmoris operuisse totius domus suæ in Cœlio monte Cornelius Nepos tradidit Mamurram, Formiis natum, equitem Romanum præfectum fabrorum C. Cæsaris in Gallia: adiecit eum primum totis ædibus nullam, nisi è marmore, columnam habuisse, omnes solidas è Carystio, aut Lunensi.

Lib. xxxvi. cap. vii. Priscianus lib. viii. Ædes Martis est in circo Flaminio architectata ab Hermodoro Salaminio. Non am-

Non amplius ter bibere Augustus solitus, super cœnam, in castris apud Mutinam. *Suetonius Augusto cap. LXXVII.*

In extrema Britanniæ parte Memma quam Cornelius etiam Annalium scriptor, narrat metallis plurimis copiosam, herbis frequentem, & his feraciorem omnibus, quia pecora magis, quam homines alat. Labi vero per eam multa quam maxima relabique flumina, gemmas margaritasque voluentia. *Iordanus, siue Iornandes de rebus Gothicis.*

## ELOGIA CORNELII NEPOTIS.

Octauiani imperii anno quarto Olympiade cxxcv. Corn. Nepos scriptor Historicus clarus habetur. *Eusebius in chronicis.*

Corn. Nepos, vt recentior auctoritate, sic certior Nepos Cornelius, Padi accola, qui Diui Augusti principatu obiit. *Mela III. ca. v fine. Plinius lib. III. ca. XVIII. Plin. lib. IX. cap. XXXIX, & lib. X. cap. XXXIII.*

## CATVLLVS VERONENSIS AD CORN. NEPOTEM.

*Quoi dono lepidum nouum libellum,*
*Arida modo pumice expolitum,*
*Corneli? Tibi; namque tu solebas*
*Meas esse aliquid putare nugas,*
*Iam tum, quum ausus es vnus Italorum*
*Omne æuum tribus explicare chartis*
*Doctis, Iuppiter, & laboriosis.*
*Quare habe tibi, quicquid hoc libelli est,*
*Qualecunque: quod, o patrima Virgo,*
*Plus vno maneat perenne seclo.*

## AVSONIVS DREPANIO PACATO LATINO.

*Cui dono lepidum nouum libellum*
*Veronensis ait poeta quondam?*
*Inuentoque dedit statim Nepoti.*
*At nos illepidum, rudem libellum,*
*Burras, quisquilias, ineptiasque*
*Credemus gremio cui fouendum?*
*Inueni (trepidæ silete nugæ)*
*Nec doctum minus, & magis benignum,*
*Quam quem Gallia præbuit Catullo.*

Scripserunt de vita illustrium scriptorum apud Græcos Hermippus Peripateticus, Antigonus, Caristius Satyrus doctus vir, & longe omnium doctissimus Aristoxenus Musicus. Apud Latinos autem Varro, Santra, Nepos, Hyginus, & ad cuius nos exemplum vis prouocare, Tranquillus. *D. Hier. de vita scriptorum Ecclesiasticorum.*

Apologos Titiani, & Nepotis Chronica, quasi alios apologos (nam & ipsa instar sunt fabularum) ad nobilitatem tuam, nisi gaudens, atq; et- *Ausonius epist. ad Probum præf.*

iam glorians fore aliquid, quod ad institutionem tuorum, sedulitatis meæ studio conferet.

*Agell. lib. xv. cap. xxviii.* Corn. Nepos, & rerum memoriæ non indiligens, & M. Ciceronis, vt qui maxime, amicus, familiarisque fuit.

*In vita Attici.* Non auditum sed cognitum prædicamus: sæpe enim propter familiaritatem domesticis Attici rebus interfuimus.

*Tertull. Apologetico medio. & Minutius Felix in Octauio & Lactant. l. c. xiii.* Saturnum, quantum litteræ docent, neque Diodorus Græcus, aut neque cassius Seuerus, aut Cornelius Nepos, neque vllus commentator huiusmodi Antiquitatum, aliud quam hominem, promulgarunt.

*Plinius li. iv. Epist. ad Seuerum.* Herennius Seuerus vir doctissimus magni æstimat in Bibliotheca sua ponere imagines municipum tuorum Cornelii Nepotis, & Titi Cassii: petitque, si sint istic, vt esse credibile est, exscribendas pingendasq; delegem. Quam curam tibi potissimum iniungo: primum quia desideriis meis amicissime obsequeris: deinde quia tibi studiorum summa reuerentia, summus amor studiosorum: postremo quod patriam tuam, omnesque qui nomen eius auxerunt, vt patriam ipsam veneraris, & diligis.

*Idem lib. v. epist. iii.* Scio non corrumpi in deterius, quæ aliquando etiam à malis; sed honesta manere, quæ sæpius à bonis fiunt. Inter quos vel præcipue numerandus est P. Virgilius, Cornelius Nepos, & prius Ennius Acciusque: non quidem hi Senatores sed *sanctitas* morum, non distat ordinibus.

AND.

# AND. SCHOTTI IN CORNELII NEPOTIS FRAGMENTA ANNOTATIONES.

## IN CHRONICA.

A Vixit *Homerus*] *Post bellum*, inquit Agellius, lib. XVII. cap. XX. *Troianum, vt Cassius primo Annalium de Homero, atque Hesiodo scriptum reliquit, annis plus centum atque XL:* (quidam libri LX facili notarum commutatione) *vt Cornelius Nepos, in primo Chronicorum de Homero dixit, annis circiter C & LX.* B Quem lege & lib. III. cap. XI. Cicero prima Tusculana: *Cum apud Græcos antiquissimum è doctrinis genus sit poetarum (si quidem Homerus fuit, & Hesiodus, ante Romam conditam, & Archilochus, regnante Romulo) serius Poeticam nos accepimus.* Legend. Suidas, & Lylius Gyraldus.

*Roma condita*] *Cincio*, inquit Polyistor, *Romã duodecima olympiade placet conditam: Pictori octaua: Nepoti, & Lutatio, opiniones Eratosthenis comprobantibus, Olympiadis septimæ anno secundo: Pomponio Attico, & M. Tullio, Olympiadis sextæ anno* C *tertio.* Adeo variæ sunt, & repugnantes historicorum hac de re sententiæ: sed Onuphrii Panuini, hominis sane diligentiss. scrinia compilare religio sit.

*Archilochus*] Atqui M. Tullius Romulo regnante poëmatis floruisse tradit, Tuscul. prima: & à Romuli excessu quadraginta quatuor post annis regnare Tullus cœpit. Potuit sane trium Regum ætati superesse; at tot annis clarum, & nobilem D fuisse poëmatis, non facile crediderim: vide Herodotum Clio, & Eusebium in Chronicis. Terentianus Maurus hunc in Poëtica imitatum esse Aristophanem ait:

*Aristophanis ingens micat solertia,*
*Qui sæpe metris multiformibus nouis*
*Archilochum arte est æmulatus Musica.*

*M. Manlius*] De hoc, Aurelius Victor de viris illust. cap. XXIIII. Quem libellum primi nos, E quod præfiscini liceat, suo auctori reddidimus, Cornelio Nepoti, vel Plinio Nepoti ab Italis attributum: Erratque Catellinus Cotta I.C. qui in Chronicis, aliter atque in Viris illustribus, narrare Nepotem potuisse affirmat: nisi pugnantia dicere fas est Historico: Nec enim hac rima commode dilabi Cotta potest: cum illa Historiæ lex sit, ne quid falsi & repugnans dicat, auctore Cicerone.

*Alexander Magnus*] Obseruarunt rerũ curiosi, eadem, qua natus est, nocte, Dianæ templum, vnum in septem mundi miraculis, conflagrasse Ephesi, Cicero II de Nat. Deor. & I. de Diuinat. Vide Petrũ Victorium, Variarũ lect. lib. XVI. cap. XV. & Hadrianum Turneb. lib. XXVII. Aduersariorum cap. IV. De qua templi deflagratione eiusdem Solini libet duorum veterum Toletanę biblioth. scripturam repræsentare. Sic enim legunt, quàm vulgati, concinnius: *Namque Herostratus, vt nominis sui memoriam fama sceleris extenderet, sicut ipse confessus est, incendium nobilis fabricæ manu sua struxit, adipiscẽdæ latioris famæ.* Vetus, & honesta locutio, vbi *causa* vel *gratia* exaudiatur: in aliis etiam auctoribus redhibitionis iure, Græcorumque exemplo restituta. Prisciani auctoritate, lib. XIIX. Gramat. Regnasse autem Alexandrum ferunt annos G duodecim. Nam annos natus XX. patri Philippo succedens Macedonię regnum suscepit, vt Plutarchus & Arrianus scribunt, & ætatis secundo & tricesimo abiit, Olymp. CXIIII. Consules autẽ hi in Fastis Capitolinis an. CCCCXCIX. ab V.C. nõ quadringentesimo, vt qui Fastos farcinarunt, Sigonius, & Onuphrius putãt: quo Liuius diserte C. Sulpicium Peticum III. M. Valerium Poplicolã Cos. nominat, lib. VII. à cuius calculo recessit Cassiodorus, contra atque iidem annotarunt: quod est diligenter à Mart. Antonio Delrio ciui meo, homine doctiss. in Solin. obseruatum: qui & hæc de Consulib. à veterib. libris afuisse monuit. Orosius in an. CDIX. post Ro. cond. natalem retulit, & IↃXXVI. regnare cœpisse. lib. III. cap. VII. XVI. & XX. H

*P. Terentius*] Quin potius vtroque maior natu. Natus enim Terentius, si eidem Donato fides habenda, Cn. Cornelio Lentulo, P. Aelio Pæto Cos. anno ni fallor, IↃLIII. post V.C. Mortuus vero Cn. Cornelio Dolabella, M. Fuluio Nobiliore Cos. anno V.C. DXCV. Scipio vero Africanus minor, natus Ap. Claudio Pulcro, M. Sẽpronio Tuditano Cos. anno IↃXLIX. post R.C. quo tempore Terentius sextum-decimum annum agebat. Anno vero tricesimo quinto Andriam docuit: qui est V.C. IↃLXXXVIII. cum Scipio ageret vndeuicesimum. Lælius vero Scipionem paullulum ætate anteibat, vt ipse in sui nominis dialogo Ciceroniano: *Vt prius, inquit, introieram in vitam, sic prius exirem de vita.* Vbi tamen Terentium familiarem K suum vocat Lælius; non, vt quidam falso credide- runt, Cicero ne maiori quidem Africano æqualis, quo moriente Terentius sedecim fere annos natus erat.

## IN EXEMPLA.

*A virgine Vestale*] pro *Vestali: quia non personam, sed rem significat.* Sic Sosipater Carisius.

*Multis in Senatu*] Gemina sunt, quæ in Cicerone I. Offic. tametsi nõ in omnib. editionibus, leguntur: vbi fidem hosti datam, seruandam esse

A docet: *Secundo*, inquit, *Punico bello, post Cannensem pugnam, quos decem Hannibal Romam misit, adstrictos iureiurando, se redituros esse, nisi de redimendis iis, qui capti erant, impetrassent: eos omnes Censores quoad quisque eorum vixit, cum peierassent in ærariis reliquerunt: nec minus illum, qui iureiurando fraude culpam inierat. Cum enim permissu Hãnibalis exisset è castris, rediit paullo post, quod se oblitum nescio quid diceret: deinde egressus è castris, iureiurando se* B *solutum putabat: & erat verbis, re non erat. Semper autem in fide, quid senseris, non quid dixeris cogitandum est.* Hæc ille.

## IN VIROS ILLVSTRES.

*Subinde*] quo & Brutus, & Cælius, frequenter vsi sunt. Carisius lib. 2. Gramm.

*Harum partum*] Sic Cæsar in Analogicis, & Ennius. idem Sosipater: *Iamque fere quatuor partum.* C pro, *partium*: quod hodie obtinet. Sic & XII. Philippica Cic. M. Antonius Muretus vir doctiss. repperit in illis Vaticanæ Bibliothecæ membranis: *Cum omnes actiones horum mensum.* pro, *mensiũ.* Et in epistola ad Ap. Claudium: *Prope iam vndecim mensum prouinciam factam esse gaudebam.* Et ad Trebatium: *Nam primorum mensum litteris commouebat.* Itaque in Pand. Florent. repperisse se perpetuò affirmat Ant. Augustinus, vir summæ & fidei & doctrinæ. Sic & Fortunatianus in carmine D Paschali: *mensum decus.*

*A fratre patruele*] rem necessitudinis, sed personam, ostendat. Quæ Carisii, (vt pleraque illius, mutila sunt & corrupta,) integra esse præstare nõ ausim. Ablatiuorum enim terminationes e, vel i, sic fere distinguit; quod vel rem, vel personam designent. vt sup. de *virgine Vestale.* Sed eum auctorem propediem Lud. Carrio noster de vet. libro integriorem dabit.

E *Interior pars Byrsa*] Seruius ad illud I. Æneid.

*Mercatique solum, facti de nomine Byrsam.*

Sic & in Antuerpiensi Emporio Europæ celeberrimo meditullio, *Bursa* (augustissimũ id ædificiũ, peristyliis exædificatum, & insula) hodieque appellatur, quo bis quotidie mercatores frequentes negociandi caussa conueniunt: quod anno CIↃ IↃ LXXXII casu iterum deflagrasse audiui: quomodo sæpe Capitolium Romæ. A corio ducta appellatio Carthagine quo demensio facta est, quod *Byr-* F *sam* vocari Græcis Appianus in Libycis auctor est: vnde hodieque crumenas, *bursas* appellamus. Vide & Eustathium in Dionysium Afrum. Iustinus lib. XVIII. Historiarum Philippicarum: *Empto loco, qui corio bouis tegi posset, in quo fessos longa nauigatione socios, quoad proficisceretur reficere posset: corium in tenuissimas partes secari iussit, atque ita maius loci spatium, quam petierat, occupat: vnde postea ei loco Byrsæ nomen fuit.* Sic Athenis ἀκρόπολις erat, in qua Pallas: Romæ Capitolium, in quo Iupiter colebatur. Strabo lib. XVII. Geograph. καὶ Καρχηδὼν δ' ἐπὶ χερρονήσου τινὸς ἵδρυται· κατὰ μέσην δὲ τὴν πόλιν ἡ ἀκρόπολις ἣν ἐκάλουν Βύρσαν, ὀφρὺς ἱκανῶς ὀρθία κύκλῳ περιοικουμένη. Donatus in Virg. hoc à scriptorib. fictum ait, quod Carthaginenses nummis ex pelle factis vterentur, G vt & Plato in Dialog.

*Exterior Magalia*] Idem Seruius Honoratus in IIII. Æneid. *Magalia* Afrorum casas, & *Mapalia* idem significare adnotat, sed hoc corripere primam, illud producere. Item IIII. Georg. *Et raris habitata mapalia tectis.* Vide Sallustium Iugurth. & Festũ. Carisius Sosipater: *Magalia*, καλύβαι Ἀφρῶν. *Mapalia*, καλύβαι ἀγρῶν. Sed vtrobiq. Ἀφρῶν leg. censeo.

*Propius*] Citat, idem Diomedes, Ciceronis il- H lud ex I. lib. epist. ad Attic. *Proximus Pompeio sedebam*: Et cum accusandi casu ex Pisoniana: *Proxime Pompeium sedebam.* Sallustius Catilinario: *Primo magis ambitio, quam auaritia, animos hominum exercebat: quod tamen vitium propius virtutem erat.* Sed de Auaritia vide M. Catonis verba apud Agellium lib. XI. cap. II.

*A. Albinus*] Forte ex M. Catonis vita, quæ & virorum illustriũ erat, depromptũ: nam, quod vulgo circũfertur, pars duntaxat esse videtur. Refert. I & Plutarch. in Catone, & Apophthegmatis. *Scripserat*, inquit, *Postumius Albinus historiam Græco sermone: veniamque à lectoribus petebat: quem subsannans Cato, dandam ei veniam aiebat, si decreto Amphictyonum coactus scripsisset.* Cic. in Lucullo: *Legi apud Clitomachum, cum Carneades & Stoicus Diogenes ad senatum in Capitolio starent, A. Albinũ, qui tum P. Scipione, & M. Marcello cos. Prætor esset, eum, qui cum auo tuo Lucullo consul fuit, sane doctum hominem, vt indicat ipsius historia, scripta* K *Græce, iocantem dixisse Carneadi: Ego tibi, Carneade, prætor esse non videor, quia sapiens non sum; nec hæc vrbs, nec in ea ciuitas. Tum ille: Huic Stoico non videris.* Et I. de Finibus initio: *A Scæuola est Prætor salutatus Athenis Albutius, vt lepide Lucilius:*

*Græcum te Albuti, quam Romanum atq. Sabinum*
*Municipem Ponti, Titi, Anni, Centurionum,*
*Præclarorum hominum, ac primorum, signiferũq.*
*Maluisti dici. Græce ergo Prætor Athenis*
*Id quod maluisti, te, cum ad me accedis, saluto.* L
*χαῖρε, inquam, Tite, lictores, turma omnis cohorsq.*
*χαῖρε Tite, hinc Mutiã Albutius, hinc inimicus.*

Romanos qui Græce scripserint, hos memorare licet. *Claudius Ælianus*: vt ipse de se ποικίλης ἱστορίας lib. II. cap. 38. & alibi. Suidas enim Prænestinum facit. Philostratus vero, licet Romanum, ita Attice tamen scripsisse, vt Atticis Athenis natus educatusque videatur. Apud L. Florum, seu quisquis est auctor, Epitomę Liuii lib. LIII. *Caius Iulius* se- M nator Græce res Romanas scripsit. Et Iustinus initio Philip. Historiæ, multos ex Romanis etiam Consularis dignitatis viros, res Romanas Græco peregrinoque sermone in Historiam contulisse. Errant enim pueriliter, qui eundem Iustinum philosophum & Christianum fuisse putant. *Pueris nobis*, inquit Cicero Tusc. V. *Cn. Aufidius, Prætorius, & in senatu sententiam dicebat, nec amicis deliberantibus deërat, & Græcam scribebat historiam, & videbat, cæcus in litteris.* Ipse quoque Cicero præterquam quod versibus Latinis de Consulatu suo libros tres conscripsit, totidem Græce edidit, qui liber totum Isocratis μυροθήκιον, atque omnes eius discipulorum arculas, & nonnihil etiam Ari-

stotelica

A ſtotelica pigmenta conſumpſit, ipſamq; etiã Græcam nationem conturbauit, & plane à ſcribendo deterruit. Sic lib.1. & 2. ad Atticum. L. Lucullus hiſtorias ſuas Græce conſcripſit Cic.li.1.epiſt.xix. ad Atticum : & cum Siſenna hiſtorico ſerio contendiſſe dicitur, proſa ne, an numeris adſtricta oratione Græca, Latinave conſcriberet bellum Marſicum ; & ſortitum Græcam orationem Plutarch. auctor eſt : quam ipſe hiſtoriam editam viderit.

Cõtra Ammianus, Appuleius, Macrobius extra

B Italicum ſolum nati, Latine ſcripſerunt. Ille ſe Græcum fatetur in Hiſt. hic Madaurenſem in Apologia.

Macrobius præfatione Saturn. ſub alio ſe ortũ cœlo affirmat. Omitto reliquos Afros, Cyprianũ, Tertullianum, Arnobium, Fulgentium, ceteros. Sed & in Senecæ Rhetoris Controuerſiam xxvi. de Romanis Græce ſcribentibus dicere memini.

## IN VITAM CICERONIS.

C

NAtus Cicero, anno V.C. ɪↄcxʟvɪɪɪ, C. Atilio Serrano, Q. Seruilio Cæpione Cos. Adoleſcẽs contra L. Sullæ dominantis opes *pro Sex. Amerino* dixit, quæ exſtat oratio. Off.II. Et primam cauſam in Bruto egit, publicam ſcilicet (nam *pro Quinctio* priuatam apud Aquilium Gallum iudicem egit) ætatis xxvii. anno V.C. ᴅᴄʟxxɪɪ. In Oratore, adoleſcentulum dicit ſe eam cauſam egiſſe, vide Fabium Quinctil. lib xii. cap. vi. Dixit & *pro Q. Roſcio Comœdo*, anno ɪↄcʟxxvɪɪ. poſt Vrbem Cond.

D *Tres & viginti annos*] Ætatis ſeptimum & viceſimum agebat Cicero cum Roſcium defendit, vt Aſconius Pedianus diligens eius interpres apud Agellium, & Fabius lib.xii. cap.vi. auctor eſt.

De aliis Oratorib. Tacitus, ſiue is Quinctiliani dialogus eſt: *Nono decimo ætatis anno, L. Craſſus C. Carbonem: vno & viceſimo Cæſar Dolabellam, altero &* xxx. (alii legunt, *altero &* xx.) *Aſinius Pollio Catonem: non multo ætate antecedens Caluus Vatinium iis orationibus inſecuti ſunt, quas hodie cum admiratione legimus.*

E Tᴠʟʟɪᴠs *me præſente*] Coniectura ductus, Vitæ Ciceronis addidi, in quo ſi quid peccatum, peccatum ignorantia eſt, in tanta rei obſcuritate, à memoriaque longe remota. D. Hieronymus epiſt. ad Pammachium, aduerſus errores Ioannis Hieroſolymitani ; quem eo reprehẽdit, quòd ſe ex tempore de fide, & omnibus Eccleſiaſticis dogmatibus, diſputaſſe gloriaretur. *Nõ eſt mirari*, inquit, *Demoſthenem, qui pulcherrimam orationem contra Aeſchinem multo tempore dicitur*

F *exaraſſe. Fruſtra ſuſpicimus Tullium. Refert enim Corn. Nepos ſe præſente* &c.

*Pro Cornelio ſeditioſo Trib.*] De hac ipſe in *Hortenſio*, qui liber ſcriptus erat de laudibus Philoſophiæ, apud Lactantium lib.vi. ca.ii. *Malo vel vnum paruum de Officio libellum, quam longam orationem pro ſeditioſo homine Cornelio.* Longam vocat, quod, vt ex Aſconio Pediano, (cui, quæ illius orationis ex naufragio ſuperfuerunt, fere debentur) colligas, viginti amplius folia implere potuerit : cum quã nulla earum, quæ exſtant, comparanda eſt. & Plinius lib. primo epiſt. viceſima, in hunc grandem librum, omnia quæ per dies quatuor latius dixerat, coartaſſe dicit Ciceronẽ ; Nepos vero iiſdem, quibus edita eſt, verbis peroratam. Quæ pugnare videntur. Meminit eius orationis, præter Fortunatianum, & Marcianus Capella in Rhetoricis: vterque ille, *pro Cornelio maieſtatis*, vocat. Hic, in oratione, inquit, *pro Cornelio*, primo refutata ſunt crimina, quæ ſecuta ſunt Tribunatum: poſt ad ipſum Tribunatum recurſus eſt factus, quæ diſpoſitio ar- H tificialis, vt diximus, nominatur. Secundam etiam pro C. Cornelio à Pediano, vbi de illius ſeditioſo Tribunatu, aliiſque laudari video.

G

*Iiſdem quib. edita eſt*] De Miloniana ferunt, non iiſdem, quibus habita eſt verbis editam, ſed multo ſpecioſiorem factam cum Milo eſſet Maſſiliæ, quo condemnatus in exſilium profectus erat. Aſconius Pedianus, Fabius lib.iiii. cap.iii. & Dio lib. xl. Hiſt.

## IN LIBRVM EPISTOLARVM AD CICERONEM. I

TAntum abeſt vt *magiſtram vitæ*] Nepotis, Tulliique epiſtolas inſeruimus, tametſi libri Virorum illuſtriũ ſeries interrũpi videatur, quòd nuſquam melius collocari poſſent. Alludere autem videtur Nepos Cornelius, ad illum M. Tullii de laude Philoſophiæ locum, qui eſt Tuſculanarum Diſputationum v. valde illuſtris: *O vitæ Philoſophia dux: o virtutis indagatrix, expultrixque vi-* K *tiorũ: quid non modo nos, ſed omnino vita hominũ ſine te eſſe potuiſſet?* &c. *Tu inuentrix legum, tu magiſtra morum, & diſciplinæ fuiſti.* Et lib. I. *In eo magiſtra vitæ tot ſecula permaneret Philoſophia.*

*Vt multis magis*] In eandem ſententiam Cicero ipſe, ſeu quis alius inducitur, in *Hortenſio*, in quo de vniuerſa Philoſophia, quantopere & expetenda, & colenda eſſet : *præcipiunt hoc iſti, & facit nemo.* Ibidemque apud Lactantium lib.iii. cap.xvi. diuinarum Inſtitut. *Profecto omnis iſtorum diſputa-* L *tio, quanquam vberrimos fontes virtutis, & ſcientiæ contineat tamen collata cum horum actis, perfectiſq; rebus, vereor ne tantum videatur attuliſſe negotiis hominum quandam oblectationem otii.* Et Tuſculana ſecunda : *Quotuſquiſque Philoſophorum inuenitur, qui ſit ita moratus, ita animo ac vita conſtitutus, vt ratio poſtulat?* &c. *quod quidem videtur turpiſſimũ.* Plura ibid. in eandem ſententiam. Et lib.ii. de Finib. *Ita viuunt vt eorum vita refellatur*: & lib.iiii. Stoicus loquitur: *Vitam noſtram, conſilia, volun-* M *tates, non verba corrrigi.* Stoica natio hoc nomine male audiuit, quod recte dicerent; facerent vero ſecus : vt ait Epicteti metaphraſtes Arrianus. In hos inuehitur Satyra ii. Iuuenalis, quæ non exſcribo. D. Hieronymus epiſtola xxxiiii. *Philoſophus gloriæ animal, & popularis auræ vile mancipium.* De quo & ipſe M. Tullius I. Tuſcul. *Quid? noſtri Philoſophi, nonne in his ipſis libris, quos ſcribunt de contemnenda gloria, ſua nomina inſcribunt?*

O

A

## IN EPISTOLAS CICERONIS AD NEPOTEM.

*Breuiter & acute*] Laudatur in his & extemporanea facultas: diu enim meditatum, nescio quid amarulentiæ, & fellis habere & ab ira profectum videtur; sic scite dicta, *Apophthegmata* interpretantur.

*Appellari dicteria voluerunt*] Adeo carum Nepotem Cicero habuit, vt ioca seria cum illo, præ ceteris libenter communicarit. Vide Epist.v.lib. B xvi.ad Atticum. Ciceronem vero natura dicacẽ fuisse, & iocularibus, (vt fere ingeniosi solent, risus captandi gratia,) quæ & dentibus non carerent, mirifice delectatum; ex iocis lib.ii. de Oratore discas, quæ olim acute Adrianus Turnebus, Galliæ lumen, explicauit. Macrobius etiam *Consularem scurram* ab inimicis, vt à Vatinio, audisse, & à L.Papirio Pæto, *scurram velitem* appellatũ, affirmat; lib.ii. Saturn.cap.i. Libertumque eius Tullium Tironem, de patroni iocis libros compo- C suisse Fabius Quinctil. auctor lib.vi.cap.iv. idemque Macrobius, quem vide & cap.iii. lib.ii. & lib.vii.cap.iii. & Plinium lib.v.epist.iii. & lib. vii.epist.iv. ipsum Cic. Philippica ii. & lib. ix. ad Papirium Pætum, vbi multa iocosa: epist præsertim xv. *Ego*, ait (*existimes licet, quod lubet*) *mirifice capior facetiis, maxime nostratibus.*

*Aggrederer donis*] Passiue dixit, ἀνδρευθῶ, inquit Priscianus lib.viii. Gramm. de significationibus, vel generibus Verborum.

D *Aspernatur*] Passiue. ἐξουθενεῖται. Idem Cicero ex Oeconomico Xenophontis: *Homo ex eo numero hominum, qui apud nos hoc nomine dignantur.* passiue ἀξιοῦνται. Et Ennius: *Assectari se omnes cupiunt.* ἀκολουθεῖσθαι. Vide id genus innumera, lib. viii. Prisciani: apud quem & Cicero in Antonium, lib.ii. (lege libro iii.) *Quem ipse ementitis auspiciis vitiosum fecerat. Ementitis*, ψευδέσιν.

*Quid? oratorum*] Idem Cicero *ad Brutum* Oratores enumerans, negat se videre, cui Cæsar de- E beat cedere: atque eum elegantem, splendidum quoque; ac etiam magnificam, ac generosam rationem dicendi tenere. Et Atticus ibidem ita iudicabat, illum omnium fere oratorum Latine loqui elegantissime, scripsisse & de Analogia ad M. Tullium, verborumque dilectum originem esse Eloquentiæ dicere solitum. Sed de his multi multa.

*Neque enim quidquam*] Ammianus lib.xxi. *Vt Tullius quoque docet crudelitatis increpans Cæsarem* F *in quadam ad Nepotem epistola: Neque enim quidquam* &c. De hac ipsa Cæsaris felicitate Cicero Philippic.ii. *Cæsar Alexandria se recepit, felix, vt sibi quidem videbatur: mea autem sententia, nisi qui Reip. sit felix, felix esse nemo potest.* Vbi, vt οὐ παρόδου moneam, in vet. lib. legitur: *mea autem sententia, qui Reip. sit infelix, felix esse nemo potest.* Vt Nero Cæsar, & Sylla, quamuis huic *Felicis* cognomen datum.

Vide ad Atticum lib.vii.epist. De Augusti felicitate quædam pòst, in Attici vitam.

*Id quod cupierat*] Regnum affectasse Manlium, seruato Capitolio, sup. in Chronicis, ex Agellio, & G Cic. Philipp.ii.

*Quidam veterum*] And. Patricius, Polonus, cuius singularis in Ciceronis reliquiis à Sigonio cõportandis diligentia, in explicandis industria eluxit, non per omnia Tullianis verbis hæc esse concepta putat: in cuius sententiam libenter facio vt concedam: tamen quia in his scalmis & naufragii tabulis, pleraque talia sunt, vt iisdem omnia auctorum verbis perscripta esse præstare non possimus, nec quem in integro situm partes illæ tenue- H rint, in tanta rerum caligine difficile admodum coniectu sit; apponere volui: siue Ciceronis ipsius oratoris eloquentissimi verbis conscripta, siue Marcellini hominis Græculi, verbis horridis conseruata ea, ad posteritatemq; transmissa: quæ sensum, fide bona, repræsentarint. Fors sit merces leuiores, crasso filo, de tantæ nauis iactura, consolationem aliquam adferre, preciumq; facere, queant: Contenti igitur simus hoc Catone. Ceterum de periculis agit, in quę vocari plerumque hi- I storici solent; pericula, inquit, veritati contigua. Non longe abiero, Cremutius Cordus, quòd laudato Bruto, Cassium vltimum Romanorum dixisset, à Tiberio mori iussus est, vt auctor est Dion, & Tacitus Annali quarto. Iunius Rusticus, quòd Pęti Thraseæ, & Heluidii Prisci laudes edidisset, appellaretque eos viros sanctissimos, Domitianus occidit. Sueton. Nam paullo aliter in Agricolæ vita Tacitus: qui Pætum laudasset, Arulenũ Rusticum; qui Heluidium Herennium, Senecionem K vocat. Addit, in libros eorum sæuitum, vt & in Cremutii Cordi, de quo disserui ad Senecæ Rhetoris Controuersiar. librum vi. Præfat. Nota crudelitas eiusdem, in Hermogenẽ Tharsensem, & Metium Pomposianum: perstringitur itaque à Iuuenali Satyr.vii.

*Infelices esse*] Suspicor, vel ab ipso Marcellino conformatum hoc ex superioribus; vel sane ex eadem Cic. Epistola desumptum: loci affinitate persuasus, quòd in eodem ipso xxvi. Marcellini repe- L rerim vtrumque: hoc extremo libro; illud nõ procul ab initio. In qua quidem re integrum cuique est à me dissentire: non admodum enim laborabo, vt persuadeam; nec vehementer contra pugnabo. Non dissimile illud quod D. Augustinus li.v. Ciuitatis Dei c. xxvii. laudat: *O miserum, cui peccare licebat:* quòd de C. Cinna ait Cic. quinctà Tusc. Et in Hortensio, apud eundem Augustinũ lib.xiii.cap.v. de Trinitate, *Velle quod non deceat, id est ipsum miserrimum: nec tam miserum est, non* M *adipisci, quod velis, quam adipisci velle, quod non oporteat. Plus enim mali prauitas voluntatis adfert, quam fortuna cuiquam boni.* Quem locum eo libentius recitaui, vt, quà possem, ex eodem Augustino, *de Vita Beata*, integrarem: truncatum enim hactenus à Sigonio, & Patricio, hominibus sane diligentissimis, allatum doleo, & miror.

*Nepotis epistolam*] Homeri locum respexit, vt fere in his epistolis, cum ad amicissimum familiarissime scriberet. Versus Homeri est: Τῶν ἄλλων Δαναῶν μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα. Explicat vero acute, vt omnia, doctiss. Turnebus lib. ix. Aduersar. c. xxii.

*Mali*

*Male narras*] De Cornelii filio nihil dum reperi: quare valde ambigo, sit ne hic cognationis nomen *Nepos* vel Cæcilii alicuius Metelli cognomen. Superiora vero, quod de docto homine sermo sit, ad nostrum hunc pertinere conieci, nihil vt affirmem tamen. Suspicionem proposuisse contentus, ob eam, quæ Ciceroni cum Nepote summa intercessit, necessitudinem, in iis, quę ad familiarissimum vtriusque T. Pomponium Atticum missæ sunt, epistolis minime prætetiisse: nam & libro II. Nepotis facta mentio est.

## IN VITAM M. CATONIS.

DE vita & moribus *M. Catonis* rogatu T. Attici librum edidit Nepos: cuius, quod hic repræsentandum esse duxi, fragmentum duntaxat esse, vel ἀνακεφαλαίωσιν existimo. Nam & Ciceronis vitam libris aliquot, vt diximus, complexus erat, & Attici vitam copiosius, & quidem per interualla, pertractarat: tribuens hoc, credo, amicitiæ singulorum. Atticum enim, & M. Varronē quaternis, quinisve versibus id pręstitisse, & tanquam Elogia scripsisse meminerat. At quia Catullus trib⁹ omnium memoriā verbis complexū prædicat, ἐπαίνῳ, nihilq; temere affirmo. Equidem actum agere, & otio ac litteris abuti videar, si more quorundam interpretum, hic Plutarchum exscribere coner, & ad Hier. Magii, & Dion. Lambini operam in Æmilium Probum, addi à me aliquid posse cōfidam. quare dignitates duntaxat, per annos Cōsulares digestas, magistratusque, quos gessit, Ciceroni, Plutarcho, Nepoti, illustrando, ex Commētariis nostris in *Viros Illustres*, quos admodū adolescentes Duaci & Lutetiæ edidimus, auctiores apponam; reliqua putidæ diligentiæ videantur. Exstarent Ciceronis libri de gente Porcia, eiusque laus Catonis Vticensis, & Cæsaris Anticatones, libenter huic labori supersedissem.

## M. PORCIVS M. F. CATO CENSORIVS.

ANNO V.C.

DXXI. Natus, M. Aimilio Lepido, M. Poblicio Malleolo Cos. Sic enim ipse apud Ciceronem de Senectute disserens: *Anno postquam primum Consul fuerat Q. Fabius Maximus Verrucossus, qui Tarentum recepit, ego natus sum.* Alii DXIX. anno natum putant, L. Postumio Albino, Sp. Caruilio Maximo Cos. In his Kar. Langius Gandensis, vir doctiss. legitque, *Anno post Consul primum fuerat, quam ego natus sum.* quomodo & in veteri lib. scriptum se reperisse Ald. Manutius minor affirmat. *Alii, DXIX.*

DXXXIX. Annos natus XVII. primum stipendium meruit, & militauit ad Capuam sub eodem Fabio quartum Consule. Corn. Nepos in vita Catonis. Alii XIX. numerant, vt altero anno à primum Cos. Fabio Maximo natus sit Cato.

DXLIV. Ætatis XXIV. si à natali DXIX. numeres, ad Tarentum stipendium fecit, Fabio quinctū Cos. vt ipse apud M. Tullium, de Senect. disputans.

DXLV. Ætatis XXV. Tribunus militum in Sicilia fuit, M. Claudio Marcello V. Tito Quinctio Crispino Cos. Cicero Cat. maiore & Nepos hic Cornelius.

DXLVI. C. Claudii Neronis Cos. castra sequitur: strenuus habitus & laudatus re bene gesta in prælio Senensi ad Metaurum, quo cecidit Asdrubal, exercitu Alpeis traiciens, vt copias cum Annibale fratre coniungeret. Liuius lib. XXVII. & Nepos.

DXLVIII. Quæstor obtigit P. Scipioni Africano maiori in Africa Proconsuli, à quo perpetuo dissensit; Et Augur, annos natus XXIIX. P. Corn. Scipione Africano, P. Licinio Crasso Cos. Liuius lib. XXIX. Annal. & Corn. Nepos hic. M. Tullius vero in Bruto, & Catone, anno insequent. DXLIX. Cethego & Tuditano Cos. Quem locum And. Patricius in II. lib. Cic. de Repub. sic concinnabat: *Cum eo* [Fabio] *quartum Cos. adolescentulus miles ad Capuam profectus sum, quinctoq; anno post ad Tarentum. Tum Quæstor: quem magistratum gessi Cos. Tuditano, & Cethego. Deinde Ædilis; Quadriennio post factus sum Prætor, cum quidem ille admodum senex, suasor legis Cinciæ, de donis & muneribus fuit.* Ex Cic. inf. vbi de sodalitatibus & magnæ Matris Deûm sacris, & in Bruto. Aliter Corradus, & Lambinus: quorum hic Comm. in Æmilium Probum, bis Quæstorem facit. Non sequor.

DLI. Quadriennio post Ædilis plebis factus, cum C. Ælio, qui hic *C. Heluius* appellatur, & à Liuio lib. XXXII. Cato in Cic. Dialogo de Senect. vt quidem vulgo interpungitur. Agebat tum fort. annum ætatis tricesimum primum.

DLV. Prætor quadriennio post Sardiniam prouinciā obtinuit. Q. Ennium poëtam inde deduxit. Liuius XXXI. & XXXII. Annal. ab V.C. Cicero in Cat. & Plutarc. & Nepos hic. A quo postea, in Græcis, licet senex, est institutus. Plinius lib. VII. c. XXX. Val. Maximus lib. VIII. cap. VII. & D. Hieron. epist. ad Nepotian.

DLVIII. Consul cum L. Valerio Flacco, quo auctore Romam è Sabinis commigrauerat. In hoc magistratu totam citeriorem Hispaniam quæ rebellauerat, pacauit, bello ab Emporiis inchoato: adiuuante P. Manlio Prætore. (Vegetius lib. II. cap. III. & lib. I. cap. VIII.) Hic eius abstinentia eluxit, & frugalitas. (Plinius, & Appuleius) Matronis cultum repetentibus Oppia lege ademptum, restitit. Lege Liuium XXXIII. Plutarch. Valerium lib. IX. cap. I. & Nepotem.

DLIX. Hoc anno, Proconsul, ex eadem prouincia de Senatus sententia triumphauit. Plutarc. Fasti Capitolini, Appianus Ibericis, Frontinus, Florus, & Zonaras.

O 2

ANNO V.C.

DLXII. Legatus, (non, vt Cicero in Cat. memoriæ vitio, Trib. militum) Manii Acilii Glabrionis Cos. Auctor de Viris Illustr. Festum vide in, *Ordinarium*: & in, *Oratores*. Liuium lib. XXXVI. Appianum, & Iustinum lib. XXXI.

DLXIX. Ætatis XLIX. Censor grauissimus cum L. Valerio Flacco. L. Quinctium Flamininum, Titi fratrem Senatu mouit, & in ærarium redegit, quod ad scorti spectaculum, Gallum reum iugulasset. Luxuriam hominum repressit, quæ incipiebat pullulare: In quo honore, quod tam seuere præfuisset, *Censorii* cognomen tulit. Liuius XXXIX. Plutarch. in Cat. & Cicero. item in Bruto. Fasti Capit. Valerius Max. lib. II. cap. IX. & lib. IV. cap. V. Nepos hic, & Seneca Rhetor, Controu. XXV. vbi plura notauimus.

DC. Octogenarius iam, Seruium Sulpicium Galbam, qui Lusitanos Prætor diripuit, vehementi oratione accusauit. Auctor noster de Viris illustr. Valerius VIII. cap. VII. Non (vt Liuius lib. XXXIX. & Plutarch.) nonagenarius. nam octogesimo quincto ætatis mortuum constat.

DCIIII. Initio tertii belli Punici Carthaginem, noua molientem, delendam censuit: certatumque in ea sententia, de Reip. salute & commodo, cum P. Scipione Nasica, qui seruandam vrbem, ne otio & ignauia in luxum iuuentus Ro. vt accidit, dilapsa, ciuilia arma tractaret, censebat. Peruicit tamen sententia Catonis. Liuius, Florus, & Auctor noster de Viris illustr.

DCV. Hoc anno mortuum puto, octoginta quinque annos natum, L. Marcio Censorino, Manio Manilio Cos. Paterculus vero male P. Cēsorino, M. Manlio Cos. Cicero Bruto, *Cato*, inquit, *annos quinq; & octoginta natus excessit è vita: cum quidem eo ipso anno contra Ser. Galbam ad populum summa contentione dixisset*. Valerius vero lib. VIII. cap. I. & VII. octogesimum sextum annum agentem aduersus Galbam perorasse ait. Plinius lib. XIV. cap. IV. sexcentesimo vrbis cond. mortuum, rotundo numero dixit. Non recte, vt puto, Plutarch. ἐννενήκοντα Catonem, & Liuius nonagenario maiorem faciūt. Sed de Catone satis superque, T. Attici vitam, qua nihil in eo genere fieri potuisse elegantius semper existimaui, audiamus.

## IN VITAM ATTICI NOTÆ.

IN antiquissimo codice manuscripto, anno CIƆ. CCCC. L. qui fuit olim Francisci Mendozii, Cardin. Burgensis, viri Græcis litteris, & omni disciplinarum genere præstantissimi, qui & *Aemilium Probum*, seu potius *Cornelium Nepotem* de Excellentibus ducibus exterarum gentium, continebat; hanc inscriptionem repperi: *Historiarum Latinarum Cornelii Nepotis vita Attici*. Hanc excipiebat vitæ Catonis fragmentum. Non dissimilis autem ἐπιγραφὴ, quam in Oberti Gifanii lib. repperit Paullus Manutius: *Ex libro Cornelii Nepotis de Latinis historicis*. Ceterum, quòd mihi semper hæc vita ob elegantiam sermonis, mirifice placuerit: excreuit hic Commentarius in maiorē, quam vellem, molem.

*Ab origine vltima* ] pro, prima. Extremorum enim quæ ducto à principio ordine, vltima sunt; si retro commeēs, prima sunt. Ennius lib. V. Ann. *Pyrrhus, vti memorant, homines, à stirpe supremo.* Mascul. genere, pro, suprema: hoc est, prima. & Virg. VII. Æn.

— *Rex ipse, Iouis à gente suprema.*

*Vltimum* hic primum significat, quod incredibile videretur, nisi ita veteres sæpe vsurpassent, teste Nonio, & Virgilius VII. Æn.

--- *Tu sanguinis vltimus auctor.*

Sic & Cicero III. de finibus, & I. offic. quem locum libentius adscribam, quod in vulgatis quibusdam aliter legatur: *efficiturque id, quod Pythagoras vltimum in amicitia putauit, vt vnus fiat ex pluribus.* nam libri quidam edunt: *quod Pythagoras vult in amicitia, vt,* &c. Liuius in hanc ferè sententiam lib. I. *Ibi Tarquinius maledicta ab vltima stirpe orsus.*

*Stirpis Romana generatus*] Paulus Manutius & Lamb. qui hanc vitam Scholiis suis ornarunt, neque describendos existimaui, hîc veluti in limine impingunt. Ille enim genere loquendi motus, *è stirpe Romana generatus* vsitatius pronuntiat, vel *generatus* expungendum. Idemque Lambino visum, aut *generosus* reponendum. Simeo verò Bosius diuisa dictione *genere natus* tentabat. Fefellit illos, vt suspicor, interpunctio, qua omissà receptam tueor lectionem, quasi dicas genitus seu oriundus à prima nobilitate Romana.

*Equestrem dignitatem* ] *Equestrem ordinem* suum vocat lib. VII. epist. I. apud Ciceronem. Hoc honore contentus, *senatorium* non affectauit. vide infra.

*Vt tum erant tempora diti*] Formula antiquis vsitata, & elegans. Cicero in Bruto: *Decimus Brutus erat, cum litteris Latinis, tum etiam Græcis, vt temporibus illis eruditus.* Exempla passim obuia.

*Filium erudiuit* ] Cicer. I. de Finibus: *Non satis politus iis artibus quas qui tenent, Eruditi appellantur.* Et pro Cœlio: *Cuius prima ætas dedita disciplinis fuit, iisque artibus, quibus instruimur ad hunc vsum forensem, ad capessendam Remp. gloriā, dignitatem.*

*Oris & vocis* ] *ac vocis* M.S. & τὸ *celerius* afuit. Vnde malim & ego *arriperet*, quàm *acciperet* reponi. Sic enim in Vita Catonis Nepos: *Litterarum studiū etsi senior arripuerat, tamen tantum in eis progressum fecit, vt non facile reperire possis, neq; de Græcis, neq; de Italicis rebus, quod ei fuerit incognitū.* Et idem apud Cicer. Cato: *Litteras Græcas senex didici, quas quidē sic auide arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens.*

*Excellenter pronunciaret*] Inf. *Tanta suauitas erat sermonis Latini, vt appareret in eo natiuū quendam leporem esse, non adscitū. Idem poemata pronunciabat, & Græce, & Latine, sic vt supra nihil posset.*

Cui

A Cui virtuti quantum tribuant Rhetores, in vulgus notum, cui & primas, & secundas, & tertias Demosthenes tribuebat.

*Qua ex re pueritia*] *in pueritia*. quod verum est, scriptum erat; Alii *a pueritia*, Fuluius Vrsinus *qua ex re puer etiam nobilis*. Et mox *animo æquo*, non *æque* idem cod. & post: *studio suo*. Cicero de eodem M. Cœlio; *Is æqualium studiis vt eundem, quem optimi ac nobilissimi, petere cursum laudis videretur.*

*C. Marti filius*] Scripta lectio *C. Marius filius*,
B qui sane antiquus loquendi modus, vt è fastis Capitolinis paret. Lego itaq; *C. Marius, Caii F.* Hic autem Præneste à Lucretio Offella ( vel *Afella* ) obsessus, desperata salute ipse sibi manus intulit. Auctor de Viris illustribus.

*Nupserat M. Seruio fratri Sulpicii*] Dion. Lãb. duobus vnius prænominibus offensus, sic cõmutauit: *Nupserat Seruio Sulpicio fratri P. Sulpicii. Itaq; interfecto P. Sulpicio, posteaquam* &c. Sed non viderat ille gentem *Sulpiciam* priuilegio quodam
C duobus simul prænominib. vsam: ita vt præter *Seruii* prænomen, quod erat omnib. *Sulpiciis* cõmune, aliud etiam adiicerent: quod nuper docuit vir Græcæ linguæ, & Romanæ antiquitatis peritiss. Fuluius Vrsinus, in eo opere, quod in ciuium Ro. gratiam elaborauit, *de Familiis Romanorum*, ex auctoritate veterum nomismatum, & antiquorum scriptorum testimoniis. In Ciceronis enim lib. de Oratore I. *Q. Ser. Galbam* vbi vulgati codd. *idemque Seru. Galbam* edunt: Et in nummis L.
D SERV. VS RVFVS, legitur. Rursum quià Liuio P. Sulpicius, vnus ex tribus legatis, qui Athenas profecti, leges XII. Tabb. ex Solonis translatas conpiderunt, vnusque ex X. Viris fuit, à Dionysio Seruius Sulpicius appellatur. Nihil itaque hic mutandum contra libros veteres.

*Iuuit opibus suis*] V.C. *opibus iuuit suis*, &, *pecuniis subleuauit*, numero multitudinis.

*Versuram facere*] Male vulgati & scriptus, *vsuram*. Ex compendiis natum mendum, ꝟ.enim *ver*
E efficiebat: an ex vocis ignoratione? quam nostri æui Iurisconsultorum princeps Iacobus Cuiacius egregie explicauit in Obseruat. Et Simeon Bosius in v. lib. ad Atticum epist. XXI. Inf. *Neque post calamitatem versuram facere potuisset*. Vbi in iisdẽ libris idem error. Vide Festum, vel potius Paulũ Diaconum. Hanc legibus Romanis magis, quam *vsuram* vetitam, auctor Tacitus lib. v. Annal. Cic. pro M. Cœlio: *Versurã nunquã omnino fecit vllã.*

*Æquam haberent*] *æque* V.C. mox abest à scri-
F pto, *vnquam*, & vulgati *æs debere* præferunt.

*Ita vt singulis seni* [alii, *sex*] *modii tritici darentur, qui modus mensuræ Medimnus Athenis appellatur*] In M.S. nostro, & Manutii, *septem modii*, & *qui modus*: pro quo *modius* edidisse Lamb. miror, & indignor. Seni enim modii *Medimnum* efficiunt: auctore Suida.

*Communis infimis*] pro, *comis*, vide quæ de hac voce in *Obseruat. per Saturam* à me annotata sunt. Deinde, *publice mandarent* quidam libri, pro *pub. haberent*.

*Amitti ciuitatem Romanam*] Neque enim iure Quiritium idem duarum ciuitatũ ciuis esse poterat. Cicero pro Cæcinna. & pro Corn. Balbo: *Duarum ciuitatum ciuis esse nostro iure ciuili nemo* G
*potest: non esse huius ciuitatis ciuis, qui se alii ciuitati dicarit, potest*. Vide Ant. Goueanum I.C. Variar. lect. Iuris Ciuilis cap. VI.

*Quo beneficio vti noluit*] Ciuem tamen Atticum Cicero vocat. respiciens credo ad cognomen, non ad ius ciuitatis. lib. I. epist. XVI. & lib. II. epist. I. *In eis orationibus, quæ Philippicæ nominantur, enituerat ciuis ille tuus Demosthenes*.

*Ne qua sibi statua poneretur*] Plutarchus de *Catone* maiore: Mirantibus, cur nulla ei statua posita: H
cum multi obscuri eam haberent: *Malo*, inquit, *quæri cur nulla posita sit, quum cur posita sit*. Et Cic. lib. V. ep. XII. ad fam. de Agesilao: *Nullam sibi neq; pictam, neq; fictam imaginem poni passus est*: quod refert & Dion Chrysostomus in Corinthiaca.

*Ipsi & Piliæ*] vxori eius, quam pridie Id. Febr. duxerat, aliquanto post, quam Romã remigrauit. Ergo non recte *Piliæ* legatur. Legendus Cic. epist. III. lib. II. ad Q. fratrem: meminitq; lib. IV. ad Atticum epist. IV. & lib. XIV. epist. XV. & lib. XVI. epist. I
VII. tentari morbo, quem παράλυσιν appellant. In antiquo nostro *Phidiæ* scriptum erat, probatque Manutius, vt & in Fuluii lib. qui tamẽ *filiæ* legebat. Quidam *Philiæ*: id est, amicitiæ; quod amicitiæ cultor esset constantissimus: Quam ego Deam non agnosco, quamuis Iouis Philii mẽtio. I. Lipsius, qui nemini est paullulum modo humaniori ob singulare ingenium incognitus, Electorum c. XIV. *Ipsi & fidei* leg. putat: cui tamen vt assentiar, K
nondum à me impetrare potui.

*Actorem*] V.C. verso ordine vel præpostero *auctorem actoremq;* habebant. Hæc ad *Piliã* matronã pertinere non possunt; sed ad *Phidiã* Atheniensẽ.

*In quo domicilium orbis terrarum*] Inf. *cum se vterq; principem, non solum vrbis Romæ, sed orbis terrarum esse crederet*. Martialis lib. XII. Epigr. VIII.

*Terrarum dea gentiumq; Roma*
*Cui par est nihil, & nihil secundum.*

Ad quos respexit Sex. Iulius Frontinus lib. II. de L
aquæductib. vrbis Romæ: *Sentit*, inquit, *hanc curam Imperatoris piissimi Neruæ principis sui Regina & domina orbis indies*: (lego *indiges*) *Quæ terrarum Dea consistit, Cui par est nihil, & nihil secundũ. Et magis sentiet salubritas eiusdem æternæ Vrbis*, &c. Et I.C. *Romam, communẽ patriam* appellant. l. *Roma*. 33. D. ad legem municip. l. *In orbe Romano*. 17. D. De statu hominum. & l. I. C. de Eunuchis. l. 4. D. De excusat. Tutor. Vide Senecam consolat. ad Albin. cap. VI. Sidon. Apollinarem lib. VIII. cap. VI. & Claud. Rutilius in Itinerario: M

*Fecisti patriam diuersis gentibus vnam.*

Virg. I. Æn. *Romanos rerum dominos gentemque togatam*. quem Augustus sæpe vsurpabat Sueton. c. XL. lib. II. & M. Tullius post redit. in Senatu: *Roma arx omnium terrarum*. Et in Catilin. *Lux orbis terrarum & arx omnium gentium*. Philipp. VI. *Quis vnquam tantis opibus, tantis rebus gestis fuit, qui se populi Romani victoris, dominiq; omnium gentium patronum dicere auderet?* Horat. Oda. IV. lib. IV. *O tutela præsens Italiæ, dominæque Romæ*.

*Et domum*] Amplius m. s. *& domum voluit*, non necessario. *Patria* latius patet, quod sit regio in qua

A quis natus, vel educatus: Cicero de legib. *Domus* vero anguſtiori ſignificatione. Hinc illud: *vnde domo?* quo de libro I. *Obſeruationum per Saturam* egimus: vt, Terentius, patria Afer, domo Carthaginenſis. Dion. Lamb. ſollemne illud ſuum, *repugnantibus libris omnib.* ſeruans legit, *vt eandem & patriam haberet & rerum dominam*: reſpiciens forte verſus Martialis. Non probo: Nec enim quamuis terrarum domina, non tamen Attici *Roma* domina eſt appellanda.

B *Doctrinaque præſtaret*] *Doctrina præſtaret* V.C. & *vnus ei ante alios*. Cic. Catone maiore, quem Attico miſit: *Noui moderationem animi tui & æquitatē: teq; non cognomen ſolum Athenis deportaſſe, ſed humanitatem & prudentiam intelligo.* Et epiſt. I. li. XIII. ad famil. *Pomponius Atticus omni liberali doctrina politiſſimus.* De *Athenis* Lucret. lib. VI. & Atticus ipſe apud Cic. I. & II. de leg. Idē pro Flacco, & I. de Oratore. Αὐτόχθονας ſe appellabant, Ariſtides in Panegyrico: Οὐκοῦν ἐξῆν γε μόνοις ἡμῖν, εἰ C οἷόν τε ἐστὶν εἰπεῖν, οὐδ' ἂν εἷς λάχοι τῆς γῆς, οὐ μᾶλλόν γε τῆς μητρός τινί. *Proinde vnis nobis, Athenienſes, hoc contigit, vt iure nemo ipſis intendere iudicium vnde vi poſſit, non magis quam cuipiam ob id quod in poſſeſſione matris ſuæ ſit.*

*Sulla decedens cum veniſſet*] Inf. *Humanitatis nullum afferre maius teſtimonium poſſum, quā quod adoleſcens idem ſeni Sullæ fuerit iucundiſſimus; ſenex adoleſcenti M. Bruto.*

*Sic enim Græce loquebatur*] Vnde *Attici* cogno-
D mentum. Cic. V. de Finibus initio.

*Tanta autem erat ſuauitas ſermonis*] *Suauitas erat ſermonis* V.C. τὸ *addi* omiſit Lamb. ſed quia in V.C. repperi, religio fuit ὀβελίζειν. Cic. epiſt. I. lib. XV. ad Atticum: *Oratio ſcripta elegantiſſimis ſententiis, vt nihil poſſet vltra.*

*Græce & Latine*] Scripſerat Græce de conſulatu Ciceronis Commentarium: qui tamen horridulus, & incomptus Ciceroni viſus eſt. Lib. II. epiſt. I. & inf.

E *Numquam à ſe dimitteret*] Vet. lib. *numquam ab ſe*, vulg. libri *nuſquā*: & poſt non longe: *velle ducere*, vt & ſcriptus codex, melius quā *deducere*, quod præcedenti verſu poſitum, rectius ibi quadrat.

*Ad comitia amicorum ventitauit*] videl. Ciceronis. lib. I. epiſt. X. ad Atticum.

*In omnibus eius periculis*] *ſuis* V.C. de quo reciproco *Grammatici certant, & adhuc ſub iudice lis eſt.*

HS. CC. *& quinquaginta millia*] Scriptus cod.
F *ſeſtertia ducenta & quadraginta millia.*

*Tranquillatis autem rebus*] παθητικῶς. Vtitur & in Topicis Cicero: *Vt aut perturbentur animi, aut tranquillētur.* & Horatius epiſt. XVIII. lib. I. *Quid pure tranquillet, honos, an dulce lucellum.*

*Quem diem*] τὸ *diem* delendum cenſet Ant. Auguſtinus Archiepiſcopus Tarraconenſis, vir omnis antiquitatis peritiſſ. Vrſinus vero *abeuntem* pro *quem diem* leg. coniiciebat.

*L. Cotta, L. Torquato, Coſ.*] anno V. C. DCLXXXVIII. Quorum Conſulum meminit & Catilin. tertia, & Agraria II. in Rullum.

*Cæcilius enim moriens*] Meminit eius Cic. epiſt. I. lib. I. Hic præterito L. Lucullo, quem ſemper viuus præ ſe tulerat ſibi hæredem eſſe velle, cuique moriens annulos ſuos dederat, Pomponium Atticum teſtamento adoptatum omnium bonorum ſuorum heredem fecit. Sic & M. Popilius Oppium Gallum familiariſſimum ſuum traditis annulis deluſit. Valer. Max. lib. VII. cap. IX. G

*Adoptauit eum*] quod ei gratulatur M. Tullius, lib. III. epiſt. XX. cuius inſcriptio: *Cicero S.D. Q. Cæcilio Q.F. Pomponiano Attico:* ex vſitata Adoptionum formula, vt nomen in *Anus* deſinat. M. H Varro lib. II. de re ruſtica, cap. II. *Atticus, qui nunc T. Pomponius, nunc Q. Cæcilius, cognomine eodem.* Tu vide, & de libertorum, & adoptatorū cognominibus Ang. Politianum Miſcell. capit. XXXI. & Ant. Auguſtinum Emendat. Iuris lib. III. cap. VIII.

*Centies* HS.] *centies ſeſtertium* integre liber calamo exaratus: efficiuntque trecenta millia aureorum ſcutatorum.

*Soror Attici*] *Pomponia* dicta, ex qua Quinctū filium paullo ante M. Ciceronis Conſulatum ſuſ- I cepit: nam Q. Cicero F. Marco Cicerone filio, maior natu fuit, vt in epiſtolis ad Q. fratrem legimus, & togæ puræ ſuis temporibus vtrique datæ, demonſtrant. Cum ea non bene conueniebat Quincto: lib. I. epiſt. V. & lib. V. epiſt I. A qua & diuortio; lib. XIV. epiſt. XV.

*Cum quo à condiſcipulatu coniunctiſſime*] Hinc Fabius Quinctilianus: *Condiſcipulorum amicitiæ ad ſenectutem vſque firmiſſimæ durant, religioſa quadam neceſſitudine imbutæ. Neque enim eſt ſanctius* K *ſacris iiſdem quam ſtudiis initiari.* lib. I. Inſtitut. Orat. cap. II. Et Nepos inf. *Hoc quoque ſit Attici bonitatis exemplum, quod cum eo, quem puerum in ludo cognorat, adeo coniuncte vixit, vt ad extremam ætatem amicitia eorum creuerit.*

*Quam cum Quincto*] De Cicerone viciſſim inf. *Atticum præcipue dilexit Cicero, vt ne frater quidem ei Quinctus carior fuerit.* & lib. XIII. ad Famil. *Pomponium Atticum ſic amo, vt alterum fratrem: nihil eſt illo mihi nec carius, nec iucundius. homo mi-* L *nime ambitioſus, minime in rogitando moleſtus.*

*Similitudinem morum*] Cicero in Lælio: *Nihil eſt quod ad ſe rem vllam tam alliciat, tam attrahat, quam ad amicitiam ſimilitudo.* Et: *Diſpares mores diſparia ſtudia ſequuntur, quorum diſſimilitudo diſſociat amicitias.*

*Principatum eloquentiæ tenebat*] Cic. in Bruto.

*Vter eum plus diligeret*] *vter tum plus diligeretur*, membranæ præferunt.

*Cicero, an Hortenſius*] inter quos etiam in amā- M do æmulatio fuit. Hortenſium enim leuitatis & inconſtantiæ ſæpe arguit M. Tullius: Epiſt. I. lib. III. Et III. lib. IV. & III. lib. I. ad Quinctum fratrē. Rurſus lib. V. epiſt. XX. & lib. VI. epiſt. I. actionem eius λιγυρὰν, id eſt argutam obſcure perſtringens *Momum Ligurinum* tecte vocat. Inf. *Cum æqualibus ſuis Q. Hortenſio, & M. Cicerone ſic vixit, vt iudicare difficile ſit, cui ætati fuerit aptiſſimus.*

*Inter quos tantæ laudis eſſet æmulatio*] Sic inf. *Hoc quale ſit, facilius exiſtimabit is, qui iudicare poterit quantæ ſit ſapientiæ eorum retinere vſum beneuolentiamque, inter quos maximarum rerum, non ſolum*

amu-

A *æmulatio, sed obtrectatio intercedebat.*

*Optimarum partium*] Vrsinus *Optimatum*, nimium quantum rectius.

*Quam qui maritimis iactarentur*] Credidi aliquando, *mari* leg. vel *marinis*, vt fluctibus ἀπὸ κοινοῦ reperatur. Remp. naui, & maris tempestatib bella intestina ἀλληγορικῶς comparari, auctor Fabius lib. VIII. cap. VI. ex Horat. I. Carm. oda XIV. Infr. Nepos: *Si gubernator præcipua laude fertur, qui nauem ex hieme marique scopuloso seruat; cur non singularis eius existimetur prudentia, qui ex tot, tamq;*
B *grauibus procellis ciuilibus ad incolumitatem peruenit?* Cicero quoque in Muræniana, Comitia freto, & Euripo comparat: & II. Philipp. Oceano bella ciuilia.

*Neque geri sine periculo*] Sic doctiss. Cuiacius primus leg. censuit, pro illo *Reip geri* cudens, trãspositis litteris. Gab. vero Faernus de ingenio *neque regi sine periculo*. Sed *honores regi* alibi non legitur. Editi plerique, *Neq; Reip. sine periculo.* membra-
C neus cod. *neq; è Repub. sine periculo*, vt *esse* exaudiatur: vel (ἀπὸ κοινοῦ) repetatur. Lamb. vero: *Neq; geri è repub. sine periculo:* poterant, inquit, geri magistratus sine periculo; sed non poterant è repub. geri sine periculo.

*Neq; præs, neque manceps factus est*] *factus fuit* V.C. & forte an *factus* omitti queat. *Publicanus* tamen fuit Cic. lib. II. epist. XV. & vectigalia apud Sicyonios exercebat lib. I. epist. XIX. vide Car. Sigonium lib. II. de antiq. Iure ciuium Ro. cap. IV.

D *Neminem suo nomine*] Lamb. *neque suo nomine.*

*Neq; subscribens*] *Subscribere in crimen* I.C. Formula est, quum accusator libellis, quos dabat, testabatur se nomine professum esse. l. 3. §. *Itē scribere.* D. De accusat. & sæpe alias.

*Honore fuerit contentus*] quē minime reprehendenda ratio ad honestum otium duxit. Cic lib. I. epist. XVII.

*Voluit ire in Asiam*] M.S. *voluerit* rectius, vide extremam epist. XVI. lib. I. ad Atticum cuius initiū
E *Quæris ex me.* (quia varie epistolas illas distinctas circumferri video.) *Quod ad me scribis te in Asiam statuisse non ire; Equidem vellem vt ires: ac vereor ne quid in ista re minus commode fiat. Sed tamen nō possum reprehendere consilium tuum, præsertim cum egomet in prouinciam non sim profectus.*

*Asseclam esse Prætoris*] Prætor fuit Q. Tullius, an. DCXCI. M. Valerio Messalla, M. Pusio Pisone Cos. ante Idus Martias Asiam prouinciam sortitus: & ante Nonas Decemb. profectus L. Flacco
F successit, Cicer. ad Atticum & in Orat. Suetonius ergo male in Augusto cap. III. *Proconsulatum Asiæ* administrasse ait quæ *Prætoria* est, Cicerone, & Nepote testibus locupletibus, & omni exceptione maioribus. Falso quoque idem, *parum secunda fama administrasse:* cum M. frater in orat. & epistolis ad eum scriptis tantopere laudet, tantisq; honoribus ornatum fuisse testetur.

*Eius obseruantia omnibus esset carior*] Hinc factum est, vt eum libentius omnes obseruarent, colerent, atque in oculis ferrent. Manut. *Obseruantia* qua ipse aliquem obseruabat. Nam & παθητικῶς dicitur: vt *Vtilitas* apud Terent. Eunucho, & ad Tironem Cicero: *Inuidia mea*, Catilin. II. & G Tuscul. IV.

*Annos circiter sexaginta*] Scriptus *circiter annos sexaginta*, & post deinde: *neque se quoquam mouit ex vrbe.*

*Ætatis vacatione*] vide I.C. lib. I. Tit. VI. Pand. de *Immunitate. Vacationes* autem sunt excusationes à muneribus militaribus, & aliis, quæ Præfecti obire consueuerunt.

*Ipsum Pompeium non iunctus non offendit*] *Pompeium coniunctum* (.s. sibi amicitia) habet scriptus H cod. cum editis. Lamb: *ipsum Pompeium nondum victum non offendit:* vel *ipse Pompeium non secutus non offendit:* ab ingenio, nihil tamen vt affirmet, quod longius à recepta lectione abeat cōiectura; deliberandi vero negotium mandet siccis ac sobriis. Vrsinus vero: *ipse Pompeium conniuentem non offendit.* Ego vett. librorum auctoritatem libenter facio, vt sequar, dum certiora adferantur. Mox: *nullum enim ab eo*, iidem vulgati.

*Summa cum offensione*] Pompeius enim pro ho- I stib. se habere dicebat, qui extra sua castra essent: Cæsar vero eos, qui in hostium castris non essent, pro amicis habiturum. Cic. pro Quincto Ligario & Seneca alibi Philosoph.

*Sed etiam sororis filium Q. Ciceronem*] quidam libri *sororis & Q. Ciceronis filium ex Pompeii castris concesserit.* Vetus liber noster, & Manutii, *filium, & Q. Ciceronem*, pro qua & coniunctione, vel lege *et:* vel de vtroque *Quincto*, filio, & patre, intellige. K

*Penes Brutos*] non multitudinis sed singulorum numero *Brutum* liber ille calamo exaratus.

*Tota ciuitas se ad eum conuertisse videretur*] Cicero in Somnio Scipionis: *In te vnum, atque in tuum nomen se tota conuertet ciuitas: Te senatus; te omnes boni; te socii, & Latini intuebuntur.*

*Sic M. Bruto vsus est*] Inf. *Humanitatis nullum afferre maius testimonium possum, quam quod adolescens idem seni Sullæ fuerit iucundissimus: senex adolescenti M. Bruto.* L

*Adolescēs ille*] atqui quadragenarius erat, quippe qui Præturam gerebat. Verum *Adolescentia* ad tricesimū vsque annum pertinet, auctore Varrone: vel ex diuisione ætatum Seruii Tullii, à XVII. vsque ad XLVI prouehitur: vt est sæpe ab Antiquariis obseruatum.

*Ab Equitibus Romanis*] *Ab* afuit à vet. cod. & statim, *eius ordinis*, pro *illius ordinis*. Deinceps, hoc modo legitur, *amicis officia præstanda.*

*C. Flauio Bruti familiaris*] Meminit huius Plu- M tarchus in Bruto, vt eius familiaris: & Cic. in frag. epist. ad Brutum apud Quinctil. lib. IX. cap. II. & in Brutis nummis LEG. PROPR. designatur; hoc est, Legatus Pro-prætoris.

*Sed neque cum quoquam*] Lamb. *se neque cum quoquam.* Scriptus *sed neq; cum qo de ea re collocuturum: Colloqui* autem priuatim; *Coire* vero hic concilium habere. vnde *Comitia.* Mox: *in prouincias*, pro *prouinciarum* legit Ant. Augustinus V.C. Aliter Manutius, *prouinciarum desperatis rebus.*

*Quæ iis dicis caussa*] Olim editi, & scripti, *quæ iis necis caussa:* quæ ferri lectio non potest, corrupta

A à libratiis, ex ignoratione, vt solet, priscæ vocis, & ritus: hæc quoque emendatio Cuiacio accepta refertur lib. Obseru. Est autem *Dicis caussa* aliquid facere, id est perfunctorie, non ex animo, religioni cuidam satisfaciendi gratia. Lamb. *quasi, verbi caussa, per speciem, per simulationem.* Sed hanc antiquam formulam plurimi explicarunt ex Varrone viro vndecunque doctissimo, & P. Sosipatro. Sic lib. I. epist. XVIII. Ad Atticum Cicero: *Metellus est*
B *consul egregius, & nos amat; sed imminuit auctoritatẽ suam, quod habet, dicis caussa promulgatum illud idem de Clodia.* Vtitur & pro Muræna, & lib. IIII. Accusationum in Verrem. De qua formula, Lælius Taurellus, Ant. Augustinus, Pet. Victorius, Adr. Turnebus, Iac. Cuiacius, Pet. Pythœus, Did. Couarruuias, lib. IV. Variar. Resolut. & quis non eorum, qui Varias scripserunt? Reposuerunt exsulantem vocem, & in pristinam sedem restitue-
C runt, ex Varrone, vt dixi, & Sosipatro, in Arnobio, Plinio, Appulleio, lib. de Dogmate Platonis, Cicerone, Nepote. Ceteris Græcis ὁσίας ἕνεκα, & ἀφοσιώσεως χάριν, παραφάσεως ἕνεκα apud Dionysiũ Halicarnass. Isæum, & Euripidem Iphigenia Tauris, & Harpocrationem & alios.

*A Coss.*] *A Consule* vetus liber calamo exaratus: Mox integre H S. *centum millia muneri misit*: quæ sunt tria millia aureorum scutatorum: vt quidem
D vulgo hæc numerant. Et post *trecenta iussit dari.* Cicero epist. XVII. lib. XV. ad Attic. à Seruilia numeratam ab Attico, Bruto Italia cedenti significat, de qua inf.

*Neque potenti adulatus est, neque desperatos reliquit*] Sic fere post paullo: *Id ex ipsis rebus ac temporibus iudicari potest, quod non florentibus se venditauit, sed afflictis semper succurrit.* Virg.

--- *& afflictis succurrere rebus.*

E Quod in quodam libro statim legitur, *apud Numidiam*, corruptum arbitror.

*Si diuinatio appellanda est*] credidi aliquando hic diuinitatem describi, καὶ ἀποθέωσιν potius quam *Diuinationem* de qua inf.

*Casibus augetur*] vulg. & scripti *agitur*, Lamb. *neque agitur* quod idem interpretatur *impellitur*: vel *neque augetur*: quod opponatur verbo *minuitur.* Alii *frangitur* tentarunt. Mox *non solum eius ini-*
F *mici.* cum Lambino vet. liber facit.

*Qui tamen erant*] *qui tum erant potentiss.* Scripti & editi libri.

*Sed etiam qui aduersariis eius se dabant*] pro, cedebant. *Amici*, pro *qui* Lamb. hic, editi omnes. Cic. in Somnio: *Neque te sermonibus vulgi dederis*, pro concesseris: vbi qu. lib. *dedideris.* Idem lib. II. ad M. Cœlium: *Da te homini; complectetur, mihi crede.* Et lib. XIII. epist. ad famil. *Des te ad lenitatem.* Deinde Lamb. *se aliquam cons. sper. Et* quoque afuit à m. s. nostro.

*Familiares insequebantur*] quidam *sequebantur.* Constanter, & typis, & calamo expressi codd. amplius, *Antonii familiares insequebantur.* Lamb. *eius famil.* & vero desiderari aliquid videatur.

*Præstiterit vadimonium*] Nihil variat cod. scriptus. Lamb. tamen recte *stiterit*, quod & in vet. se reperisse Manutius affirmat. *Sistere* enim *vadimonium* est quod datis vadibus promiserat, se in iudi- G
cio sistere, & sic *liberare vades.* Cicero pro Quinctio: *Venit Romam Quinctius, vadimonium sistit.* Et Cato apud Agell. lib. II. cap. XIV. *Quod si vadimonium capite obuoluto stitisses.*

*Secunda fortuna*] Afuit à scripto cod. sequitur tamen *conuersa subito fortuna est.* qui mox *vsuram* pro *versuram*, male; & *ei credidit* pronomen, libri in vulgus editi præferunt.

*Simulque aperire*] pro declarare, indicare. qui- H
dam *apparere* tentarunt. Ego contra libros nihil muto.

*Nemini enim in opinionem veniebat*] Scriptus codex quo vsus sum, disertim: *Neminis enim opinioni veniebat Antonium rerum potiturum: sed sensim is à nonnullis optimatibus eius reprehendebatur.* pro quo hic excusum video, partim *sensus*, partim *sensim.* *Neminis* autem dixisse veteres, Priscian. & Nonius auctores sunt. Plautus Captiuis: *Ne-* I
*minis me miseret, nam mei miseret neminem.* Et Lucilius li. XXX. *Neminis ingenium tantum confidere oportet.* Post non longe: *conuersa subito fortuna est* codex amplius noster, &, vt audio, Manutii.

*In periculo Atticum putarat*] *in* abest à vet. cod. vt sæpe in lib. de vita Excellentium Impp. qui vulgo Æmilio Probo falso adscribitur: Lamb. *in periculo Atticum futurum putarat*: idemque infr. in hac pag *ne quod in periculum incideret*, edendum K
curauit.

*Opem tulerat*] Sup. *P. Volumnio ea tribuit, vt plura à parente proficisci non potuerint.* Post vero, *Præfectus fabrũm Antonii* dicitur.

*His temporibus*] *iis* V. C. sic sup. VI. pag. *quantũ ea paterentur.* *hæ* idem scr. lib.

*Gellium Canium*] In m. s. prænomen est *Quinctum*, & *Canum* duabus syllabis; etiam in Manu- L
tianis Schedis, sic enim legit: *habebatque secum Q. Gellium Canum æqualem.* De hoc Martialis lib. I.

*Gaudent iocosæ Canio suo Gades.*

*Emerita Decano meo.* & post non longe *Canium* nominat. Et lib. III. Epigr. XX. & XXII. *Canium Rufum* laudat. Et lib. VII. epig. 68. & 86. Et epist. Valerii ad Rufinum, inter eas quæ D. Hieronymi. Meminit & Cicero sæpe, vt lib. XIII. epist. XXXI. vbi *Canum* in opt. libris scriptum affir- M
mant: & epist. XLI. lib. XIII. *Canam* filiam eius Q. Ciceroni filio nuptum dare voluisse colligere licet: quod an è re foret Atticus dubitarat. lib. XV. epist. XXI.

*Sed coniunctim*] *sed coniuncti*, pro, amici, generandi casu vet. noster, & Manutii. Nihil tamen demuto. Et mox Dion. Lamb. *ab eo velle esse fortunam.*

*Quibus malis vt se emerserat*] *qui* pro *quibus* V. C. *Vt se emerserit*, schedæ Gifanii. *Vt se emersit* Lamb. Porro *Emergit*, & *Emergit se* veteres dixerunt. Sic in fine Nepos: *Cum biduum cibo se abstinuisset.* Cicero de Haruspicum respons. *Ista serpens, quæ hic delitescit, tum se emergit, & fertur illuc.* Sic & *Erumpit se*, Attius Epigono, apud Nonium & Lucret. lib. IV. Virgil. I. & 4. Georg. & 3. Aen. Cæsar. lib. II. Comm. belli Ciuilis: *Portis se foras erumpunt*: & Cic. lib. XVI. ad Atticum: *Ne in me stomachum erumpant,*

A *rumpant, cum ſint tibi irati*; & Terent. Eunucho:

*Iamne erumpere licet mihi hoc gaudium.*

Plura à Paullo Manutio, Aldi F. collecta ſunt in VIII. lib. epiſt. ad familiares, epiſtola XIV.

*Præmiis imperatorum*] *imperatoris* ſcr. cod. vitioſe. Triumuiros enim appellauit Octauium, Lepidum, & Antonium: & mox *quin etiam*, concinnius, quam *qui etiam*: quæ lectio turbauit non nihil Manutium, vt hyperbaton hic fingeret: & *Prætorium*, *Prætorem* faciunt editi quidam.

B *Inſtiterit tueri*] *Inſtituerit* V. lib. noſter, & Gifanii cum vulgatis. Lamb. *inſtituit*: & *iuſſit*, pro *iuſſerit*: poſt, *& non neceſſarium* idem leg. diuinabat: ſcrip. tamen lib. *neceſſaria* præferebat, niſi quod *&* *enim* afuit à meis, & Oberti Gifanii ſchedis.

*Neque temporariam, neque callidam*] puto ſcripſiſſe Nepotem *neque calidam liberalitatem*, pro temeraria; vt contra, *temporaria*, lenta nimis. Sic *calidum mendacium* Plauto: *calida conſilia*, Terent. in Eunucho, & Cic. I. offic. in opt. libris; Vulgat. e-
C nim libri *callida*: *Reperies multos, quibus periculoſa & calida conſilia, quietis cogitationib. ſplendidiora & maiora videantur.*

*Iudicari poteſt.*] Editi aliquot *indicari poteſt*. non placet, & v. lib ſtatim, *vendicarat*. Igitur ex præcepto Ciceronis II. Offic. in beneficiis collocandis mores hominum, non fortunam ſequebatur. Hoc enim maxime officii eſt, vt quiſque maxime opis indigeat, ita ei potiſſimum opitulari. Infrà: *Non fortunæ, ſed hominibus ſolere eſſe amicum.*

D *Non florentibus ſe venditauit*] Corruptè qui *vendicauit* hactenus legerunt, vt intelligatur Atticum non captaſſe gratiã eorum qui plurimum poterant in Rep. ſed victis partibus ſæpe tuliſſe opem. Conſtat enim non ambiiſſe fauorem Syllæ aut Pompeii aut Cæſaris vel Antonii, aut Auguſti: quin potius pecunia ſubueniſſe Pompeianis & Brutianis, eorum afflictis rebus. Sic Lud. Viues epiſt. quæ penes me eſt ad Franc. Craneueldum I.C.

*Quam florentem*] *quam florente* rectius ſcriptus
E lib. & Lamb. vt *Bruto* exaudiatur: id eſt, quam opibus & copiis valente. Plutarch. enim Bruto ſuperſtitem fuiſſe matrem auctor eſt.

*Non malebat obliuiſci, quam vlciſci*] Sic Lambiniana Ciceronis editio. Vulg. enim: *neque ſi quam iniuriam acceperat, malebat vlciſci, quam obliuiſci.* Script. noſter tamen integris literis: *Neque ſi q. in acc. non mallebat vlciſci, quam obliuiſci*: quam ego mendoſam eſſe, de plano pronuncio: Lambino non temere aſſentiar: non enim vidit, vir bonus,
F Græcorum imitatione, ſæpe Latinos negationes geminaſſe, quæ tamen nihil affirmant. Exempla apponam. M. Tullius: *Negant Stoici, nec virtutes, nec vitia creſcere.* Terent. *Negat neque eius patrem ſe ſcire quis fuerit.* Et fort. & illud eiuſdem: *Neque haud dicas tibi non prædictum, caue.* Catullus in Coma Berenices, vt ipſe quidem ſcriptum vidi: *Namque ego non nullo vera timore tegam.* Tibull. lib. 4. *Ne legat id nemo.* Propertius lib. II. *Abſenti nemo non nocuiſſe velit.* Nam Lucilii lib. Satyr. XVII. & Varronis Bimargo, & II. de vita po. Ro. M. Antonius Muretus in Catull. adnotauit.

*Præcepta retinebat officia*] Sic V. C. noſter: *præcepta* Lamb. pro, *ante accepta*; Græcis προλαμβάνειν, vt alibi ſæpe M. Tullius, & Virg. XI. Æneid. *Exultatque animis, & ſpes iam præcipit ante.* G

*Tandiu meminerat, quoad*] pro *quandiu*. Ciceronis hoc præceptum in Lælio: *Meminiſſe debet is in quem collatum eſt beneficium, non qui contulit.* Suprà Nepos: *Maximum exiſtimans quæſtum, memorem gratumque cognoſci.*

*Sui cuique mores fingũt Fortunam*] Elegans γνώμη. Inf. *Quantum poterimus, rerum exemplis lectores docebimus, ſicut ſuprà ſignificauimus, Suos cuique mores plerumq; conciliare fortunam.* Vt M. Tullio Nepotem familiariter, ſic & ſcriptis eius vſum apparet. Sic enim Paradox. V. *Fortuna ſicut ſapiens poeta dixit: Suis ea cuique fingitur moribus.* quod fortaſſe ex Plauto ſumptum in Trinummo: H

*Sapiens ipſe fingit fortunam ſibi.* Et lib. IX. epiſt. XII. *Odi hominem & odero. vtinam vlciſci poſſem, ſed illum vlciſcentur mores ſui.* Nonius Marcellus verſum illum Maronis explicans, lib. VI vocat, *De doctor. indagine, Sed miſera ante diem, ſubitoque accenſa furore*: Difficilis, inquit, intellectu, cũ huic ſententiæ aduerſetur verſus, I

*Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum.*

Verum non leuis eius ratio eſt, quæ prima ſententia philoſophica accipit intellectum, quæ ait, SVI CVIQVE MORES FORTVNAM FINGVNT; omnipotens Fortuna eſſe definit: quod Salluſtius mire: *Fortuna ſimul cum moribus immutatur*: ac per hoc ex ea ſimilitudine iam Fatum ineluctabile eſſe non poterit, quod ex vna cauſſa Fortuna fieri K videatur & Fatum &c. Non diſſimile illud Iuuen. Sat. X. extr.

*Nullum numen abeſt ſi ſit Prudentia, ſed te*

*Nos facimus Fortuna Deum, cæloq; locamus.*

Eadem Satyra XIV. Sed & alia memoria repeto. Præter Criſpi enim illum locum, en tibi & Liuii lib. XXXIX. de M. Catone: *In hoc viro tanta vis animi ingeniique fuit, vt quocunque loco natus eſſet, Fortunam ſibi ipſe facturus videretur.* Et Macrobius lib. I. cap. XI. de ſeruorum Fortuna: *Sibi quiſque dat mores, conditionem caſus aſſignat.* Huc pertinet & tota D. Io. Chryſoſtomi Homelia in illud, L *Nemo læditur niſi à ſeipſo.*

*Cum vxore*] Contra Mæcenas, homo natura iracundus, cum vxore Terentia, leuibus febriculis ſæpe litigabat, poſtque in gratiam redibat. Hinc lepide Seneca lib. *de Diuina Prouidentia*; Illum quotidiana repudia defleuiſſe; & epiſt. CXV. Millies vnam vxorem duxiſſe: vide l. *Vir.* LXIV. D. de M donat. inter vir. & vxorem.

*Ne qua in re plecteretur*] Fit neſcio quomodò, vt hic conſpirent libri: ſcriptus cod. *ne qua in re iure plecteretur*; præterquam quod in editis afuit *in* præpoſitio: ſed illud *iure*, ex præcedenti *in re* cuſa vox ſit, an ab aliis *ni iure* non iure omiſſa ſit, non facile dixero.

*Nullius conditionis*] pro, coniugii. Hinc vſitatum illud *conditiones quærere.*

*Præoptaretq;*] Sic V. lib. & *dilegeret* non *deligeret* vt & Feſtus ſcrib. docet. Impreſſi aliquot *peroptaretque*, & ſtatim *generoſam* pro *generoſarum.*

*Reip. C.*] Illud *conſtituendæ* ſignum afuit à ſcri-

A ptis libris, forte quod singlis & scriberetur & cuderetur III. Viri. R. P. C. vt ex nummis antiquis copiose hoc loco docet Lambinus Monstroliensis, vir accuratæ diligentiæ. Supra paullo hoc ordine in m.s. *non est enim cœlandum*: Et vetustissime *afuit*, multo & concinnius, & venustius, præferebant membranæ, quam libri vulgares *abfuit*.

*Sub ipsam proscriptionem*] Sic Lamb. Alii *sub ipsa proscriptione*. auferendi casu.

*Qui complures annos st. d. Phil. habitabat*] Vul-B garem hanc & priscam lectionem confirmat: Leui tamẽ commutatione tentabam, *qui cum plures annos st. d. Ph. habitarat.* Vt *cum eo* addere nihil sit necesse. Lamb. *Athenis habitabat* audaci coniectura adiecit.

*Quantum res gerebantur*] Horat. epist. xvii. lib. i.

*Res gerere, & captos ostendere ciuibus hostes*
*Attingit solium Iouis, & cœlestia tentat.*

& Persius:

*Rem populi tractas —*

C Martialis lib. viii. de Domitiano:

*Posse Deum rebus pariter, Musisq. vacare*
*Scimus. —*

Cicero i. Offic. *Quæ omnes artes* (Geometria, Dialectica, & ius ciuile) *in veri inuestigatione versatur: cuius studio à rebus gerendis abduci contra officium est.* Hinc *Dictator rei gerundæ* Romę creari dicebatur.

*Safeius fieret certior*] *Saufeus* in membranis recte: sed *fieret clarior* non recte, vt non vsquequaque iis fidendum sit: Mox tamen *Calidium* appel-D lant, melius quam editi. Saufeius Epicureæ sectæ Philosophus, in qua hæresi fuit & Atticus, lib. iv. epist. vi. & lib. v. epist. xix. & epist. i. lib. vii. Et lib. xiii. ad Famil. epist. i.

*Catulliq. mortem*] quod hic & alibi Nepos honorifice Catullum appellasset, Hendecasyllaborũ ei opus, ad memoriam hominum sempiternam, dedicauit. In cuius poëmatis & *Mamurra* præfectus fabrûm Cæsaris proscinditur, & forte hic P. Volumnius. De illo Sueton. lib. i. cap. lxxiii.
E Et hic fortasse locus est, quo celebratum se Catullus à Nepote in Chronicis existimabat:

*— namq. tu solebas*
*Meas esse aliquid putare nugas.*
*Iam tum cum ausus es vnus Italorum*
*Omne æuum tribus explicare chartis.*

*Nemo minus emax*] Hactenus de publica vita, nunc de priuata: quarum illa ad πολιτικὴν, hęc ad οἰκονομικὴν Philosophiam pertinet. Catonis est pręceptum, magis vendacem quam emacem oporte-F re esse agricolã & patremfamilias. Plinius l. xviii. c. v. Et Cic. Paradoxo vi. *Non esse emacem, vectigal est.* Sup. v. lib. *Neq. vere ille vir* & afuit *minus* ab vtroque scripto, nostro, & Gifanii. sitque concise dictum: vt *solum*, *tantum* vel id genus aliud exaudiatur: vel ea forma, qua *non modo* pro *non modo non* sæpe M. Tullius; & Tibullus. Legendus M. Antonius Muretus Variarum lectionum lib. x. cap vii.

*Minus ædificator*] Epigramma Græcum, libr. Ἀνθολογίας.

Σώματα πολλὰ τρέφειν, καὶ δώματα πόλλ' ἀνεγείρειν
Ἀτραπὸς εἰς πενίην ἐστὶν ἑτοιμοτάτη.

Th. Morus: G

*Multas ædificare domos, & pascere multos,*
*Est ad pauperiem semita recta viris.*

*Domum habuit in colle Quirinali Cæcilianam*] *in valle* scriptus liber. P. Victor in vi. regione statim post templum Quirini, collocat *ædes Attici*: & Cic. i. de legib. idemque iuxta *Salutis ædes* lib. iv. epist. i. Et lib. xii. epist. xlv. vicinum Cæsarem vocat: cuius statua in Quirini templo posita. Dion lib. xliii. quo in loco ædes salutis, *Salutis augurium* dicta. H

*Tamphilianam*, quinque syllabis scriptam vidi, vidit & Manutius qui *Cæcilianam* à glossa esse putat; quam *Tamphilanam* quattuor, à Tamphilo Romano, appellat Lambinus: nam *Pamphilianã*, quæ in vulg. legitur, haud scio an in pomeriis vrbis Romæ vnquam visa, audita ve, domus est.

*Tectum plus salis, quam sumptus*] hoc est, tecti architectura, plus artis, venustatis, & elegantiæ, quam sumptus habebat. Sal enim condimentum omnium. Refertur ad lepores dicendi. Catullus I de carminibus:

*Qui tum denique habent salem, ac leporem,*

Et Martialis lib. vi. epig. 44.

*Festiue credis te, ( alliodore, iocari,*
*Et solum multo permaduisse sale.*

*Tectum plus salis*] Viues ibidẽ interpretatur de gratia ac venustate ædium, quę per salem plerumque significatur.

*Anagnostæ optimi*] Habebat & Plinius maior, qui super cœnam legebat librum, & quidem cur-K sim. Ad latus vero notarius cum libro, & pugillaribus. Plinius sororis eius F. lib. iii. epist v. Inf. *Nemo in conuiuio eius aliud ἀκρόαμα audiuit quam anagnosten*, vbi corrupte scriptum erat *agonasten* in libro, cetera bonæ fidei.

*Plurimi librarii*] Tres nominat Cicero, lib. xiii. epist. xliv, *Pharnacem*, *Antæum, & Saluium*; Amanuenses & anagnostas hos colligere licuit. A studiis & ab epistolis *Alexium* nominat lib. v. epist. xx. & lib. vii. epist. ii. & lib xvi. epist. xv. *Athamam*, *& Alexium* amanuenses, lib. xii. epist. L xi: & alterum epist. ii. lib. vii. *Antiochum & Thallumetum* litteratos nominat, lib. xiii. epist. xxxiii. & lib. v. epist. xii. De *Eutychide* quem manu misit, epist. xv. lib. iv. De *Nicanore* lib. v. epist. iii. & li. vi. epist. ii.

*Vtrumque horum*] *Vtrum horum* V. lib. & mox *adprime*, & *desyderat* per y scribebat. Corrupte vero post: *non imperantur*, pro *non intemperanter*.

*Et potius diligentia*] *potius* afuit ab optimis illis M mẽbranis: quam germanam Nepotis lectioné esse iurare liquet. *potius* enim, vt Græci μᾶλλον, eleganter exaudiebant. Quæ res Dion. Lambinum turbauit, vt in Datami Corn. Nepotis locum glossemate de suo fœdaret, quod & se fecisse gloriatur. Sic enim ille: *Hæc etsi Autophradates videbat, satius tamen statuit congredi, quam cum tantis copiis refugere, aut tamdiu vno loco sedere.* In veteri, quo vsus sum. *Satius* recte afuit, à Lamb. temere intrusum. vide quæ sup. annotaui hac ipsa pag. *Neq. vero minus.*

*Elegans non magnificus*] *Elegans homo*, ad ætatem Catonis,

A Catonis, non in laude ſed vitio ponebatur. Sic e-
nim ille, lib. de ſæculi ſui moribus: *Auaritiam
omnia vitia habere putabant: ſumptuoſus, cupidus,
elegans, vitioſus, irritus qui habebatur, is laudabatur.*
Vbi *Elegans* qui nimis læto amœnoque cultu vi
ctuque eſſet: Poſt in laudem vertit vt hoc ipſo lo-
co. Lege Agellium lib x. Noct. Attic. cap. II. & ſi
vacat, ſcriptorem inelegantem, & ferreum, Io.
Bapt. Pium Annotat. poſterior. cap. VIII.

*Non affluentem*] Conieceram leg. *affluentiam*,
B cum poſt opinionem meam à veteri libro, & Lam-
bino confirmari gauiſus ſum. Sup. paullo, quod *à
plurimis videas* ſcriptum vidi.

*In neutram partem*] *nimius* addit Lamb. quod
in V.C. non comparet. Sim. Boſius vir doctiſſ. ex-
ponebat, *vt neque modica conſpici poſſet, neque mul-
ta, ſed mediocris.* Ego vero in m.ſ. ſic repperi: *Su-
pellex modica non multa, vt in neutram partem con-
ſpici poſſet*: qua interpunctione, video facilem lo-
cum: vt mediocris ſupellex fuerit, neque plus æ-
C quo, neque minus quam oporteret: vt *multa*, &
ad exſuperantiam, & ad defectum pertineat: ſed
hæc coniectura duntaxat mea.

*Vt in neutram partem conſpici poſſet*] Lamb. ſin-
cera hæc non eſſe exiſtimat. Equidem expunge-
re aut obliterare non ſum auſus, quod & in Giſa-
nii libro ſcripta compareant.

*Nec hoc præterito*] ſic editiones aliquot. Mox:
*in domum inuitaret*: *in* afuit à m.ſ. noſtro, & mea
quidem ſententia, venuſtius, & rectius.

D *Aliud ἀκρόαμα*] Vide Plutarch. Sympoſ. Ma-
crob. & Athenæum. Manutius recte, quod ſequa-
tur *anagnoſtes*, pro eo qui recitat; non pro re quæ
recitatur, exponit: vt Cic. pro Sextio: *Non ſolum
ſpectator, ſed actor & acroama.* Idem *æris* ſup. paul-
lo, delendum putat, vt maior ſumma exſurgat.

*Non minus animo, quam ventre*] Sic de Platonis
cœna Timotheus, homo clarus Athenis, & prin-
ceps ciuitatis, cum vidiſſet eum poſtridie: *Veſtræ*,
inquit, *cœnæ, non ſolum in præſenti ſed etiam poſtero
E die iucundæ ſunt.* Cicero V. Tuſculana, & De-
moſth. orat. περὶ συνταξεως. *Cœnatum*, vt id per vi-
am moneam, quia quidam his impenſius delectá-
tur, per *œ* ſcriptum repperi: quaſi ἀπὸ τοῦ κοινοῦ. nam
alii *cena*, abſque diphthongo malunt. M. Tullius
*Conuiuium* à conuiuendo deriuaſſe videtur. Sic e-
nim Cato Maior: *Neque ipſorum conuiuiorum de-
lectationem voluptatibus corporis magis, quam cœtu
amicorum, & ſermonibus metiebar. Bene enim
maiores accubationem epularem amicorum, quia vi-
F ta coniunctionem haberet, Conuiuium nominarunt;
melius quam Græci, qui hoc idem Compotationẽ, tum
Concenationem, vocant.* Sic & lib. IX. ad Familiar. &
Macrob. lib. I. Saturnal.

*In* HS *vicies* — HS *centies*] Vtrobique *ſeſter-
tio* integre ſcriptus cod. forte pro *ſeſtertiorum*. In
illo ſexaginta millia aureorum hodie computan-
tur: in hoc trecenta millia aureorum.

*Pariq; faſtigio*] Hinc animi eius moderationem
& æquitatem notam ſibi prædicat M. Tullius in
Catone, quem illi dedicat, initio: ingenuitatem,
animique magnitudinem, lib I. epiſt. XVII. *Habuit*
pro *habuerit* editi libri: & *redditus* duplici dd mem-
branæ, quod vt probarem, nondum adduci potui. G

*Præter Ardeatinum*] *Arretinum*, liber cala-
mo exaratus diſertim. Habuit & in *Theſprotia*
poſſeſſiones, vt colligo ex epiſt. III. lib. VI. ad At-
tic.

*In Epiroticis*] Lib. I. epiſt. V. *Epiroticam emptio-
nem gaudeo tibi placere* &c.

*Vſum eum pecuniæ*] Hoc ordine vet. lib. Supra:
*Tantum afuit à cupiditate pecuniæ, vt nulla in re v-
ſus ſit ea, niſi in deprecandis amicorum aut periculis,
aut incommodis.* H

*Mendacium neque dicebat*] Magna Veritatis
vis eſt in omnem partem. Herodotus à quincto
ætatis anno vſque ad viceſimum Perſarum pueros
hæc tria tantum didiciſſe refert, equitare, iaculari,
& verum dicere: idemque ait nihil à Perſis men-
dacio turpius iudicatum. Et Pythagoras nulla re
propius accedere homines ad Deos quam veri-
tate.

*Comitas non ſine ſeueritate, neque grauitas ſine fa-
cilitate*] Sic & M. Tullius hæc inter ſe comparat in I
Mureniana: *Si illius comitatem facilitatemque tuæ
grauitati ſeueritatique aſperſeris.* Et in Lælio: *A-
micitiæ ad omnem comitatem facilitatemque procli-
uior.* In Oratore: *Quid tam diſtans, quam à ſeueri-
tate comitas?* In Bruto: *Scæuulæ multa in ſeuerita-
te non deerat comitas.* Ad Q. fratrem: *Summa gra-
uitas cum ſingulari comitate coniuncta.* Et, *Hæc illi-
us ſeueritas acerba videretur, niſi multis condimentis
humanitatis mitigaretur.* Et ad Cornificium lib.
XII. epiſt. de Sex. Aufidio: *Eſt ita temperatis mode- K
ratiſque moribus, vt ſumma ſeueritas cum humani-
tate iungatur.* Idem Grauitatem Comitati ἀντίθη-
σι, in Catone maiore. *Ego,* (inquit Cato) *Q. Ma-
ximum, eum qui Tarentum recepit, ſenem adoleſcens
ita dilexi, vt æqualem. Erat enim in illo comitate cõ-
dita grauitas.* Et in Theodoſio Aurel. Victor:
*Miſcere colloquia: ſermone cum grauitate iocundo.*

*Magis vererentur, an amarent*] *quam amarent*
ſcriptum vidi. Reuerenter enim amandum, vt & L
verearis, & ames.

*Quod ſemel admiſiſſet*] Priſca lectio *annuiſſet*,
quam probo: eamque in Giſanii libro exſtare af-
firmat Manutius.

*Nuſquam ſuſcepti*] Vetuſtus liber *numquam*:
quomodo & Lambino leg. videbatur.

*Exiſtimationem agi putabat*] Sic in Lælio M.
Tullius: *Vt etiam ſi qua fortuna acciderit, vt minus
iuſtæ amicorum voluntates ſunt adiuuandæ, in quibus
eorum aut caput agatur, aut fama, declinandum ſit
de via.* Sic enim in melioris notæ libris ſcriptum M
vidi, atque legit Agellius lib. I. cap. III. non vt in
vulgus editum; *aut de capite agatur, aut de fama.* I-
dem Papirio Pæto, lib. IX. epiſt. ad famil. *Priuatas
cauſſas & eas tenues agimus ſubtilius, capitis aut fa-
mæ ſcilicet, ornatius.* Et pro Cæcinna: *Agitur ius
ciuitatis, bona, fortunæ omnium ciuium.* Sic auctor
de Viris illuſtr. in Ti. Graccho: *Tulit, vt ea fami-
lia, quæ de Attali hereditate erat, ageretur.* Et Te-
rent. in Heautont. *Nõ nunc pecunia agitur.* Quod
in Phorm. act. IV. ſcen. III. *Non capitis res agitur,
ſed pecuniæ.*

*Vt omnia Ciceronem*] Scriptus cod. mendoſe; vt

*non Ciceronem Catonis, M. q. Hortensii Auli Torquati.* In Gifaniano, *Catonis Marci, Q. Hortensii.* & sæpe vett. cognomen nomini præposuere, vt inf. non longe *Marcelli Claudii, Scipionis Cornelii,* & *Nepos Cornelius*, apud Plinium aliquoties. Sed illud *non* ex *omnia* corrupte exscriptum ab oscitante librario. Ant. Augustinus leg. primus docuit: *vt omnia Ciceronum, Marcique Catonis Q. Hortensii.* nam enclitica *que* facta, ob scripturæ, vt solet, similitudinem, ex illo Q. prænomine *Hortensii.* Editi plerique, *vt omnia Ciceronis Catonis Marcique Hortensii*, vitiose. Lamb. vero sic: *M. & Q. Ciceronum, Catonis, Hortensii*: sed ea, quam excudendam curaui, Sim. Bosio, viro eruditiss. non displicet.

*Non inertia, sed iudicio*] Epist. XVII. lib. I. *Neque ego inter me, atque te, quidquam interesse vnquam duxi præter voluntatem institutæ vitæ: quod me ambitio quædam ad honorum studium; te autem alia minime reprehendenda ratio ad honestum otium duxit. Vera quidem laude probitatis, diligentiæ, religionis, neque me tibi, neque quemquam antepono.*

*Seni Sullæ, adolescenti M. Bruto*] Sup. aliquoties.

*Vt ne frater quidem Quinctus*] & ne Quincti quidem affinitas tantum in amore momenti apud Atticum quantum similitudo morum Ciceronis habeat. Supra. Cicero tamen secundas illi à fratre in amando tribuit, lib. I. epist. XVII.

*Sedecim volumina*] Nescio quid causæ est cur in scripto nostro, editisque plurimis *vndecim* diserte legatur: etiam in ora M. s. adnotatum vidi: vt constantiam miretis, cum *sedecim* hodie circumferantur. *Volumina* vocat, quod olim circumuolui solent quæ in charta, membrana, aut scripto codice haberentur. *Volumina* quoque Plinius auunculus libros suos de Naturali historia appellat.

*Desideret historiam*] *desiderat* M s. & *illorum temporum.*

*Aemulationibus Reip. perscripta sunt*] Vetus liber meus & Gifanii, *Mutationibus Reip. scripta*: alterum amplectitur & Lambinus.

*Prudentiam quodammodo diuinationem*] V. C. *quomodo*, vt alibi in Nepote seu Æmilio Probo. Sup. *Cum ille potius diuinus fuerit, si diuinatio appellanda est, perpetua naturalis bonitas, quæ nullis casibus augetur, neque minuitur.*

*Cicero futura prædixit, vt vates*] Pauca de multis exempla collegi augurii, & vaticinii Ciceronis. li. VIII. epist. XI. προθεσπίζω, *noster Attice, non ariolans, vt illa, cui nemo credidit* (Cassandra scilicet) *sed coniectura prospiciens.*

*Iamque mari magno —*

*non multo inquam secus possum vaticinari: Tanta malorum impendet* Ἰλιάς. Et libro octauo, epistola tertia: *Et à me est (tute scis) propter suspicionem huius impendentis tempestatis multo ante prouisum.* Et epist. XII. *Scripseram eas litteras, quarum vaticinationem falsam esse cupio.* Et lib. X. epist. VIII. *Et tamen, mi Attice, auguria quoque me incitant, quadam spe non dubia, non hæc collegii nostri ab Attio, sed illa Platonis de Tyrannis.* &c. & statim: *Nos tamen hoc confirmamus illo augurio, quo diximus; nec nos fallit, nec aliter accidet. Corruat iste necesse est* &c. Idem epistola ad Licinium Caluum apud Nonium: *Præsentit animus, atque augurat quodammodo, quæ futura sit suauitas.* Alibi sæpe, quæ non vacat colligere.

*Hoc ipsum vere*] *vero* est in V. C. Mox *cum esset* afuit ab eodem. Lamb. vero addit, *cum esset ipse.* Post non longe *in ætate* in eodem scr. cum Gifaniano, desideratur; & sane ad sensum non admodum necessarium.

*Omnes ei paremus*] Propertius:

*Naturæ sequimur semina quisque suæ.*

Naturam optimam esse viuendi ducem, vbiq; inculcat Cicero: vt loca exscribere pigeat, ad calcem festinantem.

*Percepta habuerat*] *habuit* scripta lectio, & *iis* pro *his*. Epicuri autem sectam secutus Atticus est, vt supra admonui.

*Non ad ostentationem*] vt barbatenus Philosophi: Vide quæ in epistolas Nepotis sup. annotauimus.

*Moris autem antiquitatisq;*] Ennius apud Cic. V. de Rep.

*Moribus antiquis res stat Romana virisque.*

Lege D. Augustin. lib. II. cap. XXI. Ciuitatis Dei. Hinc de antiquitate ab eo Cæsar quotidie requirebat. Inf.

*Illustris est populo Ro.*] *populi R.* Gifanii cod. & editi plerique. Cicero in Oratore: *Cognoscat Orator, rerum gestarum & memoriæ veteris ordinem, maxime scilicet nostræ ciuitatis: sed & imperiosorum populorum, & regum illustrium: quem laborem nobis Attici nostri leuauit labor, qui conseruatis notatisque temporibus, nihil cum illustre prætermitteret, annorum septingentorum memoriam vnico libro colligauit. Nescire autem quid antequam natus sis, acciderit, id est semper esse puerum.* Nec DCC. tantum annorum, sed & Virorum totidem historiam colligasse ex Plinii lib. XXXV. patebit infr. Et in Bruto multa. quibus subiungit: *Eam vtilitatem habuit Attici liber, quam requirebam, vt explicatis ordinibus temporum, vno in conspectu omnia viderem.* Et ibidem post paullo ex Attici persona: *Eisque nosmet ipsi ad veterum Annalium* (sic enim Manutius legit) *memoriam comprehendendam impulsi, atq; accensi sumus.* Ac Ciceroni eum misisse, ex proœmio de Claris oratoribus paret. Ibidem: *Omnium rerum memoriam Atticus breuiter, & perdiligenter complexus est.* Meminit & Cicero epist XXIII. lib. XII. ad Atticum. & Asconius Pedianus in Pisonianam: *Tradunt & Antiochi regis filio obsidi domum publice ædificatam: inter quos Atticus in Annalibus.*

*Familiarum originem*] quæ γενεαλογία Græcis dicitur. Vt nuper Fuluius Vrsinus Ro. de patria bene meritus, & Richardus Streinius Austriacus, & Reinerus Reineccius Germani; de *Familiis* accurate scripsere: at nemo eorum, quos quidem viderim, audierim, Familiarum Rom. omnisque Antiquitatis doctior Ant. Augustino Archiepisc. Tarracon.

*Fecit hoc idem*] *quidem* in vulgatis impressum.

*De Fabiorum & Æmiliorum*] abest *de* à scripto, etiam Gifanii, additque *& Æmiliorum quoq;*

Lam-

A Lambinus vero de ſuo, vt puto, adiecit *de Corneliorum, & Fabiorum, & Aemiliorum.* Videtur hic aliquid exaudiendum, *ſtirpe, origine,* vel quid ſimile.

*Qui aliquam cupiditatem* ] Plinius libro xxxv. capite ſecundo: *Maius, vt arbitror, nullum eſt felicitatis ſpecimen, quam ſemper omnes ſcire cupere, qualis fuerit aliquis.*

*Attigit quoque Poëticen* ] *Poeticam* Ve.lib. & τὸ *eius* afuit.

B *Rerum geſtarum* ] *rerumque geſtarum* idem codex. Plinius lib.xxxv. cap.II. *Imaginum amorem flagraſſe quondam, teſtes ſunt & Atticus ille (Ciceronis, edito de his volumine, & M. Varro, benigniſſimo inuento, inſertis voluminum ſuorum fœcunditati, non nominibus tantum ſeptingentorum illuſtrium, ſed & aliquo modo imaginibus.* Vide quæ inf.in Elogia notaui. Seruius in Virgil. *Varronem* quoque familias Troianorum explicaſſe, D. vero Auguſtinus Deorum γενεαλογίας, auctor eſt. Sup. C Nepos: *Et quod difficilimum fuit, ſic familiarum originem ſubtexuit, vt ex eo clarorum virorum propagines poſſemus cognoſcere.* Meſſala quoque Coruinus, iam ſenex volumina de Familiis condidit, vt meminit ibidem Plinius. Et Hyginus Auguſti Cæſaris libertus li. II.de ſignis cœleſtibus, Genealogiarum libros ſuos nominat. De *Papiria gente* quædam Cic. epiſt. ad famil.libro IX. epiſt.XI. De *Portia* & apud Agellium XIII.cap.XVIII.ex M.Tullii Catone minore.

D *Græce confectus de Conſulatu Ciceronis* ] De quo Cicero lib.II.epiſt.I. *Puer tuus mihi litteras abs te, & Commentarium Conſulatus mei Græce ſcriptum reddidit: in quo lætatus ſum, aliquanto ante de iiſdem rebus, Græce item ſcriptum librum L. Coſſinio ad te perferendum dediſſe. nam ſi ego tuum ante legiſſem, furatum me abs te diceres: quanquam tua illa horridula atque incompta viſa ſunt: ſed tamen erant* &c. Scripſerat & Herodes eadem de re, ſed quæ Ciceronis in Conſulatu pręclare facta obſcurarét E potius, quam illuſtrarent: li.II.ep.II. *Atticus* etiã quæ minus probabat in Ciceronis libris, ea notare miniata cera ſolitus erat li.xv.epiſt.XIV. & libro XVI. epiſt.XI. Nec Bruto omnia probare potuit, quæ *de Oratore* conſcripſerat. De qua cera Ang. Politianus Miſcell.cap.LIII.

*Edita à nobis ſunt* ] *Edita hac à nobis ſunt.* Lamb. & *potuerimus* vulg.codd.habent non *poterimus*, vt vetuſtus lib.

*Diui Iulii filii* ] Vetuſtus cod. calamo exaratus F conciſe, *Diui filii*: eleganter, & venuſte: addit & calculum Gifanii liber, quem Manutius inſpexit. Sic enim in Lapid.innumeris, & nummis antiquis, in Triumuiratu cuſis, quales plurimos videre memini, legitur:

IMP. CÆSAR DIVI F. III. VIR ITER. R. P. C.

Apud Ant. Auguſtinum aureum nummum vidi qui lucem adferet Suetonio capite LXIIII. libri II, IMP. CÆS. DIVI. F. AVGVSTVS: Et in auerſa parte hic titulus: C. L. CÆSARES. AVGVSTI. F. COS. DESIG. PRINC. IVVENT. Item æreum apud eundem, duobus capitibus, quod rarum eſt, G ſignatum: in vno latere DIVOS IVLIVS præferebat; in altero DIVI F. AVG. *Diuos* autem pro *diuus* vett.dicebant, idque quoties eadem littera repetebatur, vt & *Dauos* pro *Dauus*. Eſt & penes me ęreus denarius Octauiani imagine & titulo; AVG. DIVI F. in auerſa parte Tutulus eſt, ſeu albogalerus; pileum Flaminis, vt & fila oſtendunt: eſt & Seceſpita, ſeu ſecuris, & aſperſorium, cui Simpulum vel Sympuuium ſubiacet, vt in Pontificatu Auguſti Cæſaris in municipio cuſus H eſſe videatur. Sic autem legebatur: C. VAR. RVF. SEX. IVL. POL. II. VIR. Q. id eſt, *Caius Varius Rufus, Sextus Iulius Pollio, Duumuiri Quinquennales.* Seruius in illud Virg. VIII. Æneid. *Diuum genus*: *Diui* legiſſe quoſdam refert; recte mea quidẽ ſententia, idq; cum apotheoſi in Deos relati eſſent. Et ſic fere Græcorum natio, etiam in poſterioribus Impp. vt Dion, & ex Dione Xiphilinus & Ælianus de acie inſtruenda ad Adrianum Aug. Neruæ F. Αὐτόκρατορ Καῖσαρ υἱὲ θεοῦ Ἀδριανὲ σεβαστέ. *Imperator Cæſar, Diui fili, A-* I *driane Auguſte.* Sic & Tiberio Valerius Maximus, & Domitiano Martialis adulantur: vt Iulii & Auguſti more, *Diuos*, monſtra illa & portenta, etiam viuos adhuc, appellarint. Vitruuius præfat. librorum de Architectura ad Auguſtum: *Cum concilium cœleſtium in ſedibus immortalitatis parentem tuum dedicauiſſet, & imperium eius in tuam poteſtatem tranſtuliſſet.* &c.

*Elegantia vitæ* ] Sup. *Elegans*; *non magnificus*: *ſplendidus; non ſumptuoſus.* Deinde *humiliores* le- K git ſcript.cod. & vulgati.

*Tanta proſperitas Cæſarem* ] quorſum de Cæſaris felicitate in Vita Attici? Non ignoro in Cæſarum inaugurationibus iam inde ab exceſſu Traiani optimi Principis acclamari ſolitum; *Sis fortior Cæſare, felicior Auguſto, melior Traiano.* Verum priſcam lectionem facere non poſſum, quin laudem: *Tanta enim proſperitas Cæſarum eum eſt conſecuta.* Quam lectionem confirmat & Gifanii M. ſ. vt ad Atticum pertineat, quem L ſingularis Principium fauor eſt proſecutus, vt nemini eſſet æqualium inferior, ſed magis beatus. Mox idem liber: *quam ciuis*, non *quod*: vt ad eandem proſperitatem referatur.

*Nata eſt autem Attico* ] Hoc ordine ſcr.cod. & *collocarat* vterque ſcriptus, & in Claudio *Tiberii* prænomen afuit. Mox pro *ſanxit, confirmauit, ſtabiliuit*: Lamb. *auxit* leg.putabat. Suetonius in Tiberio capite ſeptimo: *Agrippinam M. Agrippa genitam, neptem Pomponii Attici ad* M *quem ſunt Ciceronis epiſtulæ, duxit vxorem, ſublatoque ex ea filio Druſo*, &c. & in Octauio capite LXV.

*Ab vrbe abeſſet* ] *ab vrbe eſſet.* V. C. & mox ſic interpungit: *quid ageret inprimis*: *quid legeret.* Deinceps *ſed etiam cum eſſet in vrbe.*

*Nulla dies temerè* ] editi *tamen temere.* M.S. vero *Nulla dies tamen interceſſit. Temere*, pro fere, vt Cic.epiſtola prima ad Q.Fratrem: *Qui hoc non in beneficii loco, ſed in laboris ac muneris non temere niſi liberis ſuis deferebant.* & Fabius lib.I. capite III.

A *Illud ingeniorum velut præcox genus non temere vmquam ad frugem peruenit.* Dion. Lamb. pro *quo aliquid*, *modo aliquid* reponebat. Non damno interim priſcam ſcripturam: *quo non aliquid de antiq. ab eo requireret, modo aliquam ei quæſtionem poeticam proponeret.*

*Verboſiores diceret epiſt.*] vt Cicero quoque ab Attico lib. XVI. epiſt. XI.

*Cum ædes Iouis Feretrii*] Scripta lectio: *Cum ædis Iouis Feretrii in Capitolio ab Romulo conſtitutæ* B *vetuſtate atque incuria tecta prolaberentur.* Quam ita probo, vt vulgatam non reiiciam. Amplius tamen eſt, collapſis tantum tectis, non integro ædificio vitium faciente, Attici ſuaſu, à Cæſare templum Iouis ſartum tectum inſtauratum: quod in hoc quam illo, neceſſitas reficiendi maior incumbat.

*Ex vltimis terris*] Ex Ægypto. Vetuſtus cod. C *Exultum iis terris* præfert. & ſup. *ab M. Antonio*: quæ vtraque olim Lamb. repræſentauit, accepta, ni fallor, à Pe. Pithœo I. C. inſigni. Quidam etiam libri *exſul cum litteris*. Sup. *Hoſtis Antonius iudicatus, Italia ceſſerat: ſpes reſtituendi nulla erat.*

*Quid ageret, quid*] Sic eædem membranæ: *quid ageret, curæ ſibi haberet certiorem facere Atticum*, diuerſo longe ſenſu.

D *Intercedere neceſſe*] *incidere* ſcriptura vetus, quo modo & Lamb. Mox corrige: *cum ſe vterque*, quod ego vitio operarum mendam natum ſuſpicor: & *Vrbis Romæ* melius in iiſdem membranis, quam, quod in editis circumfertur, *Vrbis Romanæ.*

*Septem & ſeptuaginta*] qui eſt annus *Climactericus* hebdomadicus magnus, ducto ſeptenario in vndecim: Nam *climactericis* viros præſtantiſſimos exſtinctos veteres memoriæ monumentaque declarant. E In veteri tamen cod. *ſeptem & ſexaginta* duntaxat repperi, nato, vt fit, errore, ex ſingularibus numerorum notis additis, omiſſiſve. Supra anno *ſexto & ſexageſimo* matrem nonagenariam extulit: & bellum Cæſarianum exortum Nepos ait, ætatis Attici *ſexageſimo*, qui eſt V. C. IↃCCIV. Deceſſiſſe vero CN. Domitio L. F. CN. N. Aënobarbo, C. Soſio C. F. T. N. Coſſ. qui eſt annus IↃCCXXI. poſt Ro. condit. Natus itaque F Atticus anno DCXLIIII. triennio ante M. Tullium, cui & XI. annis ſuperſtes fuit.

*Viſus eſſet*] V. cod. *viſus eſt*, & *annos* XXX. non *annis.*

Τεινασμὸν] ſic & ſcrip. codex, ſed Latinis characteribus; alii *teneſmon*: vt & Giſanii cod. Manutius Τεινασμὸν vel Τεινεσμὸν, ἀπὸ τοῦ τείνεσθαι leg. arbitrabatur. Eſt autem *Tenaſmus* vel *Teneſmus* Corn. Celſo, libro quarto, Græce Τηνεσμὸς, cum frequens, ſed irrita deſidendi deiiciendique cupiditas eſt, cum inflammatione ac tumore ſedis, mucoſa & ſanguinolenta quædam egerentis. Plinius libro viceſimo octauo, capite nono: *ſuillum lac vtiliſſimum Teneſmo*: & alibi ſæpe. Et Scribonius Largus capite 142. *Teneſmus eſt irritatio vltimæ partis inteſtini directi, in quo ſæpius libet deſurgere ſine cauſſa.* *Deſurgere* autem, pro ire in ſeceſſum ad exonerandum aluum. G vt ex Gloſſario veteri explicat doctiſſ. Turnebus libro XVII. cap. XVII. Aduerſar.

*Fiſtula putris eruperit atque antea* &c.] Gif. cod. *fiſtulæ puris eruperit.* Totus hic locus ſic in noſtris membranis legitur: *fiſtulæ puris erumperet.* (& in ſpacio quod verſus dirimit *fiſtulæ poris erumperent*, alii *fiſtulæ pus erumperet*, alii *fiſtulæ putres eruperint*) *atque hoc priuſquam ei accideret poſtquam in dies dolores accreſcere.* Reliqua abſunt, H *antea quidem morbi diuturnitatem moleſte ferebat*, & vero à gloſſa huc intruſa ſemper ſuſpicatus ſum, idemque etiam Iacobo Suſio, viro doctiſſimo, placere audio: & Lambinum recte omiſiſſe video: pugnant enim cum iis, quæ non longo interuallo antecedunt: *Cum tres menſes, ſine vllis doloribus, præterquam quos ex curatione capiebat, conſumpſiſſet.*

*Febreſque acceſſiſſe*] *febremque* cum vulgaris I Lamb. & *arcerſi* & *arceſſi*, pro *accerſiri* vel *accerſi*, quod in vtroque ſcriptum vidi. Quare neſcio cur totiens Lambinus *Accerſere* Latinam eſſe vocem neget tam confidenter, & tantum *Arceſſere* in vtraque notione, & appellandi, & accuſandi, (Latinæ linguæ per ſe ſatis inopis, & anguſtæ terminos coartans) dici iubeat, contra omnem antiquitatem. Sed nunc non erat his locus. Mox *in cubitum innixus* lib. ſcriptus. De *Sex. Peduceo* K Attici familiari, vide Cic. epiſt. 1. lib. X. Poſt paullo pro *nihil opus eſt*, vterque codex ſcriptus, *nihil neceſſe*: ſed non in eo poſitæ fortunæ Græciæ, vt Demoſthenes dicere ſolebat.

*Me nihil reliqui feciſſe*] Lamb. neſcio an vett. librorum auctoritate, *nihil reliqui, quod ad ſanandum me pertineret.*

*Mihi ſtat*] Sic Cicero lib. IX. ad Varronem: L *Modo ſtet nobis illud, vna viuere in ſtudiis noſtris, à quibus antea delectationem modo petebamus, nunc vero etiam ſalutem.*

*Quicquid cibi*] *potioniſque* addit m. ſ. Ceterum *Producere vitam* quid ſit, explicatum à me exempliſque illuſtratum memini libro I. *Obſeruationum per Saturam.*

*Ex domo in domum vid. migrare*] Cato ille Ciceronianus multo rectius: *Ex hac vita diſcedo, tanquam ex hoſpitio, non tanquam ex domo: Commorandi enim Natura diuerſorium, non habitandi dedit.* M Digna Chriſtiano homine ſententia. Poſt paullo *me ad id*, τὸ *ad* delet Lambin. contra libros priſcos.

*Obſtinatione depreſſit*] Lamb. *compreſſit* coniiciebat leg.

*Leniorque morbus*] Hæc omnia vſque ad *elatus eſt* omiſſa ab oſcitante ſcriba, quòd, vt ſæpe accidere obſeruaui, *deceſſit* bis poſita vox eſt: Et à prima ad alteram gradu facto, media omitti ſæpe ſolere, facile mihi dabunt, qui libros vett. cum recens editis aliquando compararunt. Inedia autem, & cibi abſtinentia, etiam Silium Italicum, & Marcellinum, homines doctos, exſtinctos accepimus. Et Hegeſiæ liber eſt ἀποκαρτερῶν: quo vita quidam per inediā diſcedens, reuocatur ab amicis. Cic. 1. Tuſc.

Sepul-

A *Sepultus est iuxta viam Appiam*] Quæ ſepulcris nobilis teſte in Miloniana Tullio, in qua & Seuerus conditus teſte Lampridio, & Galienus Imp. vt auctor Victor noſter. De ſepulcrorum autem viis diſertè Ioannes Kirchmannus de funeribus Rom capite XXII. libro II. & capite XX. cadauera extra Vrbem lata, quo de & Hieron. Magius in Dione Æmilii Probi diſſeruit.

*Ad quinctum lapidem*] Nam in Vrbe Rom. ſepeliri nefas; & iam inde à X. Viris lege XII. veterum: B quæ his verbis concepta apud Cic. eſt II. de legib. HOMINEM. MORTVVM. IN. VRBE. NE. SEPELITO. NEVE. VRITO. *Credo* (inquit Cicero) *vel propter ignis periculum.* Quod & Diui Hadrianus, & Diocletianus Augg. legibus cauerunt l. *Prætor ait.* D. *De Sepulc. viol.* & l. *Mortuorum.* C. *De religioſ. & ſumpt. funer.* qua de re docte, vt omnia Ant. Auguſtinus in duodecim Tabb. libro ſingulari de Legibus & S. C.tis quo omnium hactenus diligentiam indu- C ſtriamque ſuperauit: idemque in Feſt. Pompeium dict. *Noualis.* Via autem *Salaria* & *Latina*, Romæ ſepulchra fieri ſolita obſeruaui ex Iuuen. Sat. I.

*—experiar quid concedatur in illos,*
*Quorum Flaminia legitur cinis atque Latina.*

Et Satyr. V.

*Cliuoſæ veheris dum per monumenta Latinæ.*

Et ex Prudentio lib. I. contra Symmachum:

*Ecce deos Manes cur infitiaris haberi?*
D *Ipſa patrum monumenta probant:* DIS. MANIBVS. *illic*
*Marmora ſecta lego, quacumque Latina vetuſtas*
*Cuſtodit mores: denſiſque Salaria buſtis.*

*In monumento Q. Cæcilii*] cuius & hereditatem creuit ex dodrante, domumque habitauit, & ſepulcrum moriēs tenuit: quam & ÆTERNAM DOMVM vocari in vett. inſcriptionibus, litteratiſque lapidibus animaduertere licet.

## E IN FRAGMENTORVM INCERTA.

KAl. *Martiis*] quæ *Matronalia* dicebantur, eo quod mariti pro conſeruatione coniugii ſupplicabant, & erat dies proprie feſtus matronis. Sic Horatii Scholiaſtes in librum III. Carm. Oda VIII. Hinc Martialis eaſdem *Saturnalia muliebria* vocat, & Iuuenalis, Kal. Martias, *femineas.* Vide Feſtum, & Tibullum lib. III. & IV.

F *Temperius vt diſcumberet*] ſic edendum curaui, pro, maturius; licet in vulgus editi libri *Temporius* ferè præferant. O & E frequenter commutari ſolent, vt in *Reuorti, animaduorti, aduorſus*, & id genus alia, quæ poſt, in E conuerſa. Primum igitur *Temperi*, poſt, *Tempori*, vt Plautus Perſa, & Rudente. Et Nepotis æqualis Cicero, libro nono, epiſtola decima ſexta ad Papirium Pętum. Ouidius vero & Columella *Temporius* dixere, quod recentius eſt: illud antiquius. Sic & *Pigneri*, & *Pignori* dixiſſe veteres, auctor Priſcianus libro VIII. ſic legendum illud Iuuenalis li. III.

*— viginti millia fenus*
*Pigneribus poſitis, argenti vaſcula puri.*

Et Ouid. VII. Metam. G

*—quod das mihi, pigneror omen.*

hoc eſt, pigneri accipio. Ad eundem modum *Apellinem* & *Apollinem*; *forda bos*, pro, *ferda* dicebant, vt auctor Sex. Pompeius. Agrætius vero litterator hoc diſcrimen collocat: *Pignora* rerum; *pignera* liberorum, & affectionum. Legendum igitur in Prudentio libro I. aduerſus Symmachum:

*Inde puellarum ludibria, pignera, partus.*

*Primus omnium libertinorum*] Sic Terent. H

*Seruum hominem cauſſas orare, leges non ſinunt.*

Militare etiam ſerui prohibiti. Macrob. I. Saturn. capite vndecimo. Et Mamertinus Coſ. in ſuo ad Iulianum Panegyrico, queritur, Iuris ſcientiam ſic euiluiſſe, vt libertinorum hominum eſſe artificium diceretur. Et *artes liberales* dictæ, Martiano Capellæ, quòd libero, non ſeruili homine dignæ.

*Litteratos quidem*] Locus hic duplici mendo ſuſpectus eſt: nam quod in vulgatis Tranquilli le- I gitur, *Corn. Nepos in libello, quo diſtinguit litteratum ab erudito*: putabam *quodam* ſcripſiſſe: & ex compendio litterarum mendum natum: nec enim titulum libri tueri ea ἐπιγραφὴ poteſt; *Liber quo diſtinguitur litteratus ab erudito*: Apageſis cum iſtis ineptiis. Deinde ab interpunctione laborat; quod in hanc diem à nemine admonitum, quod ſciam, valde miror: ne quidem ab Ach. Stario Luſitano, & E. Vineto Gallo, qui Scholiis illuſtrarunt. Equidem ſic interpungebam: *Ce-* K *terum proprie ſic appell. poetarum interpretes, qui à Græcis Grammatici nominentur. Eoſdem litteratos*, (lego *litteratores*) *vocitatos Meſſala Coruinus in quadam epiſtola*: (repetendum ἀπὸ κοινοῦ, *ait*, aut ſimile quid exaudiendum) *Non eſſe ſibi dicens rem cum Furio Bibaculo, nec cum Sigida quidem, aut litteratore Catone: Significat enim haud dubie Valerium Catonem, poetam ſimul, Grammaticumque notiſſimum.* Memini Iacobum Bongarſium, qui cum Lutetiæ mihi omnia amicitiæ L iura communia, dum Iuſtinum, Trogi abbreuiatorem, quem nuper emendatiorem dedit, moliretur; Mediolanenſem mihi Suetonii cod. formulis centum ab hinc annis, & quod excurrit, excuſum oſtendere, in quo ita ſcriptum reppe-ri, *in quadam epiſtola ſcribit.* Quiſquis ille fuit, vidit locum corruptum: At quod contra libros ſcriptos de ſuo addidit, non probo. Agellius libro XVIII. cap. IX. in veteri m. ſ. Buslidiano apud Gul. Canterum Nouar. lect. libro decimo, capite ſex- M to: *Tum ex his qui aderant, alter litterator fuit, alter litteras ſciens, id eſt, alter docens, doctus alter.*

Et Catullus:

*Munus dat mihi Sulla litterator.*

Cicero quoque I. de Finibus: *Non ſatis politum iis artibus, quas qui tenent, eruditi appellantur.*

Qui vero hic *Sigida*, forte *Ticida* appellandus, de quo idem Tranquillus in Valerio Catone, vbi & Bibaculi meminit: quod & Turnebum animaduertiſſe video Aduerſar. libro decimotertio, capite vndecimo.

P 2

A *Præter Physicos*] Hinc sumpsit Plinius libro II. cap. LXVII. *Nepos*, inquit, *de Septentrionali circuitu tradit, Q. Metello Celeri, C. Afranii in Consulatu collegæ, sed tum Galliæ proconsuli, Indos à rege Suenorum dono datos, qui ex India commercii caussa nauigantes, tempestatibus essent in Germaniam abrepti.* Strabo vero Amasensis, nobilis ille Geographus, libro vndecimo, Herodoto in Melpomene, Heraclidi Pontico, Posidonio, e-B adem Cornelio Nepoti narrantibus, non credidit, quosdam ab India ad Gades vsque & Germaniæ littora nauigasse. De Oceani nauigatione, lege & Senecæ Rhetoris Suasoriam primam, cui titulum hunc de vet. codice libro primo Obseruat. per Saturam reddidimus: *Deliberat Alexander an Oceanum nauiget*: Quem Declamationum librum ob mendarum segetem insuper-habitum, antiquiss. libri ope emendatiorem propediem C dabimus, expletis etiam Græcis lacunis, vt ad eius lectionem omnes publico bono inuitentur.

*Eudoxus quidam*] Ibidem C. Plinius: *Nepos Cornelius auctor est, Eudoxum quendam sua ætate cum Lathyrum regem fugeret, Arabico sinu egressum, Gades vsque peruectum. Multoque ante eum Cœlius Antipater, vidisse se, qui nauigasset ex Hispania in Aethiopiam commercii* D *gratia.* Et Martianus Capella, Plinii æmulus, libro sexto, qui est de Geometria: *Cornelius auctor affirmat, quendam Eudoxum fugientem regis insidias ex Arabia in Gaditana peruenisse refugia. Cœlius Antipater se hominem vidisse confirmat, qui negotiationis ardore in Aethiopiam ex Hispania nauigasset. Idem Cornelius post captos Indos per Germaniam nauigauit.* Quæ postrema se corrupta clamant, leg. que recta interpunctione: E *Idem Cornelius post: captos Indos per Germaniam nauigauisse*: Truncata enim ex superioribus Plinii verbis exscripta quis non videt?

*Ab Heneto Paphlagones*] Solinus ex Plinio libro sexto, capite secundo: *Paphlagoniæ Henetos adiicit Nepos Cornelius, à quibus in Italia ortos cognomines eorum Venetos credi postulat.* Citat & Rodericus, Toletanus Archiepiscopus, libro primo Chronicorum Hispaniæ, capite secundo, for-F te ex D. Isidoro, quem fere sequitur. Terentianus Maurus:

> *Quos Homerus dixit* Ἑνετοὺς, *ille Venetos autumat.*

*Melpum*] Sunt qui putent esse *Meleinum* municipium nobile & ditissimum: estque in Orbiis, de quibus multa Zanchius Bergomas ad Petrum Betulium, & Gaudentius Merula lib. I. Antiquit. Galliæ Cisalpinæ cap. IX.

*Quo die Camillus Veios*] De die nondum in Fastis aut Diariis comperi: annus est in iis Tabulis marmoreis quo de Veientibus Dictator primum triumphauit, CCCLVII. Liuius libro quincto & rursum Plinius libro XXXIII. capite VII. Plutarchus Camillo, Valerius IIII. cap. I. Agellius XVII. cap. XXI. Diodorus, Florus, Eutropius, & Auctor de Viris illustribus.

G *Plerique dixere falso*] Aristoteles de Hist. animalium VIII. & περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων. Strabo libro septimo Geograph. Apollonius Rhodius, & Mela lib. II. Quos miror omnes cum Nepote, falsitatis argui. Supra pro *eidemque*, codex Toletanus M. S. *eodemque* auferendi casu præfert.

XX. M. *pass.*] Scriptus Toletanus codex, quem inspeximus, sic interpungit: XXII. M. *pass. deductis. In latitudinem autem Corn. Nepos CL. M.*

H *Vicies semel centena quinquaginta M.*] Tolet. idem: *vicies semel M. vt auctor est Varro, & fere veteres semel quinquaginta. Nepos Cornelius* CCC. M. L. *adiicit.*

*Portentosa Græciæ mendacia*] *Et quidquid Græcia mendax Audet in historia.* Iuuenalis Sat. X. *Lixa*, Lybiæ ciuitas, inquit Stephanus ex Alexandro lib. I. Lybicon; à *Lixo* flumine.

*Hanc vrbem*] *Lixon*: nam de *Cerne* mox libro sexto, capite trigesimo. Carthagini quoq; ob I iacere sup. Plinius: *A Claudio Cæsare colonia facta Lixos: vel fabulosissime ab antiquis narrata. Ibi regia Antæi, certamenque cum Hercule, & Hesperidum horti. Affunditur autem huic æstuarium è mari, flexuoso meatu, in quo Draconis custodiæ instar fuisse nunc interpretantur. Exstat in insula, & ara Herculis: nec præter oleastros, aliud ex narrato illo aurifero nemore.*

*Corn. Nepos* CLM.] Duo Plinii m. ss. CCLM. K numerant.

*Quis non tricliniaria facit*] Addit de suo Plinius: *Spinther ædilis fuit, vrbis conditæ anno septingentesimo, Cicerone Cos. Dibapha tunc dicebatur, quæ bis tincta esset, veluti magnifico impendio, qualiter nunc omnes pæne commodiores purpuræ tinguntur.* Hæc postrema Plinio ab aliquo adiecta asserere auderem, nisi in m. s. Toletano antiquiss. re-L periissem. In Consulatu vero M. Tullii nimis rotundus numerus est, qui est in Fastis Capitolinis extra controuersiam annus IↃCXC. post V. C. collega C. Antonio: P. vero Cornelius Lentulus Spinther, Ciceronis imprimis studiosus, Cos. post fuit, an. IↃCXCVI: cum Q. Cæcilio Metello Nepote.

Νέπως δὲ Κορνήλιος] Idem Plutarchus in libello: εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον. Λευκούλλου δὲ Ῥωμαίων οὐ πολλοὺς ἄν τις εὕροι δεινοτέρους στρατηγοὺς ὅτε τῷ πράττειν τὸ M φρονεῖν συνεῖχεν. ἐπεὶ δὲ μεθῆκεν ἑαυτὸν εἰς βίον ἄπρακτον καὶ δίαιταν οἰκουρὸν καὶ ἄφροντιν, ὥσπερ οἱ σπόγγοι ταῖς γαλήναις ἐννεκρωθεὶς καὶ καταμαρανθεὶς, εἶτα Καλλισθένει τινὶ τῶν ἀπελευθέρων βόσκειν καὶ ὑποτιθασσεύειν παρέχων τὸ γῆρας, ἐδόκει καταφαρμακεύεσθαι φίλτροις ὑπ' αὐτοῦ, καὶ γοητεύμασιν, ἄχρις οὗ Μάρκος ὁ ἀδελφὸς ἀπελάσας τὸν ἄνθρωπον, αὐτὸς ᾠκονόμει καὶ ἐπαιδαγώγει τὸν λοιπὸν αὐτοῦ βίον, οὐ πολὺν γενόμενον. i. *Inter Romanos nõ inuenies multos Lucullo meliores imperatores, dum is rebus gerẽdis curam impendit. Vbi vero sese in vitam otiosam domi delitescens, & curis vacuus demisit, spongiæ instar tranquillitate enecatus & contabescens, ac Callistheni libertorum vni se alendum suamque senectutem cicurandam tradens, creditus fuit, ab eo veneficiis, & amatoriis poculis corruptus, donec Marcus frater, hoc remoto, ipse reliquam fratris vitam (non longam quidem illam)*

*pædagogi*

A *pædagogii in morem curauit.* Hæc ille. Ex quibus paret error eorum, qui *Virorum illustrium* auctorem in Nepotis familiam, obtorto collo, rettraxerunt: iniqui, me Hercule, Familiarum, legitimorumque liberorum Censores. Sic enim in Lucullo Aurelius Victor: cui nos parenti eum olim partum reddidimus: *Cum alienata mente desipere cœpisset, tutela eius M. Lucullo fratri permissa est.* De Callisthene, vt vides, verbum nullum: Aut alio B igitur Nepote vsus Plutarchus, aut falsa illa censoria Italorum notio est; Hermolai Barbari, Castelliani Cottæ, Dominici Machanei, & aliorum. Cicero Catone: *M. Marcelli interitum ne crudelissimus quidem hostis honore sepulturæ carere passus est.* Crudelissimum autem Hannibalem vocat Liuius li. xxvii. Valer. li. v ca. i. fine. Silius Ital. l. xii. Orosius li. iv. c. xviii. Aurel. Victor de Viris Illustrib. *Marcellus quinquies Consul, insidiis Annibalis deceptus & magnifice sepultus. Ossa Romam re-* C *missa, à prædonibus intercepta perierunt.* Quis scit an hæc ad librum exemplorum V. vbi & Hannibalis mentio fit, pertineant?

*Corona aurea*] De corona antiquitus imposita mortuis Cic. pro Flacco, & Pet. Victorius l. ii. cap. vii. Variar. lect. Valer. Max. lib. v. cap. i. de Antipatro, & hoc ipso Marcello: vbi forte *aurea* leg. Ad quem Maximi locum Plutarchum respexisse autumo, in vita Marcelli: ταῦτα μὲν οὖν οἱ περὶ Κορνήλιον Νέπωτα, καὶ Οὐαλέριον Μάξιμον ἱστορήκασι.

D *Turdos cœptos saginari*] in Turdario. Martialis lib. xiii.

*Inter aues turdus, mecum si iudice certes,*
*Inter quadrupedes mattya prima lepus.*

Vnde in M. Druso Vir. illust. locum recte ni fallor emendauimus: *Philippo Consuli, legibus agrariis resistenti, ita collum in comitio obtorsit, vt multus sanguis efflueret è naribus: quæ ille luxuria comprobans, mortiiam detrudisse dicebat.* Nos de vet libro εὐστόχως: *quem ille, luxuriam opprobrans, muriam de* E *turdis esse dicebat*: qua de re plura lib. primo Obseruationum per Saturam.

*Ciconias magis placere*] Elegans carmen exstat in Petronii Arbitri Satyrico, de ciconia:

*Ciconia etiam grata, peregrina, hospita;*
*Pietaticultrix, gracilipes, crotalistria,*
*Auis exul hiemis, titulus tepidi temporis,*
*Nequitiæ nidum in cacabo fecit meo.*

Quem tamen aliter legit, explicatque Had. Iunius lib. vi. Animaduersorum, capite xv.

F *Laberius poeta mimorum*] De quo Macrobius libro ii. capite vii. & Seneca noster Rhetor Controuers. xviii. de parricidii accusato.

*Loto arbori*] vnde Lotophagi, de quibus Homerus Odyss. ix. & Scholiastes, & de herba Theophrastus lib. iv. de Plantis cap. ix. Dioscorides li. i. & Plinius lib. xiii.

*Scandula contectam*] *Scandula*, quasi *Scindula*, assulæ, non serrâ, sed bipennibus productæ: nisi potius à *scandendo*. Hinc *scandulare tectum* Apuleio libro tertio fabulæ Milesiæ, & Iurisconsultis *Scandularii l. Quibusdam. D. de iure immunit.* Vegetius libro ii. de re militari: capite xxiii. *Tempore hiemis de tegulis, vel scandulis: quæ si deessent, certe de cannis, vlva, vel culmo porticus tegeretur.* *Scandulæ* autem è robore aptissimæ. G Vitruuius libro secundo, capite primo: *Montium accolæ crustis marmoreis tecta contegunt; alii plumbi laminis. Septentrionales nostri harundine domus suas operiunt, durantque æuis tecta alta.* Idem Plinius libro decimo sexto, capite tricesimo sexto. Penes Germanos tegularum vsum non fuisse; sed materie informi domum tegere solitos, auctor est Tacitus. Culmis etiam tecta H concinnarunt, vnde *culmina.* Seneca ad Lucilium: *Culmis libros texit, sub marmore atque auro seruitus habitat.*

*Fugientem à Corintho*] Hic quoque locus præter Liuii & Ciceronis auctoritatem Tuscul. V. veterumque librorum consensum, nos manuduxit, ad veram in Viris illustrib lectionem constituendam, Cap. vi. *L.* inquit, *Tarquinius Priscus, Demarati Corinthii filius, eius qui Cypseli tyrannidem fugiens in Etruriam commigrauit. Ipse Lucumo* I *dictus, vrbe Tarquiniis profectus, Romam petiit.* Aliis vero hic locus falso persuasit, ad Nepotem, scriptorem illum Virorum illustrium esse referendum.

*Præfectum fabrûm C. Cæsaris in Gallia*] Addit C. Plinius: *Neque indignatio sit, tali auctore inuenta re. Hic namque est Mamurra Catulli Veronensis carminibus proscissus: quæ* [ut res est domus ipsius] *clarius quã Catullus dixit habere quidquid habuisset Comata Gallia:* [Namque] *adiecit* [idem Nepos] K *eum primum totis ædibus nullam, nisi è marmore, columnam habuisse: omnes solidas è Carystio, aut Lunensi.* Quem locum sic εὐστόχως ille Ios. Scaliger, Iulii Cæsaris F. Galliæ lumen, restituit: *quem Metrodorus Scepsius clarius quam Catullus dixit.* &c. Mox, *Namque idem Nepos* ὀβελίζει. Catulli versus apponam.

*Quis hoc potest videre? quis potest pati?*
*Nisi impudicus, & vorax, & aelo,*
*Mamurram habere quod Comata Gallia* L
*Habebat uncti, & vltima Britannia.*
*Cinæde Romule, hoc videbis, & feres?*

*Non amplius ter bibere*] Sex. Aurelii *Victoris*, vel vt disertim Iac. Cuiacii I. C.torum nostri seculi facile principis scriptus codex præfert, *Victorini* Epitoma: *Cumque esset cibi ac vini multum, aliquatenus vero somni, abstinens, seruiebat tamen libidini vsque ad probrum vulgaris famæ.* Sic enim legend. olim docuimus: vini enim naturâ parcissimum Augustum libro secundo Tranquillus au- M ctor est, cap. 77.

*Aedes Martis*] Sic & *machinata* παθητικῶς. Sallustius Hist. libro secundo: *At Lucullum regis cura machinata fames breui fatigabat.* Sed de his sup. ad Epist. dicere memini. Architecti vero Hermodori sic meminit Vitruuius lib. iii. cap. i. Architect. *Quemadmodum est in porticu Metelli Iouis Statoris Hermodori.* vt emendat Turnebus lib. xi. Aduers. cap. ii. Meminit & M. Tullius lib. i. de Oratore.

A *In extrema Britannia parte*] Sæpe multumque
dubitaui vtri Cornelio Nepoti ne, an Tacito, cu-
ius hodieque Annales, licet mutili, in manibus do-
ctorum hominũ versantur, hæc darem: sed dum
insulam, oras Britanniæ legendo, sæpe etiam in al-
tum euectus, diligenter inuestigo, *Monam* qui-
dem x.v. Annali, & in Agricolæ vita repperi, *Mē-
ma* vero, vel vt alii libri *Minia*, nec vola nec vesti-
gium. Xiphilinus vero ex Dione, Britannorum,
inquit, duo sunt genera, Caledonii & Mæatæ.
B Quæ vox Μαιάται à *Mona* longius recedit. Qua-
re in eam veni sententiam, vt nostro adscribendũ
censerem; dum alteruter è tenebris integer appa-
reat: & *Chronica* Nepos, vt dixi, conscripsit; quos
libros fortasse Gothus ille Iornandes, siue is Ior-
danus est, *Annales* vocauit, secutus, vt suspicor, a-
liquot Gothicarum rerum scriptores, quorũ, præ-
ter nomen inane, nihil ad nos peruenit: quemad-
modum libro priore Epitomam illam L. Annæi
Senecæ, quæ vulgo L. Floro attribuitur, exscripsis-
C se obseruaui.

## IN ELOGIA.

*ARida pumice*] Sic & Seruius citat in illud Virg.
XII. Æn.

*Inclusas vt cum latebrosa pumice pastor.*

*Arido* tamen mascul. mauult Ach. Statius ex Plau-
to, Plinio, Martiali, Victorino & Fortunatiano.
Solere autem pumice libros exornari & Ouid. I.
D Tristium:

*Nec fragili gemina poliantur pumice frontes,*
*Hirsutus passis vt videare comis.*

Et Tibullus Eleg. I. lib. III.

*Lutea sed niueum inuoluat membrana libellũ,*
*Pumex & canas tondeat ante comas.*

Vbi in vet. scriptum legi *Pumicet & canas*, in alio
*Puniceo canas*. Et ille ipse Catullus:

*Non vmbilici lora rubra, membrana*
*Desecta plumbo, & pumice omnia æquata.*

E *Meas esse aliquid* ] Iambus in prima sede Pha-
leucii: De quo Terentianus Maurus:

*Quos dixi modo iam pedes, videmus*
*Diuersos capiti trium locatos:*
*Spondeum, cui do: Trochæum, Ari.*
*Meas, quis neget hunc Iambon esse?*

Quam licentiam solus, & non semel, vsurpauit
Catullus, rarissimo apud alios exemplo: hinc Pli-
nius auunculus emollire se ait Catullum conter-
raneum suum, *obiter* (vel, vt doctiss. Turneb. le-
F git, *obice:*) videturque castigare:

*— Namq; tu solebas*
*Nugas esse aliquid meas putare.*

*Ille enim*, inquit, *permutatis prioribus syllabis, duri-
usculum se fecit, quam volebat existimari à suis Ve-
raniolis & Fabullis.*

*Satyrus doctus vir*] Athenæus lib. XIII Διπνοσοφ.
de vita Philippi Macedonum regis scripsisse re-
fert.

*Aristoxeni* vero Musici de vita Pythagoræ li-
brum aduocat Agellius lib. IV. cap. XI. & Suidas:
Aristotelis hic auditor. Eius de Musica li. III. ab A-
thenæo citatos lib. XIV. totidemque Ptolemæi li-
bros de Harmonicis; quos & à Macrobio in So- G
mnium lib. I. cap. XIX. citatos video, cum Porphy-
rii in eundem Comm. item *Aristidis, Quintilia-
ni*, & *Manuelis Briennii* libros totidem de Musi-
ca, in Bibliotheca Ant. Augustini Archiepisc. &
Franc. Bouadillæ Mendozii Card. Burgensis, Græ-
cis libris instructissima, Toleti Carpetanorum vi-
dere memini.

*Santra*] Huius *de Antiquitate verborum* libros
Festus & Nonius in dict. *septifariam*: & *Nuntias* H
*Bacchas* idem laudat Marcellus: incertaque eius-
dem Sex. Pompeius, & Priscianus.

*Tranquillus*] Suetonius de illustribus Gram-
maticis, & claris Rhetoribus scripsit: de quo do-
ctos, nescio qua de causa, ambigere video, sint ne
ii, qui vulgo circumferuntur.

*Familiarisque fuit*] vt & Attici, qui nobile par a-
micorum constituebant. Sic enim in Vita: *Non
auditum sed cognitum prædicamus. Sæpe enim pro-
pter familiaritatem domesticis Attici rebus inter-
fuimus.* I

*Neq; Diodorus*] Sic emẽdauit Lud. Carrio Bru-
gensis I.C. Commentario Antiquarum lect. I. ca.
IX. cum *Theodorus* antea legeretur. *Theodorus* ta-
men Cyrenensis inter fabular. scriptores enume-
ratur ab Arnobio extremo lib. IV. adu. Gentes. Di-
serte tamen Minucius Felix, in Octauio, (qui o-
ctauus liber Arnobii aduersus Gentes, specioso
errore, nominis affinitate, hactenus falso est ha-
bitus) *Saturnum principem generis Deorum & ex
animis omnes scriptores vetustatis Græci, Romaniq;* K
*hominem prodiderunt. Scit hoc Nepos, & Cassius, in
historia; & Thallus & Diodorus hoc loquuntur.* Et
Lactant. Firmianus Arnobii discipulus, lib. I. cap.
XIII. Diuin. Instit. *Omnes ergo non tantum poëtæ, sed
historiarum quoque & rerum antiquarum scriptores,
lasciuum hominem fuisse consentiunt: qui res eius ge-
stas memoriæ prodiderunt. Græci, Diodorus & Thal-
lus: Latini, Nepos & Cassius.* Nos Tertulliani vt
antiquissimi, verba posuimus.

*Et Titi Cassii*] Credidi aliquando *T. Cari* leg. L
vt Lucretium significet: sed *Apologos Titianos* sup.
Ausonius, si modo huius *Titi Cassii* sunt, nomina-
uit: & vero *Nepoti* perpetuo coniungi *Titum Cas-
sium* animaduerto à Tertulliano, Minucio, Lactã-
tio, Plinio hic, & Ausonio. *Seuerum* appellatum
eo coniicio, quod in Apologetico Q. Septimius
Tertullianus hoc illi cognomen tribuat: quodq;
*Herennium Seuerum* illustrium familiæ suæ, gen-
tisque Cassiæ imaginibus delectatum non admo-
dum à vero abhorreat. Vt enim gentiliciæ maio- M
rum imagines eorum, qui curulem magistratum
gessissent, in atriis posteris spectandæ colloca-
bantur, quæ in funere præferrentur: auctores Sal-
lustius Tacitus, Iuuenalis, Valerius, Victor, & Pli-
nius lib. XXXV. ca. II. sic & in bibliothecis ipsis, cum
honoris, tum æmulationis gratia, non solum ex au-
ro, argentove, verum etiam ex ære, doctorum ho-
minum effigies quorum immortales animæ in iis-
dem locis ibi loquerentur, dicatæ. *Semper enim sci-
re cupiunt omnes, qualis fuerit aliquis: Et M. Var-
ronis Romanorum doctissimi in bibliotheca, quæ pri-
ma in orbe (vrbe* alii*) Asinio Pollione ex manubiis
publicata*

*publicata Romæ est, vnius viuentis posita imago est.* Ibidem C. Plinius: & lib. VII. cap. XXX. Natur. histor. & Isidorus lib. Etymolog. De Attici imaginibus clarorum virorum, quibus facta magistratusque eorum, non amplius quaternis, quinisue versibus subscripserat, Nepos extrema vita Attici. Quales in Bibliotheca sua habuisse colligo, ex M. Tullii ad Atticum. lib. IV. epist. X. *Malo*, inquit, *in illa sedecula, quam habes sub imagine Aristotelis, sedere, quã in istorum sella curuli.* Et in Oratore Demosthenis imaginem ex ære in Tusculana Bruti villa se vidisse ait: vt & nos marmoream, Tarracone, cum hac inscriptione vidimus, ΔΗΜΟΣΘΕΝΗΣ, prætermissam ab iis qui veterum imagines, Hermas & Terminos, ediderunt.

*Ennius, Accius*] De *Attio* vide Vitruuium li. cap. III.

*Cui dono lepidum*] Idem Ausonius epist. ad Ausonium in gryphum Ternarii numeri: *Cogitans mecum, non illud Catullianum:*

*Cui dono lepidum nouum libellum?*

*sed* ἀμκσότερον, *& verius, cui dono illepidum rudem libellum; Non diu quæsiui. Tu enim occurristi, quem ego, si mihi potestas ex omnibus eligendi vnum, semper elegerim.*

*Burras*] Vocabulum esse Aquitanicum aiunt: sic enim hodieq; quisquilias vocant. reliqua fere vt emendauit doctiss. Scaliger, Ausonianarũ lect. lib. II. cap. XIII. repræsentanda curauimus: legit tamen, *trepide silete nactæ.* *Nactæ*, inquit, homines nugatores. Persius:

— *in morem discincti viuere nactæ.*

Cl. Puteanus locum à iuuene se tentatum Lambino suggesserat: *trepide sileto nate*: ille vero *trepide silete nati*, vt librum, vel versus, tanquam parens filium, alloquatur. Elias Vinetus Santo, quarto pedatu, de veteri libro, *trepidæ silete nugæ.*

*Quem Gallia*] *Padi accolam* vocat Plinius lib. III cap. XVIII. qui & in erudita illa præfatione, Catullum *conterraneum* militari vocabulo appellat: quũ tamen Nouocomenses vtrumque sibi vindicare studeant; positis vtrique Nouocomi vt audio in foro inscriptionibus. Hæc igitur iusta causa dedicandi; quod communis patria Gallia esset: tum quia illum honorificè appellarat in Historiis, vt & in vita Attici.

Italum vero Catullus appellat, in illo, quod hic παρῳδεῖ Ausonius, carmine dedicatorio:

*Iam tum cum ausus es vnus Italorum*
*Omne æuum tribus explicare chartis.*

Quæ regio enim à Rubicone vsque ad Padum fl. porrigitur, Togata Gallia: & Italia, quæ Alpibus munita. sunt enim Alpes, vt & pueri norunt, communis Galliæ, & Italiæ, terminus:

Hicq; iuuenilis laboris finis:

Feliciter.

## A. S. LECTORI S.

QVOD *auctoribus non paucis accidisse memini, vt multa ingenii monumẽta, vel ipsis ablata alteri falso attribuerentur, vel aliena ipsis subiicerentur, quo in vulgus tituli lenocinio magis probarentur, & tanquam à matribus suppositi filii pro veris obtruderentur; idem* NEPOTI *nostro vsuenisse, didici. Librum enim* de vita & moribus Excellentium Græciæ Imperatorum, *ad T. Pomponium Atticum, sequioris ætatis auctori Aemilio Probo attribuunt: à quo stylus, dicendique elegans character, Attici ætas, multaque abiudicant. Scriptorem contra* de Viris illustribus vrbis Romæ, *qui à Proca ad CN. Pompeium vsque, septingentorum annorum memoriam, resque gestas virorum domi militiæque illustrium breuiter colligauit, Plinio minori (cui Aldus Manutius adscripserat) ablatum, Nepoti Cornelio multorum ingratiis inscripserunt, & ex Cæcilia gente in Corneliam, obtorto collo, Itali quidam Censores, Hermolaus Barbarus, Ianus Parrhasius, Catellianus Cotta, & Dominicus Machaneus, aliique traduxerunt. Sed neutrius mihi videri admodum adolescens docui singulari Comm. in eum auctorem Duaci, & Lutetiæ edito: & ex veterum libr. fide, rationumque momentis* Sex. Aurelio Victori *iure postliminii reddidimus: cuius & Historiam Augustam ante me natum nusquam, quod equidem sciam, typis vulgatam, Antuerpiæ primi edidimus. Quare vt illa Aemilio adscripta Nepotis esse γνήσια pronuntio; ita Viros illustres eidem abiudico.*

*Sed sunt & alia spuria & Cornelio indigna. Daretis enim Phrygii circumfertur de bello Troiano, cui interfuisse dicitur, Historia, quam Raph. Volaterranus sex carminum libris. (qui & cum Dicty Cretensi vulgo leguntur) conuertisse Nepotem tradidit; quibus & prorsa oratione Narratio excidii Troiæ præmittitur, quam & ipse in vet. libris etiam soli Cornelio cuidam inscriptum vidi. Stylus sane non est aureæ illius ætatis, nedum Cornelii, cuius eloquentiam M. Tullius Ro. disertissimus laudarit, eoque nomine carissimum habuerit. Fuisse quidem Homero antiquiorem scriptorem Daretem, Aeliani auctoritate, & D. Isidori, non infitior, sed hicne liber ille sit, qui ad Aeliani vsque ætatem durauit, vehementer dubito. Sic vero ille lib. XI. Variæ Hist.* Τὸν Φρύγα δὲ Δάρητα, οὗ Φρυγίαν Ἰλιάδα ἔτι καὶ νῦν ἀποσωζομένην οἶδα, πρὸ Ὁμήρου καὶ τοῦτον γενέσθαι λέγουσι. *Sallustio id opus nothum & illegitimum falsarius ille, quisquis is est, lege Cornelia si deprehendatur, puniendus, inscripsit. Quem quidem Crispum Ro. Historiæ principem, initio statim rustice, & inepte appellat:* Cui, *inquit,* nihil adiiciendum, aut diminuendum, rei formidandæ (*fort.* formandæ) caussa putaui, alioquin meum esse posset dubitari. *Verumenimuero germanum me reperisse parentem gaudeo, natalibus itaq; restituo, auctoritatem secutus veluti familiarum censoris Gulielmi Camdeni hominis Britanni, qui sic Daretis illius ac poematis in Angliæ Historia meminit de Isca loquens:* Hoc sæculo (anno 1224) floruit qui hinc oriundus & cognominatus, Iosephus Iscarius splendidissimo ingenio poeta: cuius scripta sic probabantur, vt ad veterum scriptorum laudem peruenerint. *Eius etenim* de Bello Troiano poema Germani ter sub Cornelii Nepotis nomine diuulgarunt. *Iam vero Alexandri illam ad Aristotelem præceptorem de rebus Indicis epistolam, quæ Q. Curtio Rufo fere subiicitur, vbi & quercus edunt Oracula, multaque ridicula leguntur, quis, nisi crasso & pingui iudicio præditus, ab elegantissimo Nepote tam incondite conuersam credat? Quin & in ipsis auctoribus vereor ne dubia quædam, nec à Nepote profecta, occurrant: vt quæ in Ciceronis epistolis ad Atticum non de Cornelio nostro, sed fortasse de Metello Nepote aliove legi docuimus: & illam mihi ἐπιγραφὴν suspectam videri apud Suetonium,* Quid differat litteratus ab erudito. *Et illa Iornandis Gothici de Britannia, suspicor Taciti potius esse quam Nepotis, ex iis libris, qui & ipsi magnam partem damno publico interciderunt. Ach. tamen Statius Comm. in Catullum Nepoti dedit: quin & Corn. Labeonis quædam apud Macrobium lib. I. Saturn. eidem adscripsit. Sed* ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται. *Nos de iis aliquando in libris* ψευδεπιγραφίας *plura. Nunc Corneliæ matris Grac-*

*chorum*

*chorum (cui eloquentiam, teste Cicerone & Fabio, acceptam referebant) epistolæ Fragmentum adiiciam: quod legitimumne sit, aut à declamatore aliquo, vt solet, conformatum, nunc non disputo. Parua sanè papyri iactura, repertum in vet. libro Abbatiæ Fæsulanæ, mihique ab Ant. Augustino, Archiepisc. Tarracon. viro clarissimo perhumaniter oblatum, post idem à Cl. V. Iacobo Bongarsio descriptum è Britannico exemplari è Germania dono missum, Cornelianis addendum putaui. Vale.*

---

## EPISTOLA CORNELIÆ MATRIS GRACCHORVM.

DICES pulchrum esse inimicos vlcisci. Id neque maius, neque pulchrius cuiquam, atque esse mihi videtur; sed si liceat Repub. salua ea persequi. Sed quatenus id fieri non potest, multo tempore, multisque partibus inimici nostri non peribunt; atque vti nunc sunt, erunt potius, quam Resp. profligetur atque pereat.

*Eadem alio loco:*

Verbis conceptis deierare ausim, præterquam qui Tiberium Gracchum necarunt, neminem inimicum tantum molestiæ, tantumque laboris, quantum te ob has res, mihi tradidisse: quem oportebat omnium eorum, quos ante habuerim, liberos, partis eorum tolerare: atque curare, vt quam minimum solicitudinis in senecta haberem: vtique quæcunq; ageres, ea velles maxime mihi placere: atq; vti nefas haberes rerum maiorum aduersum meam sententiam quicquam facere; præsertim mihi, cui parua pars vitæ superest. Ne id quidem tam breue spatium potest opitulari, quin & mihi aduerseris, & Remp. profliges. Deniq; quæ pausa erit? * & quando desinet familia nostra insanire? & quando modus ei rei haberi poterit? & quando desinemus, & * habentes, & præbentes, molestiis desistere? & quando perpudescet miscenda atque perturbanda Rep.? Sed si omnino id fieri non potest; vbi ego mortua ero, petito Tribunatum; post me facito quod libebit, cum ego non sentiam. Vbi mortua ero, parentabis mihi, & inuocabis Deum parentem. In eo tempore, non pudet te eorum * Deum preces expetere, quos viuos atque pręsentes, relictos atque desertos habueris? Ne ille sinat Iuppiter, te ea perseuerare, nec tibi tantam dementiam venire in animum; & si perseueras, vereor ne in omnem vitam tantum laboris culpa tua recipias, vti in nullo tempore tute tibi placere possis.

* fort. *Ecquando*

* al. *absentes & præsentes,*

* fort. *Deorum.*

# ADDENDA ET CORRIGENDA IN NOTIS AD VIROS ILLVSTRES.

## LECTORI.

ANNVS *iam eſt, amice lector, quod libellum iſtum de Viris illuſtribus Notarum libello illuſtratum ab amico noſtro* V. CL. ANDREA SCHOTTO, *prelo ſubiecerimus, dimidiâq; operis parte profligatâ, & vſque ad Notas in Fragmenta Corneliana perductâ, perducere porro ad finem voluerimus, vt ſtatim cum Vitis excellentiũ Imperatorum, ſiue eæ à Probo ſiue à Nepote ſunt potius, ab iis qui vellent coniungi poſſet. Sed colophonem operi imponere tum haud potuimus, nequidquam id conati, partim ob aliorum operum neceſsitatem, quæ nos vrgebat magis, partim ob alia negotia, quibus intricatis & operarum acceſsit inopia. Et hæc quidem pluribus hîc exponere non eſt neceſſe. Interim cognito iſtud opuſculum non iri abſolutum ad æſtatem* SCHOTTVS *noſter, Notas ſuas ad Viros illuſtres recenſitas denuò & bonam partem ex ſecundis curis auctas huc miſit. Verum expedierant iam exemplaris partem, vt diximus, preli ſodales priorem, quæ vitas nempe continebat cum Notarum libello. Nec tamen quidquã omittendum rati, quod Auctori huic ab amico noſtro eruditè imputatum eſſet, curauimus feſtinanter, nec indiligenter tamen, vt ſperamus, alteram quam voluerat eſſe editionem cum prioribus iam excuſis paginis conferri, omniaque ea quæ addita vel immutata inuenirentur enotari & in chartam coniici peculiarem. Hiſq; quum ille, qui hic operam nobis dedit, aduerteret in editis iam Notarum paginis, paucis exceptis, non pauca errata inuecta eſſe alius incuriâ, cui hæc commiſſa fuerant, eâdem operâ adnotata & iſta ſphalmata typica cõiicere ſub eundem quaſi faſcem, bonum factum putauimus: ne ſcilicet quid te, optime lector, tuaque ſtudia in hac re moraretur, nec amico noſtro eruditiſsimo alienæ culpæ fraudi eſſent. Ita etiam ſi aliquando editio inſtituatur noua, rectius ſibi caueant hîc operæ. Et hæc ſunt quæ tibi hîc quaſi ſeparatim damus, paginis accommodata, & litteris quas ad columellarum latera vtrimqueſecus operæ appoſuerunt, reſpondentia. Tu, amice lector, noſtrum erga Remp. litterariam ſtudium, & ipſius cultores benè, prout debes, interpretare, & vale, hiſque fruere.*

### AD PAG. LXV. COL. I.

E 10 Prud. I. adu. Symm.) *Adde:* & Oroſium lib. VI. cap. I. qui ad nomen alludens *Ream matrem ſtupri ream* appellat.

*Dein adde:*

*Veſtæ ſacerdotem præfecit*] *Veſtæ* abeſt in mſ. noſtro L. Annæi Flori initio: & certè Iuſtinus lib. XLIII. in Martis luco ſacerdotem fuiſſe ait, & Plutarch. in Parallelis extr. Iunonis diſertè ex Ariſtide Mileſio. Et infra noſter ad Numam referre videtur.

F 10 *ſcr.* ca. XII. *& adde*: vt in Ammiano Marcellino, lib. XVII. *vinoſq; captos compegit in vincula.* Et lib. XXV. *vt deditum noxæ mancipium in cuſtodiam compegerunt.*

G 2 omnibus) *adde*: Lactantius lib. I. cap. XX.

### COL. II.

v. 6. appellarent.) *add.* Sic Tacitus Annali 2. *auunculum* dixit pro auunculo magno. Paulus verò Oroſius lib. II. cap. IV. Numitorem auum interfectum ait, falsò: aliter lib. VI. cap. I. nam in regnum reſtituerunt Numitorem, & patruum Amulium interfecerunt.

H 2 præfert.) *add.* Cicero lib. I. de Oratore: *Romulus paſtores & conuenas congregauit.*

I 5 ſacri.) *add.* teſte Suetonio in Auguſto cap. XCV. & Plut in Quæſt. Rom.

*v. ſeq. ſcr. Cæſar,* inquit, *& mox: creato Conſ.*

*v. pen. eſt) add.* Idem apud Iſidorum lib. XV. ca. I. *Huius nata eſt auſpiciis illa inclita Roma.* Rurſus idem &c.

### AD PAG. LXVI. COL. I.

A 8 Remo.) *adde*: Portas ſanctas negat Plutarchus, quod alioqui cadauera per eas efferri non potuiſſent. Vide Theophilum lib. II. Inſtit. Tit. de rerum diuiſione. §. Sanctæ quoque. Vbi fabula de diis.

A 9, 10 *Ita ſcribe & auge: Tranſiliuit*] Agrippinenſis I. *Tranſiluit.* quomodo veteres potius dixiſſe auctor Diomedes lib. I. Grammat. ex Liuio, ludibrio fratris Remum nouos tranſiluiſſe muros. Virgil. *Saluere per vtres.* Idem: *Deſiluit Turnus biiugis. Fabio* abeſt &c.

B 2, 3 *ſcri-*

A B 2,3 *scribe:* Latina,Festus, & Nonius. Græcè κρ.&c.

B 5 *displanat.*) *add.* ad quem locum vide doctiss. Turnebum lib.XVII.cap.XXIII. Aduers.& Victorium XXIII. cap. V. Eusebii quoque interpres D. Hieronymus Remum fuisse à Fabio Romuli duce occisum ait rutro pastorali. Libet hic ἐν παρέργῳ Nasonis adferre locum quarto Fastorum, vt emendandum vidit Valerius Andreas Belga eruditus: *Nec moratransiliit retro Celer occupat ausum.*
B repone *rutro Celer.*

*ead.* B vide Dionys.lib.II.) *add.* qui σκαφίον παρὰ τὸ σκάπτειν appellat.

C 2 ait) *add.* Vide & in vita Coriolani vbi de Rom.nominibus.

*Post* C 3 *insere:*

*Romulus asylum con.patefecit*] De Asylo Romuli eiusq; origine Conradus hoc loco multa, pluraque ad Æmilium Probum Magius, quæ non describo. Vide & Iac. Durantium
C lib.I. Variarum cap.I. & Ferrandum Adduensem lib.II.

C *vlt.ad quos*] *adde: Consalia* vocat Plut.Quest. Rom. De his legendus Tertullianus lib. de Spectaculis & idem Plut.in Romulo.

D 7 *scribe:* Ῥωμ. I.ait h.

D 9 *scribe:* Exstat veteris poetæ carmen a.

E 2 *pastores.*) *adde:* pro *ibi*, & Scaliger *coriis Cernualia* reponit ad Festum in *Coinquire.*

E 9 *scribe:* simplici s ant.

D v.*sequ.* *scr.* scribunt Ταλασίαν Plut.in Romulo. Iidem cum M.

### Col. II.

H 8 *scribe* Καινίνλω.

I 3 *scribe:* Cossum infra adn.

I 6 consensu) *adde:* & Eutropii auctoritate lib.I. initio.

I 7 *scribe:* *Crustumerium.*

K 2 *scribe:* *aqua.*

E *Post* L 3 *insere:*

*Et T. Tatius*] Ad hunc strenarum, quæ Kal. Ianuariis mitti vltro citroque solent, originē refert Symmachus Vrbi præfectus lib.I.epist. XIV. *Ab exortu*, inquit, *pene vrbis Martiæ strenarum vsus adoleuit, auctoritate Tatii regis: qui verbenas felicis arboris ex luco Streniæ anni noui auspices primo accepit. Nomen indicio est viris strenuis hæc conuenire ob virtutem.*

L 5 *scr.* vt sit περὶ Ἑλλήνης. *Producere* &c.

F L 7 ducere) *adde:* auctore Nonio Marcello.

M 3 *scr.* Scæuula.

*v.vlt.scr.* Tulliis infra cap.VII.adm.

### Ad Pag. LXVII. Col. I.

A 3 *scribe:* *hinc patres, hinc viros or.*

A *vlt scr.* *A Curibus*]

C *vlt.ita supple:* Eutropius, L. Annæus Florus, & Messalla Coruinus: *Centum*, inquit, *Senatores creauit; quos Patres ab auctoritate nuncupauit.* Sic enim legendum vel *ex auctoritate* è L. Floro lib.I. cap.I.

D 6,7,8 *pro his:* Quæ enim &c. consideret.

*substitue ista:* vt Romulo magis affinem. Vtitur & auctor Peruigilii Veneris, quod à P. Pithœo Lipsius noster lib.I. Electorum publicauit: G

*Vnde Ramnes & Quirites proque prole posterum*
*Romuli matrem crearet, & nepotem Cæsarem.*

D 9 *scr.* scripsi.

E 4 legunt:) *adde:* fortasse non male, quia in luco asylum, ciuiumque coitio fuit.

E 9 Luconem) *adde:* (Ausonius fort. *Lucumonem*)

F 2 *scr.* quidam H

F 6 *paludem.*) *adde:* Vtrumque dici Plutarch. auctor est.

F 7,8 *scribe:* malim.*numquam* q.l. *In contionem p.*

### Col. II.

*Post* G 9 *adde:*

*Et Quirinus est appellatus*] Hinc & Quirinalia instituta, alio nomine stultorum festa XIII. Kal. Martii in vet. Kalendario Rom. & Ouidio lib.II. Fast. Itē, Quirites inde ciues Rom. appellati. In ἀποθεώσει quoque nomina mutari solita Lactant. hinc docet lib.I.cap.XV. I

I 1 *scribe:* Sic scripsi antiq.

I 4 *distingue:* *ponit:* & *à Cur.*

K 6 &c.) *adde:* Sic & Plutar.in Numa, quamquam ille, postquam iam Romam venisset, aues consuluisse scribat.

K 9 *scr.* contra

L 4 *scr.* *Attius* N. K

L 6 *scr.* *exauguratione*s

M 1 *contionem*.) *adde:* Apuleius de Deo Socratis *adiicere auguria* dixit, vt & Plautus Asinar. *Admittere aues* eadem elegantia, de &c.

M 5 *dirimerentur*) *adde:* Iulius Obsequens de prodigiis anno V.C. 703. *C. Cornelius augur Patauii eo die cum aues admitterent, proclamauit rem geri, & vincere Cæsarem.*

M 7 *scr.* *Auentinum.*

### Ad Pag. LXVIII. Col. I. L

A 4 *scr.* irritas

B 3 *scr.* Dionysius. Duos v.M.n.v.noster,V.

C 7 non recte) *adde:* tametsi & ita Dionysius in Numa, ridetque Plutarchus.

C 9 *scr.* Idem Halicarn.

D 4 facio.) *adde:* quo & Lucanus allusit lib.I. *Pontifices, sacri quibus est permissa potestas.* *Facere* enim sacrificare est.

D 5 *scr.* codex Paris. M

D 7 muto.) *adde:* De Iani autem porta, quam Numa condidit, & ad finem vitæ regniq; clausam habuit Plutarch. in Numa & de fort. Rom. vbi πύλω pro πύχω Scaliger rectè corrigit, item Varro lib.IV. de L.L. *Tertia*, inquit, *est Ianualis, dicta ab Iano; & ideo ibi positum Iani signum, & ius institutum à Numa Pompilio, vt scribit in Annalibus L. Piso, vt sit clausa semper, nisi cum bellum sit.* &c.

E 5 *scr.* alii *Terrentio* scr.

E 7,8,9,10 *pro hisce:* quod reponerem &c. accipi potest. *repone illa:* quod non probo. Extat enim in lege Numæ apud Festum, vt alibi monui-

A mus. Constat *&c.*

F 3 *scr.* Val.Max.lib.I.cap.I.

F 7 *dele punctum post* effossos. *& post* prodidere *adde*: itemque Plutarch. in Numa, paulò aliter, quam Liuius. Meminit & huius rei Varro Manio apud Nonium V. Scrobs: *Qui dum administrăt in scrobe fodiendo, inuenerunt arcă.* Quod vero idě *&c.*

*v.vlt. scribe*: *reges*, inquit Liuius, *alius* &c.

### Col. II.

B H 2 recordor.) *adde*: Et Plinius lib.XVI. cap. IV. Romulum frondea coronasse Hostum Hostilium ait, quod Fidenas primus irrupisset: qui auus Tulli Hostilii fuit. Versatur & in eodem errore L.Florus, qui & alterum erratum addidit, vltro imperium esse adeptum, oblatumque, vt Numæ, sic enim ait: *cui in honorem virtutis regnum vltrò datum.* Prius hic restitui potest, vt legas *virtutis auitæ*; alterum excusari non potest, etenim variant lib.Mss.

C H 7 *distingue*: sonat: alii *&c.*

I 7 *scr.* Rom.lib.I.

K *distraxit.) adde*: Ouidius lib.I. Trist. Eleg. III.

*Sic doluit Metius, tunc cum in contraria versos*
*Vltores habuit proditionis equos.*

Atque huc respexisse in Ibin existimo:

*Vel tua, ne pœnæ genus hoc cognouerit vnus,*
*Viscera diuersis scissa ferantur equis.*

D L 3 *ita scribe*: Corn. Tacitus Annali IV. Liuius à nobis stat. Mox: *sacr.im.*

L 9 *scr. Cilicio. & adde*: De Ioue autem Elicio Varro lib.V. extremo, & Arnobius lib.V. initio. Græcis καταιβάτης dictus. Pollux lib.IX. & Turn. lib.XXV.cap.XIV. Aduersariorum.

### Ad Pag. LXIX. Col. I.

C *scribe: populum prouocauit.*

C 9 *scr.* lib.XVII.cap.VII. & cap.XXIV. Adu.

E D *pro his:* Reprehendit *&c.* ciuium Rom. *repone:* Sigonius lib.III. de Iudiciis cap.IV. Et verò *&c.*

F 4 *vires.) adde*: Et L. Florus: *Albani medii inter duos exspectauere fortunam.*

F 5 *scribe:* & ab *arcio* d.q.a. antiquitus f.

*v.vlt.* litteratores) *adde*: antiquos.

### Col. II.

F H *scribe:* Sic malè scribitur in q. libb. *Ancus* &c.

I 6 *dicitur.) adde*: And. Patricius lacunā hærere in his Tullii verbis putat, quam sic replere conatur: *Anci pater etiam ignoratur, nisi quod is rex Ancus Marcius Numæ nepos dicitur.* Ex Liuio lib.I. & Plutarcho initio Coriolani, vbi Sigonius & Hotomannus Græcam similiter lectionem restituerunt.

I 8 *dele hunc vncinulum] post Sabinus.*

K 5 lib.V.) *adde*: Vxorem habuit Pompiliam, Plutarch. in Numa. Idem tamen disertè in libello de fortuna Rom. sorore Numę natam ait quartum à Romulo regem. Ergo leg. esset *ex sorore nepos.*

L 9 *pro his*, & *Salinarium* Vascosanus excudit, *substitue ista:* G

*Noua mœnia opido*] Vrbi nimirum quadratæ à Romulo in Palatio exstructæ. Ennius apud Festum:

*Et quis exstiterat Romæ regnare quadratæ.*

*Salinarum*] *Salinarium* Vascosanus excudit. Vide Plinium libro XXXI. cap. VII. Sed hoc vectigal exactis regibus sublatum, auctor Liuius lib.II. ab V.C. Plura inf. cap.L. in Salinatore. H

M 3 *eduxit*) *adde*: *Ostiam* Strabo libro quinto Geograph. vrbis Romæ nauale appellat, quò Tiberis erumpit, eam præterlabens. Eius autem situm & Tiberis cursum ab vrbe Roma vsque in mare eleganter describit Procopius lib.I. de bello Gothico.

### Ad Pag. LXX. Col. I.

B 1 *scribe: Dem. Corinthii filius eius qui Cypseli tyrann. fug.* I

C 8 *scr.* κυψέλην.

C 9 delituit) *adde:* Vide Pausaniam in Corinthiacis, Lucianum in Lexiphane & Suidam.

D 4 *Hæc*, Damaratum *&c. vsque ad* D 8 *dele, & insere hanc Notam:*

*Ipse Lucumo dictus*] De huius notione nominis è Festo Pompeio Turn. lib. II. Aduers. cap.XXIII. & Ausonianarum Lectionum lib. II. cap.XII. Ios. Scaliger.

E 1 *pro his*: Verum in *&c. vsque ad* E 6 *substitue hæc:* K

*Aduenienti aquila*] Simile de aquila prodigium refert Ælius Lampridius in vita Antonini Diadumeni.

F 4,5,6 *ita scribe*: dicamus, apud G. Canterum lib.II.cap.XXIV. Nouarum. Vide Pet.Pithœi subs. lib.II.cap.VII. & Val.Max.lib.III. cap.IV. Onuph. *&c.*

F 8 videtur) *adde:* quem adi Comm.in Fastos.

### Col. II. L

V. 7 *scribe*: Anco Marcio. *Post quæ adde*:

*Filium* XIII *annorum*] XIV, inquit Macrobius lib.I.cap.VI. Saturn. quem vide de prætexta & bulla. Et ad Suetonii Tiberium c.VI. Leuinum Torrentium, vt & in Horatii Epod.V.

V. 9,10 *dele*, si dis placet.

I *vlt. scribe*: quod *Ocretiæ* scribat, vt & Mediol. Verum Lugdunensis *Ocresiæ*. & Inscr.

K 3 *scribe*: *Ocratiæ* scriberent. Sed *&c.* M

K 7 acceperit.) *adde*: Festus etiam in Nothū, *Oclisiam Corniculanam captiuam* vocat. ad quem locum consulendi docti interpretes.

*Post* M 2 *adde*: Legendus Plut. lib. de fortuna Rom. extr. vbi varias de Ocresia & igni opiniones recenset.

*Pro* M 3 *& 4 hæc substitue:*

*Flammæ species*] Talia apud Maronem prodigia. De Iulo II. Æn.v.681.

*Ecce leuis summo de vertice visus Iuli*
*Fundere lumen apex, tactuque innoxia molli*
*Lambere flamma comas, & circum tempora pasci.*

De La-

A De Lauinia lib. VII. Æn. v. 73.

*Visa (nefas) longis comprendere crinibus ignem,*
*Atque omnem ornatum flamma crepitante cremari:*
*Regalesque accensa comas, accensa coronam*
*Insignem gemmis* &c.

*v. vlt. vocem vlt. scribe: obaud.*

AD PAG. LXXI. COL. I.

*v.* I. *pro diess. scribe: ess.*
B B 2 *scribe*: non *plebi* leg.
C 5 *scribe: Chersiphron* leg.
C 7 *vsque ad* D 7 *ita scribe*: quem honoris c. l. nomino: cuius in o. P. l. obseruationes iampridem excusæ, in eruditorum hominum manus venerunt.

*Quo effecto*] &c.
E 6 *scribe*: vt *cuius ciuis* leg.

COL. II.

C v. 3 *scr.* nec hic nec alibi
H 4 *scr.* repullulare. & *v. sequ. Prisci* leg.
K 9 *pone punctum post* Clœlia.
L 8 *scr.* G. Cassandri

AD PAG. LXXII. COL. I.

A 8 sequitur.) *add.* De hoc Tulliæ facto sic Varro li. IV. de L. L. *Prope hunc vicus sceleratus dictus à Tullia Tarquinii Superbi vxore; quod ibi, cum iaceret, pater occisus, supra eum, vt mitteret carpentum mulio iussit.*

D B 3 *scr. Pometiam*
B 5 *scr. Volscis*, cui. *& mox iterum scr.* Volscis.
C *cepit) add.* Et Strabo lib. V. Σύεσσαν (ita enim Græci nominant) Volscarum vrbium matrem fuisse memorat.
C 2 *distingue:* censet: textus tamen n.
C 6 *scr.* rei veritatem
D 5 memini) *add.* ridiculè sanè. est enim vocis productio *tolium*, vt *mentum* in testamento, teste Cicerone. De Capitolii autem origine Tacitus li. III. Histor. Aug. extr. qui ad Tarquinium Priscum
E refert.
D 9 *scr.* Nonium
E 10 *scr.* Silius

COL. II.

*Post* G 7 *adde:*

*Lucre. i. a. in lanificio*] Quod castæ matronæ argumentũ. Varro de vita P. R. lib. I. *Cum interea in lucubrando faceret iuxta ancillas lanam.* Terent. in Andria:

F *Primum hæc pudicè vitam, parce, ac duriter*
*Agebat, lana ac tela victum quæritans.*

*Post* H 2 *adde:*

*Rem exposuit*] His ferè verbis, quæ è Bruto Cassii (vel vt Scaliger emendat *Attii*) Varro profert lib. VI. de L. L.

*Nocte intempesta nostram deuenit domum.*

*Post* H 6 *præpone:*

*L. Iun. Brutus sorore*] Rursus *&c.*

K 3 *scr.* Damarati
M 3 *ita scribe & auge: deridiculi gratia*, vt Plautus loquitur in Amphitrione: *Quid obsecro tu me deridiculi gratia sic salutas?* Ibidem etiam *ridiculi causa* dixit. Et in Pseudolo, *verba per deridiculum dare. Baculo* &c. G

*Ante versum vltimum hæc insere:*

*Ipse terram osculatus est*] Vt communem omnium parentem. Virg. XI. Æn. initio: *Non iam mater alit tellus.* Homerus & Pindarus sæpius γῆ μήτηρ. Suet. Cæsare cap. VII. *Quandò mater, quam subiectam sibi vidisset, non alia esset, quam terra, quæ omnium parens haberetur.* H
Et Tiberio cap. LXXV. *pars terram matrem deosque Manes orarent.* Vide Plinium lib. II. c. LXIII. Sed quam terram audito oraculo, osculatus sit quæri video. Delphicam Plinius ait lib. XV. c. vlt. Italicam Liuius lib. I. & Dion. Halicarnass. lib. IV. & Ouidius II. Fast. Plerique non explicant.

AD PAG. LXXIII. COL. I.

A 6 *occiderunt.) add.* Ceterum de origine funebrium laudationum Plut. differit in Poplicola, I
& nuper summę vir accurationis Io. Kirchmannus lib. II. de funeribus Rom. cap. XVIII.

*Post* A 7 *præpone:*

De *Coclitis* nomine vide Plinium lib. XXXV. cap. II. Varro lib. VI. de LL. *Ab oculo Cocles, quasi Ocles dictus, qui vnum haberet oculũ.* Scaliger tamen à κύκλωψ sic dictum putat.

E *vlt. adde:* Plura Seneca Epist. XXIV. Lactantius lib. V. cap. XIII. Institut. K

COL. II.

*Post* G 9 *adde:*

*Huic statua equestris*] Aldus Manutius hos apud Cic. lib. I. Offic. versus statuæ equestri insculptos fuisse putat:

*Vos etenim iuuenes, animum geritis muliebrem,*
*Illa virago viri —*

Idque colligit ex his Senecæ lib. de Consolat. verbis: *Equestri insidens statuæ in Sacra via celeberrimo loco Clœlia exprobrat iuuenibus nostris puluinum ascendentibus, in ea illos vrbe sic ingredi, in qua etiam feminas equo donauimus.* L

*Post* I 8 *adde:*

*Genus propagauit.*] Ducta vxore filia Numerii Otacilii Maleuentani, ea lege, vt quem primum filium sustulisset, ei Numerii prænomen daret, & obtemperauit. Probus de prænominibus Rom.

K 2 *post L. Valerius Voleri F.*] *insere*: *Lucii* etiam prenomen ei tribuit Plinius li. XXXVI. ca. XV. M
M 5 *post* enim *insere:* & in Annalibus magistrastratuum Steph. Pighius.

*Ad v. vlt. adde:* Tentabam itaque ex historiæ fide librariorum flagitium sic corrigere, *primum de Veientibus, iterum de Sabinis, ac de iisdem gentib.* Vel sic, *iterum de Sabinis ac Veientibus*, secutus extremæ dictionis vtriusque vestigia, & vox *tertio* ex numeris nata apparet.

AD PAG. LXXIIII. COL. I.

E I *his insertis scribe*: de Cn. Pompeio: licet

A I. Alex. Braſſicanus locum ſic interpretetur, vt lictores dum concionaretur, abire iuſſerit, in Prouerbiorum Symmictis. Conradus verò hic, quaſi ſolos faſces abſque ſecuribus prætulerint, cui repugnat Symmachus *&c.*

## Col. II.

I 5 *ſcr.* Val. Max. lib. IV. c. IV. Cicero *&c.*

L *vltim. his* niſi mendum eſſe placet, *deletis, iſta ſubſtitue*: Sic Varro de L. Lat. & VII. Diuin. apud

B Agellium lib. XVIII. c. XII. Similiter *vertit, conuertit*, Salluſtio, Tacito, ceteris. Liuius *&c.*

M 7 *ſcr.* Elba,

M 8 vocat) *add.* qui tamen ſtrategema hoc dictatore Poſtumio adſcribit.

*reliqua vſque ad ſequ. adnotationem ita ſcribe*: L. vero Annæus Seneca in Epitoma I. Ro. ad Magiſtrum equitum quoque refert, ſed A. Cornelium Coſſum malè nominat. Liuius etiam lib. IV. ad annum CCCXXVII. A. Cor. Coſſo tribuit, M. Aimilio

C Mamercino dictatore. Vide Carolum Sigonium lib. II. Emend. cap. XXII.

*tum inſere hanc notam*:

*Equis frenos det. iuſſit*] Simile illud Cæſaris apud Suetonium in Iulio cap. LX. qui *ancipiti prœlio equos dimittebat, & in primis ſuum, quo maior permanendi neceſſitas imponeretur, auxilio fugæ erepto.*

## Ad Pag. LXXV. Col. I.

D *De primis 5 lineis proximè indicatum.*

*Ad* C 2 *adde*: De Dioſcuris verò parta victoria apparentibus ad Regillum narrat ingente Domitia Ahenobarborum Tranquillus in Nerone cap. I. ibidemq; nummus A. Albini apud Torrentium.

D 1 legebatur) *add.* vt in vulgatis Ciceronis editionibus Orat. pro domo ſua, vbi Ant. Auguſtinus apud Ful. Vrſinum, *Kæſo ille Quinctius* legendum vidit.

E E 5 *ſcr.* præferebant, & Halicarnaſſei *&c.*

E 8, 9 *his*, Cur Gr. non Gr. ſ. a. dicemus, *omiſſis mox inſere hanc notam*:

*Q. Minucium Coſ.*] *Marci* prænomen eſt in Floro & Zonara, malè, cum *L. Minucius* à Liuio, Dionyſio & Capitolinis tabulis appelletur, vt obſeruauit Pighius in Annalibus.

## Col. II.

G 6 *poſt* caſu *interſere*: Sic Tacitus ſæpiſſi-

F mè. Et Cariſius *contagium* vett. magis vſurpaſſe ait, Salluſtium tamen *contagio* dixiſſe primum. Sic enim lego non *primo*. Neque enim ex libro primo Hiſtoriarum, ſed ex Catilinario deſumptum eſt.

G 9 *vſque ad* H 7 *ſcr.* oſtendi. Mox *τὸ corona* ſuperare credo, quod in Mediol. afuiſſe *&c.*

I 2, 3 *ſcr.* addi iuſſimus. Sed coronarum *&c.*

I 5 *auctius ſcr.* Agellius lib. V. cap. VII. & inf. ad cap. XXVI. in P. Decio.

## Ad Pag. LXXVI. Col. I.

A 2 dicta) *add.* Salluſt. in Catilin. *Sæpe ipſa plebes aut dominandi ſtudio permota, aut ſuperbia magiſtratuum armata, à patribus ſeceſſit.* Et lib. III. G
Hiſt. in orat. M. Lepidi: *quoties à patribus armata plebs ſeceſſiſſet.*

*Dein pro illis*: & mox: *non* &c. *vſque ad finem adnotationis, hanc nouam repone*:

*Et militiam toleraret*] Fuit cum negationem addendam putarem, ſed vtraque lectio, ſi cōmodè interpretaris, ferri poteſt, idque Salluſtii Criſpi auctoritate. Sic enim lib. V. Hiſtor. apud Auguſtinum lib. II. cap. XVIII. *Quibus ſæuitiis, & maximè fenoris onere oppreſſa plebes,* H
*cum aſſiduis bellis tributum ſimul & militiam toleraret, armata montem ſacrum atque Auentinum inſedit.* Quem vide & lib. V. de ciuitate cap. XII. Itaque frequenter abſque negatione Saluſtius, quam ſi addas, pro non æquo animo perferre accipio.

B 3 ſanguinē) *add.* Sic Seneca, *Corpus*, inquit, *noſtrum & ſanguine irrigatur, & ſpiritu qui per ſua itinera diſcurrit.* Corn. Seuerus in Ætna:

*Ad vitam ſanguis omnis quà commeat idem.* I

Medici tamen digeſtionem *&c.*

C 4 Poplicola) *add.* & Coriolano.

F 1, 2, 3, 4 *ſcribe ſaltem*: ſupra adſcriptum habebatur *Quinctius*. Infra *&c.*

F *vlt. add.* & Plutarchus.

## Col. II.

*Poſt* L 1 *adde hanc adnotationem*:

*Fortunæ muliebri*] Videndus Plut. extremo Coriolano, & de fortuna Rom. Dionyſ. Halicarn. Plinius trigeſimo quarto, capite octauo: & alibi Valer. Max. lib. I. cap. IX. & lib. V. cap. II. K

## Ad Pag. LXXVII. Col. I.

A 1 *poſt* Plutarchus, *inſere* in Camillo extremo.

A 3 *auge*: Floccus, ſiue is Iac. Borragius eſt, vt Robortellus exiſtimat.

B 3 *ſcr.* Nos Liuio, Plutarcho, & Valerio *&c.*

C 3 *poſt* totidem *inſere*: quæ lectio etiam tolerari poteſt. L

*Poſt* C *vlt. interpone hanc adnotationem*:

*Emancipati filii*] Valerius Max. lib. VIII. cap. VI. *dimidiam partem filio emancipauit*, pro vendidit, quomodo Iuriſconſulti ſæpe vſurpant. Iuſtin. libro. 2. Tit. X. de Teſtamentis. Plautus Curcul. & Cicero Philipp. 3.

*Poſt* D 5 *primum pone hanc adnotationem.*

*Cum ſeditioſos*] Citat hunc locum abſque M
auctoris nomine Iſidorus lib. V. Etymol. cap. I. vbi rectè in mſſ. *cum populus ſeditioſus* legitur. Nam eo tempore, vt ait Cicero 3. de Leg. ſeditioſi magiſtratus nondum fuerant.

F 2 *poſt* VI *adde*: & in Variis.

F 3 *pro* 23. *emenda* 27.

## Col. II.

K 3 *ſcr. abire coegerunt* repperterim.

L 8 Legibus) *adde*: Tuſc. 4. initio vbi Lamb. *partim* malè addit.

Ad

A ## Ad Pag. LXXVIII. Col. I.

D 2 pugnauero) *adde*: Sic enim Ammianus lib.XIX. *tranquillitas mare molliuit*.

F 4 *scr*.vertit. Sex.

## Col. II.

G 2,3 *scr*. pro fallacia vtitur: *per omnes libidinum formas incestarum cupiditatum circumegisse pellaciam.*

B *Et cum* &c.

H 3,4,5 *scr.tantum*: *desiliuit*. Quare *&c*. *omissis medijs*.

I 8 Metamorph.) *adde*: Sueton. in Claudio c. XX. & Plautus in Curculione.

M 10,11 *scr*.vt à Salustio *dubia belli*,& Floro li. I.*subita belli*,à Tacito *&c*.

M *penult.scr*. geminum est, Ammiano li. XXVII. *aperta c.*

C ## Ad Pag. LXXIX. Col. I.

B 7 *ita auctius scr.*

*Quod albis equis triumph.*] Plutarchus: τά τ᾽ ἄλλα σοβαρῶς ἐθριάμβευσε, καὶ τέθριππον ὑποζευξάμενος λευκόπωλον ἐπέβη, καὶ διεξήλασε τῆς Ῥώμης, οὐδενὸς τοῦτο ποιήσαντος ἡγεμόνος πρότερον, οὐδ᾽ ὕστερον. Hinc etiam Symmachus *&c*.

D 7 *dele* sermo habendus.

E 1 potest) *adde*: Causas autem cur in Italiam Galli Senones duce Brenno irruperint varias col-

D ligunt, Polybius, Liuius, Dionysius, & ex his Hieron. Magius lib. III. Miscell. cap. XII. & Alciatus lib. IV. Dispunctionum cap. XI.

F 4 numerat.) *adiunge*: Vide doct. Scaligerum de Emendatione temporum.

## Col. II.

H *vlt*. Strategematum) *adde*: Consule & Plutarch. in Camillo & de fort. Roman. in fine, vbi C.Pontii Coruinii strategema & industriam na-

E tando narrat, quale exemplum alibi hic ex Orosio notaui. Vbi & Polybium lib. II. citat aliter hæc narrantem, Gallos obsidionem deseruisse Capitolii, accepto nuncio suos agros vastari. In Camillo ait Plutarch. peste coactos obsidionem soluere & commeatus inopia.

I *vlt.scr*. malo. De anseribus Lucretius *&c*.

K 4 *post* XXII *add*. & de sacris D. Basilius Homil. VIII. in Hexaëmeron.

L 6 *ita auctius scr*. nihil demuto.

F *Propria manu*] *Pecunia* pro *manu* in m.ss. *manu* tamen ferri potest. Constat enim ex Plut. extr. Camillo ac Liuio vi aperta addictos exemisse creditoribus. Quod sequitur, *&c*.

M 4,5,6 *his*, Ceterum ampl. *&c*. copiosius. *omissis, substitue:*

*De saxo Tarpeio*] Vnde dictum vide Festum in *Saturno*.

## Ad Pag. LXXX. Col. I.

B 2 *post* κεφαλαίων *insere*: & Cicero Philipp. I.

D 2 *post* IV. *insere*: & Diomedes lib. II. Gram. qui in hoc Virg. hemistichio *vrbemque Fidenam* systolen ponit.

G D 3 *hostes*.) *adiice*: rectè. nam annos amplius 324 assiduè, iam septimum rebellando victi sunt, vt apud Liuium lib. IV. Mamercus Æmilius dictator in orat. sua testatur.

E vlt. *post* sic ille. *insere*: adde & Ciceronē Philipp. IX.

F 10 *post* affirment. *insere*: Mihi tamen magis prænomen esse videtur: tum quia semper Liuius *Larte Tolumnio rege*, & Auctor Epitomæ de prænominibus *Lartem Porsenam* vocat quendam, & Etruscum prænomen facit. H

## Col. II.

I 8 *Quirino*.) *add*. Virg. III. Æneid. v. 222.

> — *Diuos ipsumque vocamus*
> *In prædam partemq́ue Iouem, tunc litore curuo*
> *Extruimus toros, dapibusq́ue epulamur opimis.*

vbi Solonis legem explicat eruditè Germanus Valens, rectius quam Prateus inter Solonis Legem LXXV. I

## Ad Pag. LXXXI. Col. I.

B 5 deferatur) *adpone*: De corona autem ciuica & obsidionali videndus Agellius lib. V. cap. VI. Plinius lib. XVI. cap. IV. Sueton. in August. cap. XXV. Tacitus lib. II. & XII. Annal. ciuicam *seruati ciuis decus* vocat.

*Post* E 5 *adde hanc adnotationem:*

*Quarto cons.*] Cicer. II. de Finibus & in Catone. In Tusculanis verò ait cum Etruscis decertasse: alii cum Gallis. Orosius lib. III. cap. XXI. K

*Post* E 7 *hanc:*

*Titus Manlius*] De Torquatis vide Agellium lib. IX. cap. XIII. Stephanum Pighium in Val. Max. lib. VI. cap. IV. & Fastos.

F falsum.) *add*. Pater enim fuit L. Manlius Imperiosus. Cic. III. Offic.

## Col. II. L

K 7 *scr*. medici: & Lud. Carrio lib. II. Antiq. Lect. cap. I. *omissis his quæ vulgata*, q. s. i. f. n. i. e. a. n. r.

L 3 *emenda*, IↃXLIII. magistratum,

## Ad Pag. LXXXII. Col. II.

*Post* G 1 *præpone hanc notam:*

*Cum Consulem*] Fuit cum *Consularem* aut *Dictatorem* ex historiæ fide reposuerim, neque enim Consules eo anno CDXXIX fuisse Sigonius obseruat: Consulem tamen facit Papyrium Orosius lib. III. cap. XV. & Eutropius lib. I. Liuius quoque ambigi dicit magister'ne equitum an Consul tunc fuerit. M

G 7 *scr. iam*: qui magno

K 2,3,4 *scr*. meminit: & Ammianus lib. XXX. hist. Sed ne quem *&c*. *sine medijs*.

## Ad Pag LXXXIII. Col. I.

B 6 *Subiunge post* liceret. & in Catone inter eius scite dicta, Liuius libro quarto & nono de

A C.Marcio Rutilo Censore secund. CDXXCVIII. & CCCXIX, qui populum increpauit quod bis Censorem fecissent, quam dignitatem maiores coartassent. Valer.Max.lib.IV.cap.I.initio,& simile ibidem de hoc ipso Q. Fabio Maximo Rulliano.

B 8 *post* ni fallor, *insere* : Symmachus Ausonio : *Quasi ego cenas dapales & Saliare conuiuium, tum visceratinonem atque epulum postulassem.* Quid autem hæc differant docet è Glossario Is. Casaub. ad Suetonii Cæsarem cap. XXXVIII.
B vbi & hæc coniungit.

*Post* D 6 *interpone hanc adnotationem*:

*De Samnitibus triumph.* ] Triumphi huius meminit Cicero in Catone. Orosius lib. III. cap. XXII. & Florus lib.I. cap. XV. rei tantum in Sabinis gestæ meminerunt. Eutropius collegam eius in Consulatu anni CCCCLXIII. P. Cornelium Rufinum Samnites simul vicisse ait. Idemque quattuor elephantos primum
C Romam induxisse Lucanis deuictis refert, indeque *Lucas boues* dictos. Vide Plinium & Varronem.

D 8 *scr.* lib.I.cap.XV.

F 9 *post* III. *adde:* Vide Columellam non semel, & Ciceronem II. de Legibus, ibidemq; Turnebum.

*Post* F *penult. interpone hanc adnotationem*:

*Dicens neminem* ] Refert idem Frontinus li. IV. cap. III. Strateg vbi tamen malè *C. Curium* vocat. Non dissimile Pittaci apud Pro-
D bum in Thrasybulo, Plutarch. & Laertium abstinentiæ exemplum.

## Col. II.

G 4 *post* διπνοσοφ. *insere*: è Megacle lib. de Viris illustribus.

*Ad* G 7 *adde* : ex Iulio Higino libro de vita Virorum Illustr. & Seneca patre Controuersiar. IX.

E G *vlt.* &c. *pro his*, Vulgati cadum lign. *&c. consueuerat. substitue* : Plinius lib. XXX. cap. VI. *aquam bibere catillo* dixit. Et Apuleius Apologia I. *Diis immortalibus sympulo & catino fictili sacrificat.* Simile de Augusto refert Suetonius ca. LXXI. qui Alexandria capta nihil sibi præter vnum myrrhinum calicem ex instrumento regio retinuerat. Vulgari hic *cadum ligneum* habebant, vnde & *fagum* cudi queat. Ouidius quincto Fastorum:

*Terra rubens crater, pocula fagus erant.*

F Verior tamen scripta lectio. *Guttum* enim inter sacrificii vasa numerat Varro libro primo de vita pop. Rom. apud Nonium in Cymbia. Alii *rapa*, alii *&c.*

## Col. II.

L 8 *post* auctore *insere*: Itemque in Sidonio Apollinare sic olim *manubiis* pro *manibus* de veteribus membranis reposui libro septimo epist. VII. initio.

## Ad Pag. LXXXIV. Col. I. G

A 9, 10 *scribe saltem* : fateatur ? Video Eliam *&c.*

B 10 locat) *addito*: Iuxta hunc Tifata montem pugnasse Syllam cum C. Norbano auctor Velleius lib. II.

D 2 *procreatos*) *add.* Ad quem locum plura Læu. Torrentius noster.

D 5 *scr.* vt supra cap. XXXII. dixit:

E 6,7 *scribe & adde*: quem ex m. s. nostro emendum curauimus. Ego sic tentabam: *Quæ familia ad H. s. sunt destinatæ Potitiorum, precio corrupit.* Nam XII ea tempestate Potitiorum familiæ erant. Liuius lib. I. & IX. Val. Max. lib. I. cap. II. Et illud, *Pinariorum & Potitios Herculis sacerdotes* glossema olet. H

F 8 *post* fuit *insere*: De hac ita Sextus Iulius Frontinus libro primo, de Aquæductibus: *Aqua Appia M. Valerio Maximo, P. Decio Mure Coss. anno* XX (lege ex Fastis Capitolinis an. XXXI. & CDXLI. V. conditæ) *post initium* I
*Samnitici belli inducta est ab Appio Claudio Crasso Censore: cui postea Cæco fuit cognomen, qui & viam Appiam a porta Capena, vsque ad vrbem Capuam muniendam curauit.* Inde Brundisium vsque munita est, vt docet Strab. libro quinto, Geograph. ἐςρωμένης μὲν ἀπὸ τῆς Ῥώμης μέχει Βρεντησίου.

## Col. II.

H 6,7 *scr.* lam, percurri *&c.* K

I 3 *post* Pyrrho *insere*: meminitq; Cicero Philipp. I. & ipse Appius orat. pro Cœlio, *Pacem*, inquit, *Pyrrhi diremi.*

K 2 dixere) *adde:* Ceterum de Appii eloquentia Cicero in Bruto, & Liuius lib. X. *consultum iuris & eloquentiæ* vocat.

L 3 *post* II. *insere:* & inde Arnobius lib. vlt. aduersus gentes.

L 10, 11 *scr.* concisior: *ann.* &c.

M 7 *scr.* eius anni CDLXXIII f. L

## Ad Pag. LXXXV. Col. I.

A 1 *post* VI. *adde*: Vegetius lib. III. ca. XXIV.

A 7 *post* appellat, *insere* : & Varro libro sexto de L. Latina, quod in Lucania primum visi Romanis.

*Post* B 2 *adde* : Lactantius de opificio, capite tertio : *Potest ne igitur aliquis, cum videat etiam boues Lucas cum immanissimis corporibus seruire homini, queri de opifice rerum Deo?* vbi de vetere cod. M
glossema *vaccas* primus sustulit Erasmus. Meminit & Claudianus Mamertus lib. 2. de statu animæ cap. XVIII.

B 4, 5 *ita scribe:* non *subigere*. Plutarchus secunda pugna ad Asculum dixisse hoc refert. Eutropius lib. II. ac Plutarchus Preneste *&c.*

*Post* B 7 *adde hanc notam vtramque:*

*Quid mihi cum tali* ] Orosius respondisse ait : *Næ ego si iterum eodem modo vicero, sine vllo milite reuertar.* Mox *gratus reddidit* mss. pro *gratis*.

Eandem

A *Eandem ſibi ait*] Cineæ oratori ad Pyrrhum tribuit dictum hoc Plutarch.in Pyrrho.

B 9 *ſcr.* quoque malè coniunxit:

C 6 *poſt* quincto, *inſere*: (ſecundum Oroſium lib. IV. cap. II. Sexto vt Plut. quarto vt L.Florus eſt auctor)

D 4 *adiſta* lib.IX. *adde*: & Seruio in II. & III. Æneid. De Proſerpina Locrenſi Lactantius lib.II, cap.VII.

D *vlt ita adde*: iacta, vt noſter, quam κεραμίδα
B nominat & Strabo lib.VIII.

F vlt. *add.* Iuſtinum lib.XVIII. & Frontinum li. IV. cap.III. *& dele* & *in ea linea.*

Col. II.

G 3 *poſt* medicum *inſer*: quem Niciam corruptè opinor appellat Ælianus *Cineam* lib.XII. ποικίλ. ἱστορ.

G 5 *add.* Senecam Epiſt. 120. & Ammianum lib.XXX.

C H 2 *ſcr.* Ann.Florus, *Volſ.*

I *vlt.* & K 1 *ſcr.* L.Annæus lib.I.cap,XXI.& de Græcis Zonaras, Q.Fabium Maximum Gurg.

K 2 *ſcr.* præficiunt,

K *vltim. poſt* diuinare *inſerend.* Cicero tamen Tuſcul. III. P. Decium Murem exemplo patris & auito ſe bello Tarentino deuouiſſe.

*Poſt* L 6 *præpone hanc adnotationem*:

*Appius Claudius*] Io. Greionius ſic ex hiſtoria locum tentabat: *Appius Claudius cognomento Caudex. Is victis à M. Fuluio collega
D Vulſinienſibus conſul ad Mamertinos liberandos* &c.

M 7 *poſt* XIII. *inſer.* Et *codicariæ* vel *caudicariæ naues* apud Nonium è Varrone & Saluſtio.

Ad Pag. LXXXVI. Col. I.

C 6 *dele* nuper

C 7 *poſt* repertos *inſer.* & Pet. Ciaconiũ Toletanum, Notis ad roſtratam C. Duilii columnam quæ in Capitolio hodieque ſpectatur, & ab illo inſtaurata eſt.

E E 6 *ſcr.* Agell. etiam li. &c.

F 1 *poſt* diem *inſere*: quàm arbores cæſæ erant.

Col. II.

G 6 *add.* Vide Ioan. Brodæum lib. II. capite XXX. Miſcell. & Gyraldum ac Bayfium in Nauigiis.

G 8,9 *ita auctius ſcr.* confirmat, & Oroſius libro quarto, capite ſeptimo: niſi quod vnam & tri-
F ginta naues numeret. In quibusd. mſſ. XIV. eſt: &c.

H 1 *add.* Polybius lib.I. Pœnos in hoc prœlio L naues amiſiſſe tradit.

H *vlt. ante* Vide *præpone*: Aliter paulo hæc narrat Oroſius libro quarto, capite octauo: qui quod infeliciter pugnaſſet à ſuis lapidibus coopertum interiiſſe ſcribit. Polybius verò & Epitome Liuiana lib. XVII. à ſuis militibus in crucem ſuffixum referunt. Vide &c.

I 8 *ſcr.* Val.Max.lib. & cap.III. G

K 3 *ſcr.* L.Annæus Florus hiſt.

K 4 *add.* Plinius lib.XXXI.cap.I.

*Poſt* K 6 *interpone*: *Calatinos* à calando dictos docet Fuluius Vrſinus Romanus Notis ad orat. Cic.pro P.Sextio.

K 7,8 *ſcr.* L.Ann.Florus: *Fere* &c.

*Sic* & M 1.

Ad Pag. LXXXVII. Col. I.

A 9 *poſt* epitoma *inſere*: & in Plinio lib. XXII. H
cap.VI.

B 3 *adde*: Vide & Frontinum lib. I.

C 4 *ſcr. his additis*: locutus eſt. C.Tacitus C. Duilium primum facit qui in Africam traiecerit. Ex iiſdem mſſ. corrige, &c.

D 2 *adde & ſcr.* Oroſius vero lib. IV. cap. VIII. *oppida octoginta in ditionem ceſſere Romanis, cæſa* XVII. M. *capta* V. M. *elephanti* XVIII. *abducti.* & L. Ann.Florus lib.II.trec.&c.

D 4 *ſcr. iam*: auctores I

E 3,4,5,6 *ſcr.* Romam reuocatum *L. Manlium Vulſonem*, victorem in triumphum duxiſſe XXVII. millia captiuorũ, anno poſt R.C. CDXVII. *De perm.* &c.

F 8 *adde*: in paradoxis & in Piſonem, Liuius lib.XVIII. Eutropius lib.II. Val.Max.lib.I.c.I. Appianus & Agellius lib.VI. cap.IV. diuerſe tamen ex Tuberone & Tuditano. de Poetis Sibius lib.VI.& Horatius eleganti Oda V. lib.III. Carm. & ibi pluribus Læu. Torrentius. K

Col. II.

K 2 *ſcr.* exemplum, vt & Oroſius, & placet.

K 7 extremo ſexto,) *adde*: & lib.I. *auet Aegates abolere parentum Dedecus.*

K *vlt. poſt* capere *adde, & ita ſcribe*: Tacitus libro quarto hiſtor. Aug. *Maior pars nauium depreſſa, aut capta.* Sic & Oroſius loquitur libro quarto, capite decimoquinto, & cap.XVIII. Vide Petri &c.

K 2,3,4,5 *His*, id non puto &c. libro III. L
*deletis, ſubſtitue illa*: Immo huius federis caput erat, quod iiſdem pænè verbis Oroſius lib.IV. capite vndecimo concepit, additumque vt pro impenſis bellicis argenti puri tria millia talentorum Euboicorum æquis penſionibus per annos XX. penderent. Eadem Polybius libro tertio, qui tamen in talentis mirè variat, & Liuius libro vigeſimoprimo. Nam XXII millia & ducenta talenta Euboica ſtipendii loco impoſita ait, & ſubiicit decem legatos tempus ſtipendii mutaſſe, ac mille ta- M
lenta adieciſſe.

M 10 *ſcr.* Mendosè igitur Eutr.

M penult. *adde*: Ammianus Marcellinus libro XV.

Ad Pag. XIIC. Col. I.

A 3 *ſcr.* quod Pythœi benef.

A 5 *ſcr.* & ſcripti libri vitiosè &c.

B 2 *poſt* Eutropius *inſere*: qui cum conſentit Appianus libro de rebus Annibalis, ait ipſum

A xxxii. ab vrbe ſtadio ad Anienem caſtra poſuiſſe, id eſt, iv ab Vrbe milliari. Polybius verò lib. ix. xl. ſtadia ſiue millia paſſuum quinque numerat.

D vlt. *adde*: Varro περὶ ἐξαγωγῆς apud Nonium *Medicamentum: Quærit ibidem ab Annibale, cur biberit medicamentum. quia Romanis inquit me Pruſiades tradere volebat.*

F 1 *ſcr.* legit Pintianus ex antiq. cod. *dictæ* &c.

F 3 *poſt* Meſe *inſere*: In mſſ. Hieron. Suritæ Hiſpani ſic repperi: *propter ordinem erunt. Nomi-*
B *na ſingulis* &c. vnde leg. *propter ordinem earum.*

F 10 *poſt* noct. *adde*: Scribitur autem in Capitolinis marmoribus *Verrucoſſus*, ſic dictus, ait Plutarch. ὅτι ἀκροχορδόνα μικρὰν ἐπάνω τοῦ χείλους ἐπιπεφυῖαν haberet. Vide ἀκροχορδὼν apud Galenum in definitionibus Med. De *Ouicula* idem Plutarch. ὁ δ' ὀβικούλας σημαίνει τὸ προβάτιον. ἐτέθη δ' πρὸς τὴν πρᾳότητα τοῦ ἤθους ἔτι παιδὸς ὄντος.

F *vlt. poſt* Genuam *ſtatim add. ſeq. adnotat.* G 4 *omiſſis mediis.*

C

## Col. II.

*Poſt* G 7 *inſere hanc adnotationem*:

*Ob amorem mulieris infrequenti*] *Infrequens* militare vocabulum Liuio, Auſonio, Plauto & aliis. Cornificius ad Herennium li. iv. *prætereo, quod militia te infrequentem tradidiſti.* A- G
gellius lib. xvi. cap. iv. *Miles, cum die, qui prædictus eſt, aberat, neque excuſatus erat, infrequẽs dicebatur.* Feſtus: *Infrequens appellatur miles, qui abeſt, abfuitque à ſignis.* Plura doctiſſ. Lipſius noſter lib. v. Antiq. Lect. cap. iv. & lib. v. de militia Rom. dial. viii.

H 2 *iſtam adnotationem præpone*:

*Matrem Deum*] Hinc quidem colligũt Scipionem Naſicam non ſolum Megalenſes ludos inſtituiſſe, ſed & templum Matris Idææ H
dedicaſſe, etſi id neget Ouidius lib. iv. Faſtorum:

*Naſica excepit, templi non exſtitit auctor;*
*Auguſtus nunc eſt, ante Metellus erat.*

Quare priorem Naſonis verſum ſic tentabat Pomp. Lætus:

*—templi tunc exſtitit auctor.*

H 3 *ſcr.* ſuperiora ad patrem.

K *ſcr.* I. C. l. 2. de origine iuris. Cic. *&c.*

K 4 *ſcr.* Valer. Maxim. libro vii. cap. v. quod I
*&c.*

K 5 *adde*: Quoniam verò errauit in Scipionũ, ſcriptor hic noſter, &, vt dixi, Valerius Maximus ac Liuiana Epitome, idcirco apponam integre è doctiſſimi Sigonii Emendat. lib. ii.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| P. Scipio Nasica, qui adoptatus à Q. Metello Pio, Q. Metellus Pius Scipio dictus eſt: Coſ. IↃCCI. Cicero 6 ad Attic. Pro domo ſua & in Bruto. | Pater P. Scipio Naſica. | Auus P. Scipio Naſica orator, Coſ. IↃXLII. Vxor Cæcilia Macedonici filia. | Proauus P. Scipio Naſica Serapio Coſ. IↃCI. | Abauus | Paternus C. Lælius Coſ. IↃCXIII. |
| | Mater Licinia filia C. Lælii. | Auus maternus L. Licinius Craſſus orator Coſ. IↃCLVIII. Eius vxor Mucia filia C. Lælii. | Proauus maternus Q. Mutius Scæuola Augur. Coſ. IↃCXXXVI. Eius vxor Lælia filia C. Lælii. | | Maternus P. Scipio Naſica Corculũ Coſ. IↃXCI & IↃXCVIII. |

D K E L

## Ad Pag. LXXXIX. Col. I.

*Poſt* A 2 *interiice hanc notam*:

*Apud Nolam*] Lego *Annibalem apud Nolam primus* &c. ex Valerio Max. lib. i. c. vii.

F B 6 *adde*: Quinctã etiam appellat Cicero pro M. Cœlio, & de Aruſpicum reſponſis, & Lipſius noſter lib. de Veſtalibus.

*Poſt* C 7 adde hanc notam:

*Ut ſi pudicam*] Lactantius lib. ii. ca. viii. *Ut ſi ſe ſanctam iudicaret, ſuum cingulum ſequeretur.*

E 6 *ſic auctius ſcribe*: *obtinuit*, aut ſic; *ſortitus eſt* aut *rexit.* vel *ſubegit* retinendum & pro tenuit aut rexit interpretandum. vel potius *delegit* reponerem, vt affine magis. exigente id *&c.*

## Col. II.

G 6 tabulis) *adde*: nam apud Appianum mendoſe legitur Ἀκίνιος pro Ἀκίλιος.

G 8, 9 *ſcr. Conſularem.* Hoc tamen verum. Nã M
apud Ciceronem Cato ſeptem annis poſtquam Coſ. fuiſſet, ſenatu illum eieciſſe narrat.

*Quod ille* &c.

H *adde poſt* Antias famoſam mulierem fuiſſe.

H 9 *ſcribe*: *&c.* nam Gallum transfugam fuiſſe Liuius *&c.*

I 2 *ſcr. & adde*: in Catone & in T. Quinctio Flaminino.

K 6 *dele* nuper

L 3 *pro* aliquando *repone* hîc.

L 8 *vſque ad* M 7 *omnia ſic reſcribe*:

*Poſt*

A *Post octoginta*] Aldinus codex, eumque ſecuti reliqui *octuaginta*. Septuagenarii viri generant, inquit Ariſtoteles lib. VII. Animal. & in Politicis lib. VII. cap. XV. Cato tamen octogenarius filium è Salonii clientis ſui filia. Plinius lib. VII. cap. XIII. & Solinus. Plutarchus icciroo nuptias eum contraxiſſe ait ὁ καθ' ἡλικίαν. Et Maſſaniſa poſt octogeſimum ſextum annum filium, qui Methymnus appellatus ſit. Valerius lib. VIII. cap. XIV.

B *Imago huius fun. gratia*] Aldinus cod. *imago cuius* &c. Malo tamen *ſolius* aut *vnius*. Vnienim hoc honoris gratia tributum vt eius è curia imago in funus produceretur, vt auctor eſt Val. Max. lib. VIII. cap. XVI. Vnde hic locum vt mutilum inſtaurare doctiſſ. Pighius tentauit, *imago eius funeris gratia è curia produci ſolet*. Ceterum de imaginibus quæ comitabantur gentilitia funera lege Plinium lib. XXXV. ca. II. & Corn. Tacitum lib. III. Annal. extremo.

C Viſum autem fuit *&c.*

*Ad verſ. vlt. adde*: Nam Porciæ gentis ſtemma texuit egregie Agellius lib. XIII. cap. XVIII.

## Ad Pag. XC. Col. I.

B 5 *natus ſum*) *adde*: quam & in veteribus ſe reperiſſe libris Aldus Manutius teſtatur.

B 8 *ita reſcribe*: quartum Conſule. Cor. Nepos. XIX. alii numerant, vt altero à primo conſulatu Fabii anno natus ſit Cato.

D C 2 *ſcr.* Ætatis XXII. ad Tarentum *&c.*

D 7 Africano) *add.* in Africa proconſule, *& ad oram*: Liuio an. V. C. DL. Quæſtor Cato.

E 4 Coſſ.) *add.* Quem locum recta interpunctione & collocatione ſanat And. Patricius in lib. II. M. Tullii de Rep. *Fabio quartum Coſ. adoleſcentulus miles profectus ſum ad Capuam, decimoque anno poſt ad Tarentum quæſtor. quem magiſtratum geſſi Coſſ. Tuditano & Cethego. Deinde ædilis, quadriennio poſt factus ſum prætor, cum quidem ille admodum*

E *ſenex ſuaſor Legis Cinciæ de donis & muneribus fuit.* Lambinus in Probum bis quæſtorem fuiſſe exiſtimat. non ſequor, quem & in Ciceronis Catonem vide.

F 1 *ſcr.* Pr. quadriennio pòſt Sard. prou.

F 3 *poſt* deduxit *interſer*: à quo & poſt Græcas ſenex admodum litteras didicit. Val. Max lib. VIII. cap. VII. Plinius libro VII. cap. XXX. D. Hieron. epiſt. ad Nepotianum.

F 9 *poſt* cõmigrarat. *interiice*: Vegetius lib. I. c.

F III. (vt Modius quidem legit) & lib. I. capite VIII. Hic eius abſtinentia eluxit, & frugalitas.

## Col. II.

G 2 pro *alii* ſcribe: *Val. Max. lib.* IX.

G 8 *ſcr.* Legatur (vt Cicero memoriæ vitio, Trib. militum) Manii *&c.*

G 9 *poſt* conſules *inſer.* occupatis Thermopylarum iugis præſidium hoſtium depulit. Cicero in Cat. Maiore, Liuius lib. XXXVI. Appianus, Plutar. Iuſtinus lib. XXI. Feſtus in *Ordinarium*. & Soſipater ex orat. dierum dictarum de Cõſulatu ſuo: *Item vti in Thermopylis atque ex Aſia maximos tumultus maturiſſimè diſieci atque conſedaui.* Idemque G Cato in ea quam ſcripſit de ſuis virtutibus contra Thermum: *M. Fuluio Conſul legatus ſum in Aetoliam: propterea quod ex Aetolia complures venerant, Aetolos pacem velle.* Feſtus in *Oratores.*

H 2 *ſcr.* L. Quinctium Flamininum,

H *pen. ſcr.* *Max. li.* 2. *cap.* 9. &c.

I 1 add. *Seneca Rhetor Controu.* 25

I 6 *add. Val. Max. lib.* VIII. *cap.* VII. non *vt Liuius lib.* XXXIX. *& Plutar.* nonagenarius.

K 6 *poſt* natum *inſer.* Coſs. P. Cenſorino & M. H Manlio. *Vell. Paterculus.*

K 7 *ſcr. Plinius lib.* 14. *c.* 4. *natur.*

*Poſt* M 9 *adde hanc adnotationem*:

*Caput Aſdrubalis*] Exemplum huius ferociæ & animi aliquo modo inſultantis hoſtib. apud Homerum de Aiace Oilei F. caput Imbrii abſciſſum coniiciente in mediam aciem Troianorum, quod forte cecidit ante pedes Hectoris. Iliad. ν. Pet. Victorius lib. XXVII. variarum lect. cap. XXII. I

## Ad Pag. XCI. Col. I.

B *vlt. pro his*, deinde: *matri ipſi. ſcribe*: Iouis autem filium creditum fuiſſe auctor Plinius lib. XVI. cap. XLIII. Liuius lib XXVI. Val. Max. lib. III. c. I. vide & Agellium lib. VII. cap. I.

C 6 *adde*: Notandum autem hic ὕστερον πρότερον ſchema, ſic concinnandum: *Clade Cannenſi reliquias incolumes per m. h. c. Can. perduxit. Nobiliſſimos iuuenes* &c. Illud autem P. Sempronio Tu- K ditano potius attribuit Liuius lib. XXII.

*Carthaginē*] *nouam* amplius vett. libri, vt ab Africana diſtinguatur. Illa ϲπαρτογένη eſt Appiano Alexandr. qui eam turpi errore cum Sagunto confundit. vide Geographos.

D 3 *Luceium*) *adde*: vt & Front. lib. II. cap. XI.

F 4 *ſcr. A Petilliis*

F 7 *ſcr.* li. 4. cap. 18.

F 9 *poſt* referunt *inſer.* Plutar. item in Catone & Apophth. Πεντακισ numero multitudinis vocat, L & duos fuiſſe, auctor in Syriaca Appianus.

## Col. II.

H 4 *ſcr.* Ego vero illud abiud.

H 6, 7, 8 *ſcr.* & QVARE repono ex Valerii Probi Notis Q. B. F. .i. QVARE BONVM FACIVM. probaturque T. Liuii lib. XXXVIII. verbis & Valer. Maximi lib. III. cap. VII. Eſt autem bene pr. in iud. vſurpari, & Edictis f. b. o. c. proponi ſolita.

I 9 *add.* Vide Iſidorum li. I. Etymol. cap. XXII. M

I *vlt. ſcr.* Fuit qui leg. putaret *Bonum* &c.

K 6 *adde*: Nihil tamen demuto.

K 8 *adde*: Sic Plutar. & Strabo. Liuius verò lib. 38. Romæ mortuum ait. At lib. 45. Linterni domum eius fuiſſe.

*Moriens ab vxore*] Elogium teſtamenti fuit vetantis ne in patriam ingratam oſſa referrentur, de quo Seneca lib. de benef. v. ca. XVII. & Val. Max. lib. v. cap. III.

*Ante L primum præpone*:

*Liuius Salinator*] *Salinatoris* cognomen illi datum, quod Cenſor vectigal nouum ex an-

A nona salaria populo Rom. imposuerit. Liuius lib.xxxix. Salinas primum instituisse & populo salis modia sex millia in congiario dedisse Ancum Martium, auctor Plinius libro xxxi.cap.vii.& supra cap.v. Post exactis Regibus, vectigal illud sublatum. Liuius lib.ii. ab V.C. Sed Salinator in Censura iterum imposuit: vt dixi.

L 9 *scr.& adde:* administranda, vt priuata odia
B publicis vtilitatibus remittant, vti lib i. Annal. Tacitus ait.

L *vlt.& M.dele* Traiano discipulo.

## AD PAG. XCII. COL. I.

A 5 *add.* Plutarchus etiam vbique corrupte φλαμίνιον vocat, nisi operarum error.

A 8 *scr.Charopis* cum spiritu. Aff.

C 6 *post* est *infer.* Val.Max.lib.iv. cap.viii.

C C 8 *dele*, exhib. lud. refert.

C 9 *scr.* Pindaro, Archia poeta, aliisque

E 6,7 *scr.* Ita emendandum Sigonio videbatur. In Mediol.

F 2,3,4 *ita rescribe*: Monstra verborum, ex quibus veram lectionem, ni fallor, *elicio*: *Prætor Vettonas, Oretanosque superauit.* Nam de Vettonibus diserte T.Liuius lib.xxxv. scriptum reliquit à Fuluio Nobiliore fusos fuisse apud Carpetanos. Ex
D *Ettanos* quod in M.S. erat *Vettonas* exsculpo, Oretanos retineo. quamuis nulla de his apud Liuium mentio, quod verisimile quia non longe à Carpetanis abessent, cum illis dimicatum. Suntq; Geographis omnibus & historicis noti Oretani. Vulgata l.

F 11 *add.* Prætura autem in A.V.C.IↃLXII.cadit. Consulatus IↃLXIV. Legendus Orosius lib. IIII.cap.xx.

E

## COL. II.

I 6 *dele* Nepos.

K 6 pugnauit) *add.* Eadem autem ad verbum legas apud Orosium lib.iv.cap.xx.

*Post* M 8 *adde hanc adnotat.*

*M.Cato Censor*] Liuius lib.47 Scipionem à Catone allatrari solitum refert, & ex illo Fabius lib.viii. cap.vi.

F

## AD PAG. XCIII. COL. I.

A 7 *add.* De Antiocho autem qui Scipioni Africano minori dona miserat, Cicero pro Deiotaro, vbi tamen Attalum pro Antiocho μνημονικῷ ἁμαρτήματι nominat.

B 2 *scr.* Cicero in Catone Maiore: *Epul.*

*Post* B *vlt. adde hanc adnotationem:*

*Occisus est*] Strabo li.xvi. interfectum à Barbaris cum templum Beli spoliare conaretur: D.Hieronymus in xi. Danielis, cum aduersus Elimæos pugnaret cum omni exercitu deletū ait. Aliter Iustinus lib. xxxii. adhibito exercitu nocte templum Didymæi Iouis aggressum, concursu insulanorum cum omni militia interfectum.

D 3 *scr.* appellatur, de qua Valerius li.vi.c.i. & raptor Tribunus militum est Plut. non Centurio,

E 4 *scr.De Lig.tr.*] Sicut de Illyriis primo consulatu, pater huius triumphauit. De hoc sic Vell. G

F 4 *Post depulsum add.* Tale dictum Camilli. Val. Max.lib.i.ca.vi.& de Paulo Aemilio ibidem.

## COL. II.

G 8 *post industriæ inser. Continentia* certè & *abstinentia* in eadem ferè vsurpantur re à Cicerone & Val.Max. qui lib.i.ca.iii. titulum habet *De continentia & abstinentia* & Valla lib.iiii.ca.xli.Ele- H
gant. *Continentiā* pro ea virtute, quæ libidinem auaritiamque coërcet, Cicero vsurpat lib.i.Epist. ad Q.fratrem: *Quid est*, inquit, *negotii continere eos quibus præsis, si te ipse contineas.* Nam paulò post, *Tutum pecuniarum voluptati, tum omnium rerum cupiditati resistes, vt facis.* In Maniliana verò pro ea, quæ auaritiæ inimica esset: *Neque enim potest exercitum continere is Imp. qui seipsum non cōtinet.* Mox de *Temperantia*, quæ voluptates reprimit, agit. A- I
lias *continentia* generalius est & *abstinentiam* comprehendit. *Temperantia*, ab alienis; *continentia* à libidine & voluptate abstinet.

K 4 *scr.* restituere ex Liuio tentab.

K 9 *captiu.) adde*: Vel pro *Gallia* affini voce *Gallæciam obtinuit* quis substituat, quod in *Galliam* deprauatum. Lege & Sebast. Corradum in Brutum Ciceronis & Appianum in Ibericis, Orosium lib.iv.cap.xx. K

K 9 *scr.* Plutarchum in Problem.& in vita Romuli.

L 4 *scr.* Iulii F. summo ing.

## AD PAG XCIV. COL. I.

*Post* A 5 *adde hanc adnotat.*

*Censor libertinos*] Idem Cicero i. de oratore refert. Liuius verò xliii.extr. quod in recensendis Equitibus tristis admodū & aspera eorum Censura fuisset, multisque equum ademissent, equestrē ordinem offendisse, P.Rutilium Trib.pl. patronum causæ suæ nactos. L

*Post* A 7 *hanc*:

*Ob quod à populo*] *Popillio* repono. Nam M. Popillius ex Liuio lib.xliii.& Val.Max.li.vi. cap.v. etsi in Steph.Pighii editione hodie *Rutilius* legatur. De quo Tacitus lib.iii. Annal. & in Oratorum Dialogo. De re autem sic M. M
Tullius vi. de Rep. apud Agellium lib.vi cap. xvii. *Quod quidem eo fuit maius, quia cum in causa pari collegæ essent, non modo inuidia pari non erant, sed etiam Claudii inuidiam Gracchi caritas deprecabatur.*

B 7 *scr.* L. Ann. Florum lib.

B *vlt. post* rectè *inser.* Vide Appianum in Ibericis, Eutropium lib.iv. aliosque.

C 3 *dele* etiam

E 1 *scr.* scriptis ac Suida & Velleio lib.i. & ii. extr. comprobare.

E 6 *pro* Eclog.i. *scribe* Sat.i.

*Post* E *vlt. insere*: Vsus & Polybio familiariter historicorum Græcorum principe. Suidas & Velleius lib. i.

*Duos s.p.e. seruos*] Quinque refert Athenæus lib.vi. Δειπνοσοφ. his verbis: σώφρονες ἦσαν ὦ

παῖς

A πάντα ἄελγοι οἱ ἀρχαῖοι Ῥωμαῖοι. Σκιπίων γοῦν ὁ Ἀφρικανὸς ἐπίκλην, ἐκπεμπόμενος ὑπὸ τῆς συγκλήτου ἐπὶ τὸ καταστήσασθαι τὰς κατὰ τὴν οἰκουμένην βασιλείας, ἵνα τοῖς προσήκουσιν ἐγχειρισθῶσιν, πέντε μόνους ἐπήγετο οἰκέτας, ὡς ἱστορεῖ Πολύβιος καὶ Ποσειδώνιος. Plura de his Io. Alex. Braſſicanus Adagione *Sannione domi relicto.* Ceterum de ſimili Romanorum veterum continentia, Cicero in Maniliana, pro Flacco, & Verrina VI. Val. Max. lib. IIII. cap. III. & nos alibi ex M. Porcio Catone & Plinio Maiore lib. VII.

B F 9 *vendidit) adde*: Vtitur & Liuius lib. XXXI. Tacitus XIII. Annali. Florus lib. IV. cap. XII.

### Col. II.

H 4 *ſcr.* Plinius lib. XXXV. cap. IV.

H 8,9 *ſcr.* Val. Max. lib. I. cap. VII. Floro abbreuiatore, Oroſio lib. V. c. VII.

*Poſt* I 1,7 *add. iſta*:

*Exercitum Popilii* ] Ita lego parua facta immutatione. Vulgati *Pompeii* procliui errore, vel *Pompilij*. Dictus autem *M. Popillius Lænas.* Appianus & Oroſius lib. V. cap. IV. C

K 7 *adde*: Sed rectè legitur: tantum illud de auſpicato in vrbem deducto alibi collocandum videtur ex Oroſio lib. V. cap. IV. & V. Plautus Epidico: *Virtute atq; auſpicio Epidici cum præda in caſtra redeo.*

*Præturam poſtea conſ.* ] Anne Conſularis Prætor fit? Nimitum probri cauſa ordine motus, vt eum recuperaret, præturam alteram gerebat, vt ab integro honorum gradus faceret ſublato probro, vti apud Saluſtium Catilinario Corn. Lentulus Sura, & Cic. III. Catilinaria de ſecunda prætura. Simile in Liuio exemplum extr. lib. X. de Papirio Curſore. Vide Notas noſtras ad Metellum Pium & l. 4. D. de captiuis & poſtliminio reuerſis, & l. fin. D. de legationibus, & Cic. in Topicis. D

L 3 *poſt* cognatione *inſer.* Vide Suidam.

M 4 *pro* Emendator *reſcribe* Corrector

E M 8 *adde*: Ioan. Greionius profeſſor Pariſinus coniecerat, *accepto ipſe veneno interiit.* Nec diſplicet.

### Ad Pag. XCV. Col. I.

A *vlt. add.* Reſtitue *Areuacos*. quod opidum hodie vna littera mutata *Areualo* nomen retinuit, meminitque Plinius lib. IV. ca. XX.

B 2 *ſcr.* L. Annæus Florus, Vell.

B 4 *iſta ita reſcribe*: Valerius Max. plerumque

F *Trebiam.* Male itaque operæ *Contebriam* per oſcitantiam euulgarant, vt in Theſauro Geographico diligens Ortelius noſter in dict. *Centobria* notarat, qua etiam Val. vtitur lib. V. cap. I.

D 4,5 *ſcr.* qui fuerunt. I. Q. Cæcilius *&c.*

D 6 *ſcr.* II. L. Cæcil.

E 9 &c. *pro his*, Illud *&c.* vapulant. *ita repone*: Quod autem L. Cęcilium Metellum Delmaticum ſupra agnominaui, doceor ab huius æui eruditis Diadematum potius cognominãdum videri, Turnebo in iocos Ciceronis, Lambino ad Æmilium Probum, Stephano Pighio in Val. Max. lib. VII. c. I. Fuluio Vrſino in orationem Ciceronis ad Quirites

G poſt reditum. Idque auctoritate Plutarchi in Coriolano, vbi hoc ipſum Xylander obſeruauit, itaq; Plinium emendat lib. VII. idem Turnebus.

*Latus eſt* ] *Elatus* repono. Efferri enim funera dicuntur, quod vel pueris notum.

### Col. II.

G 8 *ſcr.* Ab Annæo Floro C.

*Poſt* G vlt. *adde hanc adnotationem*:

H *Smyrnæ exſulauit* ] Hæc inter cetera Auctoris huius ἁμαρτήματα numeranda. Rhodum enim in voluntarium exſilium ſeceſſit. Epitoma Liuii 69. & Plutar. Deceptus fortaſſe nominis affinitate, quod P. Rutilius, non Q. Cæcilius Smyrnæ exſulauit. Cicero pro Cor. Balbo & in Bruto.

H 5 *adde*: obſeruatum hoc poſtea comperi à Sebaſt. Corrado in Brutum Ciceronis, vt ſua illi laus reddatur, & à Martiali Rogerio in Lælium Cicer.

H 6,7 *ſcr.* admonuerat I

K 7 *his deletis* quare pr. retin. *repone iſta*: Venio tamen in eam ſententiam, vt reſcribendum ita exiſtimem: *Metellus L. Lucullum ſororis ſuæ [ Cæciliæ ] virum laudare noluit* &c. L. enim Lucullum, patrem illius Luculli, qui cum Mithridate bellum geſſit, ſororis Metelli Numidici virũ fuiſſe & furti condemnatum auctor Plutarch. in Lucullo, vt vidit idem Corradus in Brutum. Vulgarem tamen in auctore noſtro lectionem retinere Pighius videtur Valerii ſui auctoritate lib. I. cap. VI. vbi *Cæciliam Metelli vxorem* accipit, vt in via Appia vetus ſpectatur inſcriptio alterius Cæciliæ hoc modo: K

CÆCILIÆ
Q. CRETICÆ F.
METELLÆ. CRASSI.

L 7 *ſcr. & add. Pompædius*, apud Plutarch. in Apophth. Πομπὶς Σίλωνος. In Mario Ποπλὶς Σίλωνος, corruptè vtrobique. Atque non ignoro &c. L

### Ad Pag. XCVI. Col. I.

A vlt. *poſt* Cæſar *inſer.* Sueto. cap. XIII.

E 4 *ſcr.* gerendo, vt Varro, vel à gracilitate, vt Soſipater, deriuant, itaque ſcribit Scaurus.

E 8,9 *pro his* Paullus Oroſ. al. n. *&c.* memoria. *repone*: Gracchanæ ſeditionis cauſam vide apud Plutarchum, Liuium, Velleium lib. II. Appianum & Oroſium lib. V. cap. VIII.

F 10 *ſcr.* Emphyl. I. μηδένα τῶν πεντακοσίων πλέθρων πλέον ἔχειν. Sic & Plut. M

F 11 *dele* & Vel. Paterc. lib. II.

### Col. II.

H 8 *dele*, ne quær. fatig.

L 4 *adde hanc notam*:

*Familia ageretur* ] Sic *caput agi* dicimus eleganter. Cicero in Lælio: *Minus iuſta amicorum voluntates adiuuandæ ſunt, in quibus eorum aut caput agitur aut fama.* Quam etiam lectionem confirmat Agellius lib. I. cap. III. Vulgati *de capite* ſubſtituerunt. Terent. Heautont. *Non nunc pecunia agitur*: quo-

A modo & in Phorm. leg. videtur Actu 4. Cicero pro Cæcina: *Agitur ius ciuitatis, bona, fortunæ omnium ciuium.* Cato VII. originum: *Multa me dehortata sunt huc venire, anni, ætas, vox, vires, senectus: Verum cum tantum Remp. agi arbitrarer.*

Ad Pag. XCVII. Col. I.

A 7 cap. II.) *adde*: Simile apud Liuium lib. 34. *Clamitans, vt qui saluam Remp. vellent, auctorem & ducem libertatis sequerentur.* Et Marcus Æmi-
B lius Lepidus consul orat. ad populum Romanum, vt arma contra Sullam Dictatorem capiant, lib. I. Historiarum Sallustii, *Adeste*, inquit, *Quirites, & bene iuuantibus Diis M. Aemilium Cons. ducem & auctorem sequimini ad accipiendam libertatem.*

*Post* C *primum insere*:

*Caius Gracchus*] Hac de re Gracchus ipse apud Agellium lib. XV. cap. XII. *Cum rediret ex Sardinia*, inquit Agellius, *de sua parsimonia &*
C *continentia hæc protulit: Cum Romæ profectus sum, Zonas quas plenas argenti extuli, eas ex prouincia inanes retuli.* Meminit & Symmachus lib. IX. epist. 39.

*Pestilentem Sardiniam*] De *Sardinia* aëris insalubris ac pestilentis, sic Martialis lib. II. vt omittam Claudianum li. II. de bello Gild. fine.

*Nullo fata loco possis excludere, cum mors*
*Venerit in medio Tibure Sardinia est.*

Cicero lib. VII. epist. 24. ad Fabium Gallum:
D *Id ego in lucro pono, non ferre hominem pestilentiorem patria sua.* Habita tamen est pinguis, & soli vberis *Sardinia*. Horatius libro I. od. XXXI. *Sardiniæ segetes feraces*. Vide Strabonem lib. V.

D 5 I.Ctus) *adde*: Quid si *leges eius abrogante* reponas ex Orosii lib. V. cap. I. Dandi tamen casu dixit Ouidius lib. II. Trist.

*Et nimium scriptis abrogat ille meis.*

E nisi quis *obrogat*, leg. ibi censeat, vt apud Liuium in M.ss. doctiss. Pet. Pithoeus obseruauit libro IX. Annal. *Vbi duæ leges sunt, semper antiqua obrogat noua.* Et Cicero apud Lactantium lib. VI. Diuin. Instit. *Huic*, inquit, *legi neque obrogari fas est, neque derogari ex ea aliquid licet, neque tota abrogari potest.*

E *scribe*: Rectè in mss.

E 6 *scr. talum intorsit*,

E 8 exscripsit) *adde*: *Telum* autem etiam deprauatum in auctore de bello Hispaniensi, pro quo
F reponendum *talum*.

*Post* F 3 *insere*.

*In lucum Furinæ p.*] Libri vett. *Furriana*. quod abnuo. De *Furina* Dea M. Terentius Varro lib. IIII. & V. de ling. Lat. Ful. Vrsinus Notis in librũ III. Cic. de Nat. Deorum *Forina* legi vult, ex antiquo lapide.

*Euphori m. int.*] *Euporus* vocatur à Paterculo, & Macrobio lib. I. cap. XI. *Philocrates* à Plut. in Gracchis & Val. Max. libro VI. cap. VIII. qui & *Euporum* nominatum ab aliis refert.

Col. II.

H 9,10 *scribe*: *luxuriam exprobrans* (alii *opprobrans*) *muriam de turdis* &c.

I 7,8 *scr*. Cos. Liuium, non à se, sed à turdorum sanguine suffoc.

I 9 *vsque ad* K 3 *ita scribe*: vt Apicii, & Martialis. De *Muria* nos pluribus in Obseruationum libris. Nam quæ hic interpp. de diuinatione, *&c.*

L 1,2 *hæc*: Infra *i. A. m. m.* e. a. r. *dele, & adde*:

*Morbo comitiali*] De quo Plinius lib. 25. c. 5. & Agellius 17. c. 15. Sueton. de Cæsare c. 45. De caprino sanguine ibidem Plinius lib. 28. c. 9. extremo. Taurino extinctus Themistocles. auctor Cor. Nepos. Mox *in Albano monte*: *monte* ex antiq. redundat. H

M 1 Colon. habet) *adde*: itaque dictas à Sestio ait Robortellus, quem refellit Sigonius lib. I. Emendat. cap. VI.

M 4 Paterculus scribit) *adde*: & in Hercule Prodicio omnis antiquitatis peritissimus Steph. Pighius.

M 6 *scribe*: in Ann. Flori m. ss. *&c.* I

M 8 *scr.* in quibusdam rep.

Ad Pag. XCVIII. Col. I.

B 9 *immemor*) *adde*: Veteres subiungebant & dicebant *sub dio cælo*, vt Caper annotat in Orthographia.

C 9 abbreuiator) *add.* & Oros. lib. V. cap. XXI.

D 3 occideret.) *add.* Vide & Velleium lib. I. & Iunium Hadrianum lib. III. cap. XII. Animadu.

E 9 Neronis.) *add.* Val. Max. lib. V. cap. II. de Q. Terentio Culeone. & li. VIII. c. VI. de C. Mario. K

F 3 loquens) *add.* & Iacobus Ræuardus lib. de auctoritate prudentum.

Col. II.

*Post* H 2 *insere*:

*Ilium*] Intra vndecimum ab obsidio diem Ilium occupauit. Strabo lib. XIV.

H 5 probo,) *add.* ex Orosio lib. XV. cap. XIX.

I 5 commemoratur) *add.* vt & à Cicerone in Officiis. L

I 7 *scrib.* lib. m. ss.

I *vlt. dele ista*: De vect. a. n. a. c. habeo. *& dein scribe*: Venatorem Florus disertim & in historiæ Rom. compendio & in Liuii epitoma 52 vocat. Verum *&c.*

K 8 exercitum) *add.* Vulgatam etiam lectionẽ tuetur Oros. lib. V. c. IV. *postremo*, inquit, *exercitus prætorum & Consulum Romanorum vincendo, fugando, subigendo, maximo terrori Romanis omnibus fuit.* M

L 4 Eutropio.) *add.* C. Vetilius (vt vocat Appianus in Ibericis, vel M. vt Liuiana epitoma) ante Cl. Vnimanum à Viriatho captus & interfectus est. Liuius, Diodorus, Appianus. Orosius fuga euasisse ait.

L 8,9,10 *ita scribe*: quales in hoc auctore animaduerti plurimos. Scripserat ille *&c.*

M 4 *dele*: Græci n. l. ad m. n. sunt.

Ad Pag. XCIX. Col. I.

A 6 *scribe*: in Flori historiarum m. ss. libro *&c.*

C 2 *distingue*: *vsurpatur*; *Pr.*

A C 9,10 *dele.* & ex à ſ.iur.

E 2 putat.) *adde:* lib.xxiv. Aduerſ.cap.23.

E 5 *condormiſcit*) *add.* Idem Moſtell. *Ecce autem hic depoſuit caput & dormit: Suſcita.*

F 4 *ſcribe* orat.doctiſſ. *omiſſo* ceteroquin.

F 8 maioribus) *adde:* Vide exempla ſimilia apud Val.Max.lib.5.c.4.

Col. II.

G 3 *ſcribe:erro.*

B G *vlt.* & H 1 *ſcribe:* prouinciarum.Suetonius in libro de Ill.

H 3 *diſtingue: corniculo, mox*

H 7 Strategem.) *add.* ca.14. Apud Suetonium quoque in Domitiano cap.xvii. *Clodianus Cornicularius* quidam eſt. Vide ibi Torrentium, & Turnebum li.v.c.x. Bapt. Pium ca.77. Annotat.poſter.

I 7 *diſtingue:* Salluſtius.m.ſſ.o. *Iug.*

I 9 *ita ſcribe: Leg. Calpurnio* ſcribendum ſuadet Salluſtius. Sic enim Iugurth. *Calpurnius* &c.

I 10 *ſcribe: homines nobiles,factioſos.*

C K 9 L 1 & *pro his:* Quæ ideo &c. loco. *ita repone:* Quo loco *tamen* pro *tandem* poſuit: quare nihil muto. Sic enim & Nonius Marcellus explicat ex iii. Hiſtoriarum eiuſdem Salluſtii.

*Poſt* M 1 *adde:*

*Sedentem iuſſit aſſurg.* ] Etiam *equo deſcendere* à lictoribus iubebantur. Exemplum apud Val. Max.lib.viii. cap.v. Plura de hoc ritu Iuſtus Lipſius noſter in Electis diſſeruit.

D *v.pen.*vidi.) *adde:* à M.Muluio, cuius apud Ciceronem mentio xiii. ad Atticum, & ſic Val. Max. lib.viii.cap.1.ex vett.libris reſtituendus.

Ad Pag. C. Col. I.

*v.* 3 *ſcr. Varius Sucron.* Sic lego.M.ſſ.o.

B 4 *diſtingue: Innixus* (inquit Pedia.) *anno*

C 4 eſt.) *adde:* Extat in agro Valentino mentio *Variorum* familiæ hac inſcriptione.

D. M.

L. VARIO PROCLO AN. XV

E VARIA PROCLA FILIO

PIENTISSIMO.

Abeſt autem hic lapis non longè à porta Sucronenſi, quæ Valentia Sucronem ducebat, qua Sætabim ibatur, vt docet Strabo: ſiue ſit *Sucro* oppidum maritimum, quod nunc Culléra, cui proximum Suéca: in quo veſtigium nominis corrupti apparet: ſiue ſit, quæ nunc Alzira amphipolis Conteſtanorum: ambit enim illam fl. Sucro. Eſt enim oppidum hoc multis antiquitatis monumen-

F tis inſigne, nec procul à mari remotum.

D *vlt.* Appiani lib.1.) *adde:* qui Νώνιον nominat. & *ibid. ſcribe:* vocat: quamquam in vulgatis Plutarchi libris corruptè ὁ ἐνίου φόνος pro ὁ νονίου legitur.

E 2 *ſcr.* L.Ann. Florus Val.

F 2 Herennium) *add.* qui aliter hæc narrat.

F 10 *ſcribe:quaſi tonuiſſet*

Col. II.

G 2 *ſcribe:* Annæo Floro, Appiano lib.1.& Oroſio li.v.cap.xvii. & G 3 *dele iſta,* & Oroſ.l.5.c.17.

G 9 *dele:* Ventum &c. *vſque ad* H 3

I 3 Catil.) *adde:* & in fine orationis Philippi aduerſus Lepidum lib.1. Hiſtoriarum. G

K 7. *iſta:* Sic enim Oroſ. *dele vſque ad* L 3.

*Poſt* M 5 *adde:*

*Diſertus*] Quare Sulla libros Commentariorum ſuorum xxii dedicauit, emendandoſque tradidit. Plutarchus proſa Græcè bellum ſcripſiſſe coniectat; quem vide.

M 8 *ſcribe:* pro *miniſterio M.*

Ad Pag. CI. Col. I. H

D *vlt.in fortuna) adde:* Plinius lib.11.cap.liv. & lib.vii. cap. xl ii. Sullæ felicitatis oſtentū fulmine datum auctor eſt. Quam temeritatem cum ſtultitia coniunctam refellit Tertullianus cap.xi. Apologetici. De Sullæ autem origine Saluſtius in Iugurthino, quem locum citat Seruius in vii.Æn.

E 5 longum.) *adde:* Ordo autem temporis flagitat, vt *Chæroneam* præcedat.

E 7 *Incluſa* [ ] *dele.*

F 2 *ſcribe: Portum Piræum*] *Picenum* Mediol. I

Col. II.

G 5 *ſcribe:* Ann. Florus lib.iii.

G 6,7 *omitte quæ* [ ] *incluſa.*

G 8 codex eſt.) *adde:* Quattuor aut quinque millia fuiſſe creditur, inquit Strabo li.v. Geogr.& quidem Samnites, quos viuos edicto capi Sulla vetuerat.

*Poſt* H 4 *adde:*

*Morbo qui phthiriaſis*] *animi concitatione nimia, atque immoderato vocis impetu, conuulſo pectore, ſpiritum cruore ac minis miſtū euomuit,* inquit Val.Max.lib.ix.cap.iii. Pediculari autem morbo præter Sullam perierunt, Acaſtus Peliæ filius: Alcman poeta: Pherecydes Syrus, Calliſthenes Olynthius in carcere, & Mucius Iuriſc. Ennus quoque ſeruus qui primus in Sicilia bellum excitauit. Plut.in Sulla extr. & Helladius in Chreſtomathia apud Photiū in Bibliotheca pag. 870. Adde & ſeptimum Herodem Iudæum. K L

I 2 *omitt.* qui id ſ.*cum* I 3 & 4.

*Poſt* I 6 *adde:* L.Florus Artabazem, qui ante Hannibalem regnauit, à vii. Perſis oriundum facit. lib.iii.cap.v.

K 1,2 *ſcribe:* Solinus c.vii. Polyhiſt. Ag.

K 3 *ſcribe: Ariobarzanam*] Sic Col.

Ad Pag. CII. Col. I.

A 1 *ſcr.*cap.iii. M

A 5 &c.*ſcr.* vulgati *eduxit* inuenuſtè. Poſt paullo ſic &c.

B 2,3 *omitt.* Hæc ſp.ſ.e.q.i.t.a.m. & *pro iis hæc rep.* De Mithradate autem ſic etiā Seneca Rhetor noſter: *Habuit malum medicamentum Mithradates. Quis enim alius debebat habere quam parricida?* ad quem locum vide quæ notamus de medicamine, quod Græcis φαρμακον.

C 2 *add.* confer cum his cap.xxvi. Plinii l.vii.

C 7 *ſcribe:* lxxii.

D *ſcribe: ablegauit.*

D 5,6 *ſcribe:* Conſulibus mittere ſe Pompe-

A ium. Cicero Philipp. XI. & in oratione pro Lege Manilia extr. Vulgata *&c.*

E 3 *scr. facilitate*

E 8 exemplum.) *adde*: Vide Paterculum.

Col. II.

v. 2. &c. *ita scribe*: longa est. fuit autem Pothinus nutricius Ptolemæi, cuius consilio Pompeius Magnus, cum Pelusium accessisset, necatus

B est. Cæsar lib. III. de bello ciuili, aliique.

*A Septimio*] Mediol. *&c.*

H *vlt.* παρειθῆναι *omissa. vt & mox* K 1, 2, 3, 4

v. 4 *à fine* &c. *scr.* Cæsare. L. Fenestella in epitoma apud Diomedem Gramm. decollasse ait.

Ad Pag. CIII. Col. I.

A 1, 2, 3, 4 *omissa. vt &* A. 10. Oros. VI. cap. 15. *Sic* C *cum* A 11.

C B 7 *scr.* Ann. Florus lib. *vt &* C 1, 2

D 6 alii) *adde*: Horat. lib. IIII. Od. vlt.

*Et signa nostro restituit Ioui*

In his autem breuiores *&c.*

E 3 *quæ post* Augusto *vsque ad* E 7 *omissa.*

E 9, 10 *omissa* alii 43 an. c. cl. *& mox*: Atil. M. præn. est ap. Pl. in N.

F 2 *scribe*: DXVIII.

D *v. pen. scr.* L. *Annæus Florus*

Col. II.

G 6 *scribe*: lib. XIII.

H *scribe*: *à Q. Popedio* vel *Pompedio.*

*Post* H 6 *adde*:

*Qui de bono mortis*] φαίδων ἢ περὶ ψυχῆς. vide Val. Max. lib. III. cap. 2.

H *vlt. dele ista*: Vid. Cic. 2. de ll. initio.

K 2 *&c. scr.* facta. Silius *&c.*

E L 5 *scribe*: ditam DCLXXII.

L 8 *scribe*, Roscianæ.

Ad Pag. CIIII. Col. I.

v. 3 *scribe*: ætatis XXIX. DCLXXV. post *&c.*

v. 5, 6 *scribe*: ipse in Bruto: Plutarchus in Cicerone & Cæs.

E 2 traordinario in prouinciam *&c.*

Col. II. G

H 7 *scribe*: siue auctorem siue percussorem s.

K *inclusa est*, IN M. BRVTVM. *&c.*

M 3 *vxorem.* Cum Ap. *&c.*

M 7 *scribe*: *Aula* in *Olla* & s.

Ad Pag. CV. Col. I.

v. 6 *scribe & adde*: pueri didicerant. Vide Val Max. lib. VI. cap. V. & Plutar. in Bruto.

A vlt. *omissa vsque ad* B 7 *& mox omnia quæ parenthesi vtraque inclusa.* H

*Post* C 8 *adde*:

*Coemtis Syriacis*] Horatius od. XXXI. lib. I.

*— diues & aureis*

*Mercator exsiccet medullis*

*Vina Syra reparata merce.*

Fuere autem Syri mercatores. Strabo, Mela libro I. cap. 12. Ezech. 27. *Syrus negotiator tuus.* D. Hieron. epist. ad Demetriadem *auidissimos mortalium Syros* vocat. Et Saluianus li. IV. de vero iudicio, *negotiatorü & Syrorum vitam nihil aliud esse* ait, *quam meditationem doli & trituram mendacii.* I

Caryota] Varro lib. II. de re rust. cap. I. extr. *Non scitis palmulas Caryotas Syria parere in Iudæa, in Italia non posse?* De *Caryotis* sæpè Plinius, meminitque Strabo lib. XVII. Geogr.

D 1 *præpone*: K

*In carinis*] Ad Telluris ædem, in qua regione Pompeiorum domus. Sueton. de Lenæo Grammatico: *Docuit in Carinis ad Telluris, in qua regione Pompeiorum domus fuerit.* Sic enim emendandum censeo.

D 4 *Pompeium*: nam.

F & 13) *add.* idemq; epistola quadã apud Quinctilianum l. IX. ca. III. *Data Lupercalibus: quo die Antonius Cæsari.* Notat Quinctil. Aposiopesin esse & *diadema imposuit* exaudiendum. L

Col. II.

G 9 *scr.* L. Ann. Florus

I 9 *scr.* Alex.

K 7 *scr.* ἐκατὸν ῥῶν.

K 8 ἀσέλγειαν *&c.* Porro, de Cl.

L 2 claudit: prostratæ libidinis *&c.*

PETRI

# PETRI NANNII ALC-MARIANI

# De claris Romæ Corneliis

## AD CORNELIVM MVSIVM DELPHIVM.

### *De nominis Etymologia.*

### CAP. I.

DERIVATIO nominis CORNELIORVM in varias opiniones ſpargi poteſt, alias tamen aliis veriſimiliores. Sunt qui putant *Cornelios* nomen ſumpſiſſe ab arbore *corno* haſtilibus idonea, Virgilius Georgicωn ſecundo.

*At myrtus validis haſtilibus & bona bello*
*Cornus.* —

Idem Æneidos nono:

— *Volat Itala Cornus*
*Aëra per medium, ſtomachoque infixa ſub altum*
*Pectus abit.*

Vt genere teli author generis Corneliorum plurimum inclaruerit. Eſt inter arbores ſatiuas ſpecies quædam corni arboris cuius baccæ etiam nunc *Cornelia* appellantur. Alii putant à *cornu* eos eſſe dictos quod apud Romanos nunc buccinam ſignificat, nunc alas ſiue extrema latera exercitus, quo nomine dextra ſiniſtraq; altarium nuncupamus: quin & eſſe in exercitu officium quod *Corniculum* vocant, eſſe & *corniculum* inter dona militaria quæ virtutis cauſa donantur. Sed hæc longius abſcedunt à nomine *Cornelii*, vt etiam oppidum Latinorum *Corniculum* Plinio, Stephano autē *Corniclus* ſiue *Corniculus* dictus. Veriſimile eſt authorem præclaram operam victoriæ in altero cornu inter pugnandum præſtitiſſe. Dictos autem potius à *cornu* quam à *corno Cornelios* eſſe, id potiſſimum arguit quod ſecunda ſyllaba longa eſt, quæ in congeneribus breuis eſt. Vt enim à *Quinto Quintius* per diminutiuum & *Quintilius*, *Quintilianus*: à *Sexto Sextius*, *Sextilius*, *Sextilianus*: à *Septimo*, *Septimius*, *Septimilius*, *Septimillus*, *Septimilianus*, vbi ſecunda ſyllaba breuis eſt, ita olim veriſimile eſt primo dictū fuiſſe *Cornueum*, & ob vaſtitatē ſoni & per craſim mutatum eſſe *Corneum* media longa, duabus vocalibus in vnum coaleſcentibus, poſtea hypocoriſticωs *Cornelium*, in quam opinionem nos deſcendimus, atq; ideo hanc deriuationem libentius amplectimur, quod ſummam dignitatem etiam apud Hebræos vocabulum *Cornu* præſeferat. Illic enim *Cornu* regium genus deſignat, vt in eo verſu Zachariæ: *Et erexit cornu ſalutis nobis in domo Dauid pueri ſui.* quibus verbis iacentem ſtirpem Dauidicam in domo Bethlemica, non in Bethel aut Hieruſalem quaſi natali ſolo ſacerdotum, ſed in patria vera Dauidis & recto ſtemmate erectam fuiſſe. Sed hæc de etymologia vocabuli. Nunc quæ gens Corneliorum ſit paucis exponenda eſt.

### *Quæ gens Cornelia.* CAP. II.

CORNELIORVM gentem clariſſimam apud Romanos à Scipionibus oriundam eſſe nemo dubitarit, qui diligentius vetuſtati & hiſtoriarum monumentis incumbat, & pro irrefutabili documento ſunt verba Suetonii in vita Iulii Cæſaris, *Ad eludendas*, inquit, *vaticinationes quibus felix &*

*inuictum in prouincia Africa fataliter Scipionum nomen ferebatur, despectißimum quendam ex Corneliorum genere, cui ad opprobrium vitæ Salutioni nomen erat, secum in castris habuit.*

Primus author generis *Cornelius Scipio*, cui frater Cn. Scipio, ambo clarissimi duces, qui in Hispaniis Asdrubalem in Italiam vt fratri Annibali se coniungeret, quæ res certissimum exitium Romanis attulisset, suis corporibus excluserunt. Cornelius autem Scipio Cornelium Scipionem Africanum & Lucium Scipionē Asiaticum vtrumque ex deuictis prouinciis nominatum ex se reliquit. Ac iam deinde posteritas Cornelii Scipionis Aphricani, non *Scipiones* se amplius, sed *Cornelios* appellarunt, nomine proprie paulatim gentili abeunte, vt in Pisonibus, Fabiis, Valeriis cæterisque familiis sub vno nomine se latè propagantib. factū est. Est ergo huius generis author *Cornelius Scipio* Africani pater cuius plurima leges apud Liuium lib.3. belli Punici. De Scipione Aphricano victore Annibalis & Siphacis & qui Carthaginem tributariam fecit, frustra insumitur omnis commemoratio, quum nihil sit celebratius hoc viro. Filium iste reliquit valetudinarium qui adoptauit in nomen familiamque Scipionem Numantinum Africanum iuniorem, ita appellatum quod Numantiam Carthaginemque deleuerat, huius plurima mentio apud Ciceronem in Somnio Scipionis.

Hactenus certi gradus, nunc omissa serie sparsim qui ex hac gente rebus, famaque nobilitati exierint, recensendi.

Primum se offert *L. Cornelius Sylla* primus apud Romanos perpetuus dictator *Felix* cognomine, in bello Iugurthino quæstor Marii Iugurtham à Bocho in deditionem accepit. In bello Teutonico & Cimbrico legatus bonam operam nauauit. Bello sociali Samnites Herpinosque superauit. Mithridatem apud Orchomenum & Cheronæam prœlio fudit. Medos, Dardanos in itinere superauit. Carbonem Italia expulit. Marium apud Sacriportum, Telesinum apud portam Collinam profligauit. Dominatum nactus crudelissime exercuit, primus tum tyrannorum tyrannidem tandem deposuit.

*L. Cornelius Cinna* flagitiosissimus (vt inquit Plinius) secundus remp. summa crudelitate vastauit. Octauium Consulem Collegam suum obtestantem ne exules reuocaret vocatis ad pileum seruis interfecit, Ianiculum occupauit, iterum ac tertio se ipse Consulem fecit. Et hic quoque dominatum crudelissime exercuit.

*P. Cornelius P. F. Lentulus Spinther* ædilis fuit Cicerone Cos. de quo Plinius lib. IX. cap. XXXIX. & lib. XIX. cap. I. Ipse Consul factus restitutionem Ciceronis enixissime iuuit. Vnde ille & Deum & salutis suæ auctorem vocat. de quo interpretes epist. ad familiares Ciceronis Manucius & Glandorpius.

*Cornelius Lentulus Sura* vir Consularis alioqui moribus teterrimus, quum sub Syllæ dominatu plurimos ciues occiderat & ob relata capita pretium acceperat, Sector acerbissimus à Sylla debite appellatus, vt solueret quæ pro bonis in confiscatione emptis deberet, sura sua verberanda præbuit, vt mos est pueris vbi in ludo victi sunt, qua de causa *Sura* quoque nominatus est. Coniurauerat is in necem Senatus cum Catilina, ac proinde in carcere cui nomen Tulliano est à Cicerone necatus. Horum trium Corneliorum euenta causam mihi subiecere, cur de fatis Corneliæ gentis mihi dicendum sit.

STEM-

## SCIPIONVM.

L. Cornelius Cn.F. Scipio *Cos.* CCCCLV.

Cn. Cornelius L.F.Cn.N. Scipio Asina *Cos.* CCCCXCIII. & CCCCXCIX.

L. Cornelius Scipio *Cos.* CCCCXCIIII.

L. Cornelius Scipio

L. Cornelius Scipio

P. Cornelius Scipio Asina *Cos.* DXXXIII.

Cn. Cornelius Scipio Caluus *Cos.* DXXXII.

Pomponia — P. Cornelius *Cos.* DXXXVI.

Cn. Cornelius Scipio

Cornelius Scipio

P. SCIPIO AFRICANVS *Cos.* DXLIX. DLX. — Tertia Æmilia

L. SCIPIO ASIATICVS *Cos.* DLXIV.

Cornelia

P. CORNELIVS SCIPIO NASICA *vir opt. Cos.* DLXIII.

Cn. Cornelius Scipio Hispalus *Cos.* DLXXVIII.

P. Corneli⁹ Scipio Africanus *prætorius.*

Cornelia Maior *nupta P. Scipioni Nasicæ Corculo.*

Cornelia minor

L. Scipio Asiaticus *Prætor* DLXXIX.

P. Scipio Nasica *bis Cos. & censor dictus Corculum*

L. Cornelius Hispalus *Prætor* DCXV.

P. Scipio Africanus Æmilianus *Cos.* DCVI. & DCXX.

Sempronia — Tib. C. Gracchi.

L. Scipio Asiaticus *moribus perditiss.*

P. Cornelius Nasica *Cos.* DCXVI. & DM. *Serapion**

Cn. Cornelius Hispalus *qui bene facere nesciuit.*

L. Scipio Asiaticus

Cæcilia *Metelli Macedon. F.* — P. Cornelius Nasica *Cos.* DCXLIII.

L. Scipio Asiaticus *Cos.* DCLXXI.

Licinia *Crassi oratoris filia.* —

P. Scipio Nasica *periit in exilio.*

Scribonia *Augusti* — P. Scipio

L. Licinius Crassus Scipio.

Q. METELLVS Scipio — Lepida.

Cornelia *primum uxor Crassi, deinde Pompei.*

P. Scipio *Cos.* DCCXXXVIII.

Cornelia *nupta L. Aemilio Paullo.*

Scipio

P. Scipio *Cos.* DCCCVIII.

Cornelia — Q. Volusius Saturninus.

Q. Volusinus Saturninus.

## *Fata Corneliæ gentis.* CAP. III.

OMNIVM opinione receptum fuit qualis Achilles fuit liberis Priami, tales Scipiones esse Aphricanis: quod multorum eius gentis fortissimis factis probatum. Cn. & Cor. Scipiones Asdrubalem in Hispania superarūt. Corn. Scipio Aphricanus maior Annibale debellato Carthagini leges seruitutis imposuit. Cornelius Scipio Africanus minor eandem vrbem excidit. Sibyllina carmina tribus Corneliis regnum & dominatum Romæ promisetunt. Quod in duobus Cornelio Sylla & Corn. Cinna verum esse patuit. Cornelius Lentulus Sura idem sibi promittens ac tertium se fore suspicatus, cupide coniurationem amplexus est & periit. Sed quod ad decus istius gentis, raro nullis familiis nisi regiis certa fata constituta fuere. Hinc & illud Turni:

*— Nil me fatalia terrent*
*Si qua Phryges præ se iactant responsa deorum*
*— Sunt & mea contra*
*Fata mihi. —*

Olim familiæ plebeiæ nullum habebant auspicium, patritiæ habebant. Postea concessum est etiam plebeios habere auspicium si in magistratu essent, hoc est eam fortunam quam aues illis augurio addicerent, dum consultis auibus in expeditionem eunt. Hinc inferiores duces non *suo* sed *auspicio Consulis* dicuntur bellum gerere. Et diuersum esse cepit *suo ductu* aliquid agere & *suo auspicio*. Quum enim nulla opera Consulis in re agenda versata est, eius *auspicio* tantum gesta nominantur. quum suo marte aliquid fecit, *suo ductu* gessisse dicitur. Hinc Caroli Cæsaris *auspicio* Roma & Rex Gallorum captus dicitur, eiusdemq; *ductu* Tunis expugnata, & Saxonum Princeps bello superatus. Nunc de cæteris Corneliis, quia incertū est qua familia prognati sint, secundum studia professionesq; sigillatim dicendum erit, quare non omnium catalogū perficiam (esset enim infinitum) sed potissimum quosque in suam classem concenturiabo, vt magnificè & militariter loquar.

## *Duces belli.* CAP. IV.

PVBLIVS *Cornelius Nasica* à Senatu vir optimus iudicatus, Matrem Deûm hospitio suscepit (vt Plinius ait) quum aduersus auspicia Consulem se à Graccho nominatum comperisset, magistratu se abdicauit. Censor statuas, quas sibi quisque per ambitionem in foro ponebat, sustulit. Consul Delminium vrbem Dalmatarum expugnauit. Imperatoris nomen à militibus, à Senatu triumphum recusauit oblatum. Eloquentia primus, Iurisprudentia consultissimus, ingenio sapientissimus fuit, vnde vulgò *Corculum* dictus, teste Cicerone in Tusculanis quæstionibus. Bis consul fuit.

*Cornelius Cossus* occiso Larte Tolumnio rege Hetruscorum opima spolia, hoc est, quæ dux duci detrahit, ad Iouem Pheretrium reportauit, quod decus non nisi tertio Romanis vsque ad tempora Titi Liuii contigit, quorum primus Romulus, secundus hic Cornelius, tertius Marcus Marcellus.

*Publius Cornelius Rufus* dictator sed vitio creatus dictatura abiit. Meminit huius Liuius lib. 8. decadis primæ. Cneus Cornelius Consul vna cum M. Marcello ibidem à Liuio commemoratur.

*Marci Corneli*, qui consulatum gessit vertente se magno anno, mentionem Plinius maior facit lib. VII. cap. XIV.

*Cornelius Balbus* de Garamantibus triumphauit, Gadibus natus sed ex patre in ciuem adoptato, quod solum externo homini in libera ciuitate contigit.

*Cornelius Merenda* ob virtutem aurea corona donatus. quod rarum est apud Romanos: apud Athenienses frequens, vbi Demosthenes ob refectos muros Athenienses hoc honore ornatus fuit.

*Cornelius*

*Cornelius Cato* collega Pompei eius, qui magnum Pompeium genuit, contra Marsos fortissime pugnans interficitur.

*Cornelius Fuscus* Domitiani auspicio bellum intulit Dacis, qui nunc Transyluani appellantur.

*Vates.*

*Cornelius Patauinus* sacerdos eodem die omnia, quæ in Pharsalica pugna gerebantur, Patauii motu gestuque corporis repræsentauit, ac tandem exclamauit, Vicit Cæsar, teste Iulio Obsequente.

*Cornelii Culleoli* prædictiones narrat Cicero lib. I. de Diuinatione.

His tanquam proximum genere Sacerdotem subiiciemus: quippe quum omnes augures Sacerdotes erant. Si quidem, teste Cicerone, omnis diuinatio aut afflatu mentis, aut scientia constet, & augures scientia ad diuinationes nitantur.

*Cornelius Cetegus* flamen quia exta parum rite admouisset, flaminio abiit.

## Scriptores. CAP. V.

CORNELIVS *Gallus* eximius poëta, charissimus Virgilio, cuius extant præclaræ adhuc aliquot reliquiæ, primus Ægypti præses ob coniurationem ab Octauio occisus.

*Cornelium Nepotem* quam elegans sit scriptor ex vita Pomponii Attici cognoscere licet, dictio certè venustissima & simplicissima, in disponendo nihil illo accuratius, in fide nihil sanctius.

*Cornelius Caluus* orator insignis fuit. A Pomponio Mela vt Cosmographus allegatur. Plinius ab illo in suis scriptis plurima mutuo sumpsit.

*Cornelius Tacitus* Belgicę procurator, Cęsarum vitam triginta voluminibus complexus est, meritoque tanti habitus est Publio Annio Tacito, vt eius effigiem omnibus in Bibliothecis collocari edicto mandauerit, librosque tanta cura asseruari, vt singulis annis Decuriones ciuitatum eius historiam describendam nouis exemplaribus curare iussi sint, in publicisque archiuis seruare.

*Cornelius Seuerus* summã in re poetica de se præbuit spem scripto primo libro belli Siculi. Sed iuuenis periit.

*Cornelius Licinius Caluus* egregius poeta, Catulli sodalis & peramicus.

His addatur vnus pictor insignis *Cornelius Picius* qui ędem virtutis Vespasiano restituenti pinxit.

Post scriptores quid superest nisi vt subiiciam *Cornicularium* Plautianam scilicet comœdiam quæ Cornelios propinquitate vocis valde attingit.

Nunc ad *Cornelias* regrediendum, quas paucissimas paucissimis attingam, ne me putares nihilo ex morbo emendatiorem factum, libenter in commemoratione feminarum hærere, quanquam habeamus in Trauetensi horario, vt puto de virginibus, nam nunc Romana lego.

*Femineus sexus nostris memoratus in horis.*

*Cornelia* Gracchorum mater pudicissima à qua illi non minus eloquentiã, quam admirabilem habuere, quàm nutrimentum accepere. Fuit autem illa Aphricani maioris filia, Tiberii Gracchi vxor.

*Cornelia* Pompei magni vxor optima, in cuius laudibus assiduus Lucanus est.

*Corneliam* ex genere Scipionum sexagesimo secundo anno peperisse Volusium Saturninum postea Consulem, Plinius inter miracula refert.

Plura non addam. Nam vulgato prouerbio *omne trinum perfectum.*

*Cornelii* autem omnes vetustissimo genere sepeliendi terræ infodiebantur, vsque ad Cornelium Syllam, qui metuens taliones, vtpote qui Marii sepulchrum diturbauerat, corpus suum cremari iussit.

## *De legibus Corneliis.* CAP. VI.

OMNES leges quas Sylla tulit, *Corneliæ* appellantur, non proprio illius nomine, sed gentilitio, qua ratione *leges Iuliæ* partim a C. Cæsare partim ab Augusto latæ nomen accepere, quod idem euenit in *legibus Gracchanis* & *Sempronianis*.

*Lex Cornelia testamentaria*, contra eos qui falsas tabulas subiiciunt, aut vllam operam ad eam rem præbent, capitale supplicium seruis, cæteris publicatio bonorum, & deportatio, in pœnam constituta. vt videre licet ff. ad L. Corneliam de falsis & Liboniano Senatusconsulto.

*Lex Cornelia nummaria*, ne quis priuatim pecuniam cudat. Author Asconius Pedianus.

*Lex Cornelia de legatis*, ne legatis externarum nationum pecunia ad vsuram detur.

*Lex Cornelia de iis qui soluuntur legibus*, ne quis in Senatu legibus soluatur nisi ducenti in Consilio adsint Senatores.

*Lex Cornelia de edicto perpetuo*, vt prætores in albo describerent in initio sui magistratus, quo iure per totum annum vti vellent, nec pro libidine & tempore edicta variarent.

*Lex Cornelia de sicariis & veneficis*, qua lege tenentur homicidæ, venenarii, incendiarii, falsi testes, corruptus iudex vt innocens ad capitalem sententiam iudicio circũueniretur, vt ff. ad L. Corneliam de sicariis & veneficis. Sed quid ego hęc? Susi tibi hac in parte optimam operam præstabunt & enucleatissime tradent. Nam res ista, vt scis, plane aliena est à meo foro. *

## *De tribu Cornelia.* CAP. VII.

FVIT & Romæ *tribus Cornelia.* Sylla manumissis decem millibus seruorum eos tribum fecit, vt per se suffragium ferrent, non aliis tribubus admiscerẽtur. quod Latini quum post longa ob eam rem bella nunquam impetrarunt, datum tandem vt veteribus tribubus admiscerentur.

## *De locis Corneliis.* CAP. VIII.

CORNELII *forum* oppidum in octaua regione Italiæ à Plinio describitur. Colonia illa Romana est deducta à Cornelio Sylla.

*Cornelia castra* in Aphrica apud Bragadam sunt, incertum an ab Aphricano maiore quum ibi exercitum haberet, aut à minore quum Carthaginem exscinderet nomen traxerit.

Obsignabo nunc omnia gemma, quo tutiora sint scripta.

Est *Corneola* gemma insignis colore humani vnguis. quamobrem *Onychis* quoq; dicitur quod *vnguem* sonat, sed Græca voce maluerunt Romani vti. In hoc genere est & *Sardonyx*, quæ principatũ in gemmis tenet, olim à Polycrate Samiorum Tyranno in mare abiecta, vt tanto damno, fortunæ inuidiam expiaret. Hanc gestauit primus Romanorum Cornelius Aphricanus vestri generis patriarcha. in signandis tabulis oportunissima, quia (vt ait Plinius) sola gemmarum cerã non trahit. Hac ego Sarda Corneola scripta mea consigno & claudo, teque cum Cornelio Susio optime valere expeto.

INDEX CAPITVM.



FINIS.

A. S.

## A. S. LECTORI SALVTEM.

F*ECI libenter, vt P. Corn. Scipionis Africani vitam à Carolo Sigonio contextam subiungendam curarem Scriptori de viris domi militiæq; illustribus vrbis Romæ, clarisque Corneliis Romanis: tribus potissimum de causis, cum quia illos auctores hæc illustrabit, tum quia in Plutarchi parallelis non legitur, sed à Donato quodam Acciaiolo conscripta, qualem & Anton. Bandinellus fecit: at neuter ad Sigonii laudem industria sua peruenit. denique quia Antiquitatum Rom. Historiæ Sigonii libris Bononiæ ac Lutetiæ euulgatis hanc deesse vitam doleo, vt & de* Dialogis *disputationem eiusdemque Notas ad Sulpicii Seueri chronicon Ecclesiasticum. Nos hic summa capita numeris indicauimus, ne quærendo lector defatigeris. Vt autem in conspectu promptuque sint, auctores, quos secutus ille est, margini ascribendos curauimus. Vale mi lector & fruere.*

# CAROLI SIGONII, DE VITA, ET REBVS GESTIS P. SCIPIONIS ÆMILIANI, LIBER.

## *AD ILLVSRISSIMVM PRINCIPEM,* IOACHIMVM FRIDERICVM, *Marchionem Brandeburgensium, Ducem Pomeraniæ, &c. & Administratorem Archiepiscopatus primarii Magdeburgensis, Dominum suum clementissimum.*

EX omnibus, qui philosophiæ vim atque vsum verbis exprimere, ac ratione definire conati sunt, illustrissime Domine, nemo mihi aut elegantius dixisse aut commodius sensisse videtur, quàm qui philosophiam similitudinem atque imitationem quandam diuinæ esse naturæ scripserunt. Etenim cum Deus in eo totus sit sapientissimorum hominum sententia occupatus, vt aut se ipsum, qui fons est veritatis, intueatur, aut hominum vtilitati saluti〈q〉; prospiciat; profecto, qui se Deo similem reddere prorsus voluerit, is se totum inuestigandę veritati tradiderit, aut operam certè suam ad alienas tuendas rationes accommodarit. Hæc autem duo philosophiam & honestè profiteri & accuratè præstare, facilè intelligemus, si ad vtramque illius partem animū mentemque nostram traducere voluerimus: Quarum altera naturas, ac potestates rerum ita indagat, vt in vna tamen ve-

ri notitia conquiescat: altera vero, ad agendum progressa, totam se ad commoda & rationes hominum porrigit atque explicat. Itaque qui priorem nacti laudem sunt, hos fere excellentes virtute viros, qui posteriorem etiam adiunxerunt, eos vero Deo simillimos homines, iure dicere consueuimus. Huc autem cum ceteros homines intueri, tum eos præsertim, quibus Deus, vt aliis præessent hominibus, dedit, nemo, opinor, negabit. Neque enim cum rectori populorum ipsa eorum, quibus præsit, salus præcipuè sit proposita, aut falsa rerum opinione imbutus, aut ipsa gentium commoda auersatus, prodesse illis, aut perfectè poterit vnquam aut voluerit, sed is demum, qui recta administrandi ratione perspecta omne suum studium in eorum, quos rexerit, vtilitatibus sibi collocandum existimauerit. Huius autem generis homines cum semper pauci fuerint, tamen hoc tempore quam paucissimi numerantur, non solum propter incredibilem rei difficultatem, sed etiam propter deprauatam horum sæculorum consuetudinem; quod quos annos in studiis literarum & rectis actionum officiis percipiendis consumere deberent, eos fere in iis, quæ corporibus oblectamentum potius, quàm quæ animis ornamentum afferant, homines ponere soliti sint. Quamobrem incredibile profectò memoratu est, quantã ego voluptatẽ animo meo capiam, cum te adolescentẽ splendidissimo genere natum atq; excellentissimo ingenio præditum, ita ętatem adhuc tuam instituisse, ex multis audio, vt non minoribus opibus ad iuuandos homines accessurus sis, quàm præclara adhuc tibi honestarũ disciplinarum ad verum cognoscendũ præsidia cõpararis. Quod cum non minus eximia patris, auiq; tui, summorum principũ imitatione, quàm optimi, & eruditissimi præceptoris Thomæ Hubneri institutione, sis consecutus, non horum tu quidem temporum, sed vetustorum, vt video, annalium insigne aliquod expressisti ad memoriam posteritatis exemplũ. Quorum in hoc genere vnum mihi semper præ cæteris magnopere placuit P. Scipionis Æmiliani: quem virum non tam rei bellicæ, quàm doctrinæ & eloquẽtiæ, & omnis denique humanitatis laude florentissimum, cum pręclara Paulli Æmilii parentis sui, clarissimi viri, imitatione, tum frugifera in primis Polybii, magistri eruditissimi, consuetudine accepimus esse perfectum. Itaque cum ego summa huius viri admiratione captus iam tum, cum adolescens eram, facta, dictaq;, ac vitam deniq; eius omnem, ex variis veterum scriptorum commentariis collegissem, ac meo arbitrio digessissem, faciendum mihi putaui, vt eximiæ meæ erga te obseruantiæ testimonio, ac certo deuoti obsequii monumento, eam nunc in tuo multò clarissimo nomine diuulgarem: præsertim vero cum humanissimis, atque honorificentissimis tuis ad me literis ad respondendum impulsus aliquid me tibi eiusmodi debere officii arbitrarer. Quare quamquam ipse es in ea familia natus, quæ excellenti maiorum suorum suppeditanda memoria, ex quibus septem iam Electores imperii numerantur, te ad omne decus, atque honestatem excitare per se satis possit: patrem autem Io. Georgium, auumque Ioachimum Secũdum ex iis, quos dixi, Septemuiris vnum habes, qui te domesticis imbuere virtutis præceptis, atque honestis inflammare ad summa omnia exemplis queant, non puto tamen fore inutile, si ad has tantas opportunitates præstantis etiam quondam apud Romanos & virtute & fama viri cognitionem & imitationem adiunxeris: quem constat in vtroque, de quo dicebam, & intelligendi & agendi officio, vnum ætate sua percelluisse. Habet enim antiquorum virorum perspecta virtus maius nescio quid, quàm recentium, ad nostros animos acerrimo quodam veræ laudis & solidæ gloriæ stimulo incitandos. Verum ad rem aggrediamur.

## VITÆ P. CORN. SCIPIONIS Africani summa capita.

Numeri iis qui ad oram interiorem scripti sunt, respondent.

1 *Gens Æmilia*
2 *Proauus, auus & pater P. Scipionis*
3 *Genus & educatio*
4 *Adoptio*
5 *Tirocinium bello Persico*
6 *Græcia perlustrata cum patre Paullo*
7 *Dictum patris Paulli de bono imperatore*
8 *Pauli triumpho interfuit*

9 *Fami-*

9 *Familiaritas* { *Lælii*
10 *Polybii*
11 *Panætii*
12 *Terentii*
13 *Xenophontis libro delectatus est*
14 *Legatio Hispaniensis*
15 *Missus à Lucullo ad Massanissam*
16 *Tribunatus militum & res in Africa gestæ*
17 *Catonis testimonium de Scipione*
18 *Hereditatem regiam diuisit*
19 *Consularia comitia Scipionis*
20 *Res in Africa gestæ*
21 *Situs Carthaginis*
22 *Captiui Romanorum ab Asdrubale necati*
23 *Consilium Polybii de muricibus ferreis*
24 *Templum Apollinis spoliatum*
25 *Excidium Carthaginis*
26 *Spolia Siciliæ restituta*
27 *Ludi Victoriæ à Scipione facti*
28 *Præda diuisa*
29 *Oratio eius de gestis suis*
30 *Argentum latum in triumpho*
31 *Cognomen Africani hereditarium*
32 *Æquales Scipionis*
33 *Mancini factum iniquo animo tulit*
34 *Galbæ & Cottæ bellum Viriatthinum ademit*
35 *Legatio ante censuram*
36 *Annus censuræ Scipionis*
37 *Altercatio cum Appio*
38 *Voti publici forma moderata*
39 *Notati ab eo*
40 *Oratio ad populum habita in censura*
41 *Dies dicta Scipioni*
42 *Legem Tabellariam fouit*
43 *Mancinum dedi permisit*
44 *Comitia quibus iterum Cos. factus est*
45 *Bellum Numantinum*
46 *Delectus habitus ad bellum Numantinum*
47 *Forma exercitus renouata*
48 *Consilium Scipionis illo bello*
49 *Iugurtha miles Scipionis*
50 *Marius*
51 *Ti. Gracchus, Lucilius, Rutilius, Asellio*
52 *Somnolentia eius*
53 *Fames Numantinorum*
54 *Deditio Numantinorum*
55 *Celia potus*
56 *Triumphus Numantinus*
57 *L. Cottam accusauit*
58 *Dictum eius aduersus plebem*
59 *Mors*
60 *Virtutes*
61 *Polybius missus in Africam*
62 *Orationes eius*
63 *Sol geminatus.*

1 ÆMilia gens Romæ clarissima fuit, non solum sanguine, verum etiam vetustate. *Plutarch. in*
Mamercus enim, Numæ regis filius, quem propter incredibilem sermonis lepo- *Numa & Paullo.*
rem Græco nomine Æmilium appellarunt, auctor huius generis traditur. Cuius rei
argumento est Mamercini cognomen, quod ab eo acceptum gens Æmilia ferè in per-
petuum conseruauit. Ab hoc deinde, quasi ab vberrimo quodam fonte, plures aliæ e-
iusdem gentis familiæ, nempè Barbulæ, Lepidi, & Paulli, manarunt. Cum autem reli-
quorum præstantissima virtus in rep. enituit, tum maximè Paullorũ, è quibus hic Sci-
2 pio genus traxit, qui P. Æmilii Paulli ab ineunte adolescentia nomen tulit. Proauus e-
nim huius M. Æmilius Paullus, quem M. F. L. N. fuisse vetustissima lapidũ monumen- *Fasti Capitol.*
ta testantur, consul bello Punico primo cum Ser. Fuluio Nobiliore fuit, anno ab vrbe *Plutarch. in*
condita quadringentesimo nonagesimo octauo. Quo in bello maiore fortitudine, *Paullo, Liuius lib. 22. & 45.*
quàm fortuna est vsus. Siquidem re præclarè in Africa gesta, & classe hostium maxi- *Zonaras Tomo 2.*
ma tum depressa, tum capta, cum victor in Siciliam se referret, grauissima tempestate
iactatus, maiorem classis suæ partem amisit, proximo tamen anno de Cossurensibus, &
Pœnis naualem triumphum pro consule egit. Auus L. Æmilius Paullus primo consu-
latu de Illyriis triumphauit, secundo contra Annibalem cum Terentio Varrone profe-
ctus, eo animo fuit, vt vbi collegam ab iniquo committẽdo prœlio oratione deterrere
non potuit, ipso pugnę auctore se in fugã coniiciente Varrone, mortẽ sibi potius oppe-
tendã, quàm tam turpem capessendã fugam esse statuerit. Iam patre L. Æmilio Paullo
nihil Romæ clarius, atq; illustrius fuit, vt qui priore consulatu Ligurũ, posteriore Ma-
3 cedonum opibus bello fractis, diu Romæ principatũ auctoritatis & gloriæ obtinuerit.
Hic autem Paullus duas, vt scribit Plutarchus, vxores habuit. Earum vna Papiria fuit, *Plutarch. in*
C. Papirii Masonis, clarissimi viri, filia, qua cum ille parum explorata caussa diuortium *Paullo.*
fecit, cum duos iam filios ex ea Quintum, & Publium suscepisset. Publius autem Ap.
Claudio, & M. Sempronio coss. natus anno vrbis DLXVIII. educatus ita accuratè,
ac liberaliter est, vt neque diligentius, neque rectius ad omnis excellentiam laudis
egregius puer aliquis erudiri potuerit: hoc autem sedulitate in primis, ac diligen-
tia patris: qui accepta in secundi consulatus petitione repulsa, totum se contulerat

ad filios suos ingenuis disciplinis atque honestis artibus omnibus instruendos. Itaque
Romana eos disciplina & patria prout ipse imbutus erat, Grecis autem litteris, atq; do-
ctrinis paullo aliquanto ambitiosius instituendos curauit: quippe non grãmaticæ so-
lum, ac rhetoricæ doctoribus accersitis, sed pictoribus etiam, & fictoribus, atq; nobili-
bus in primis venandi, atq; equitandi magistris: vsq; adeo vt iis erudiendis ipse sæpè et-
*Cic. in Bruto, Plut. in Paulo, Liuius in epitoma lib. 48.*
iam interfuerit. Factum est autem, vt hic puer cum ad omnem virtutem satis, vt in il- 4
la primæ ætatis potuit imbecillitate, iam profecisset, non in Æmilia familia manserit,
sed in Corneliam se contulerit: nimirum à P. Scipione, P. Africani, qui Annibalẽ bello
deuicerat, filio adoptatus: quem Cicero scribit tenui admodum fuisse valetudine, sed
insigni tamen eloquentia, & multo, quàm pater eius Africanus fuerat, vberiore doctri-
na. Ab his ergo nobilissimis siue generis, siue disciplinæ incunabulis profectus adole-
scens clarissimus, ita ad omnem perpetuò ex virtute laudẽ contendit, nihil vt aliud ver-
sare in animo visus fuerit, quàm vt ingentem patris Paulli, auiq; Africani summorũ vi-
rorum gloriam, tum bellicam adæquaret, tum domesticam anteiret. Id quod quibus
ille rebus gerendis sit assecutus, breui, & quidem à primo illius tirocinio demonstrabo.

*Liu. lib. 45. Plut. in Paul. Scriptor de Viris illustrib. in Scipione Aemiliano.*
Prima ille stipendia, annos natus decem & septem, in Macedonia fecit, patre ipso 5
Paullo iterum consule atq; imperatore, bello eo, quod tum cum Macedonũ rege Per-
seo grauissimum gerebatur: in quo illud ad perpetuam illius memoriã insigne edidit,
quod regem ipsum Persem graui à patre prœlio pulsum, tam acriter, & cupidè est per-
secutus, vt longo temporis spatio nusquã apparens cecidisse in prœlio creditus sit. Ac-
cessit ad prudentiam adolescentis augendam, ac disciplinam eius militarem instituen-
dam, quòd parta victoria pater, dum legati Roma ad res Macedonicas componendas,
*Liu. lib. 45.*
regionemq; constituendam venirent, cum Græciam circuire, eaq; loca perlustrare de- 6
creuisset, quæ, vt inquit Liuius, nobilitata fama, tum aurib. magis accepta erant, quàm
oculis cognita, hunc perpetuo sibi comitem esse voluit: vt facilè iudicari possit, quæ
Paullus ex re bellica haberet, vel vsu, vel ratione comperta, ea tum in illa peregrinatio-
ne omnia filio tradidisse: siquidem Scipionem multa militaria patris documenta in
*Gellius lib. 13. c. 3. Val. l. 7. c. 2.*
sermone accipimus vsurpasse: quorum memorabile illud: Bonum imperatorem nun- 7
quam ad decertandum adduci oportere, nisi vel summa eum necessitas cogat, vel e-
gregia occasio adhortetur.

His positis sub tanto imperatore militiæ rudimentis, reliquũ tempus omne, quod 8
*Liu. lib. 45.*
inter Macedonicum patris triumphum, quem ipse cum fratre Fabio Æmiliano coho-
nestauit, & Luculli, cui postea legatus fuit, consulatum intercessit, partim in legitimis
stipendiis conficiendis, partim in rectissimis studiis literarum concelebrandis, quantũ
perspici potest coniectura, traduxit. Fuit n. hic vir præstantissimę cuiusq; artis ac disci-
plinæ mirificè studiosus: cuius rei non minimo illud est argumento, quod nemo tũ ex-
titit paullo aut ingenii aut doctrinæ elegãtia copiaq; ornatior, cuius ipse aut nõ intimus
familiaris, aut nõ assiduus auditor esse cupiuerit. Siquidẽ C. Lęlio nobiliss. & eruditiss. 9
*Cic. in Lælio.*
adolescente, eo, qui Sapiens postea dictus est, tã familiariter vsus est, vt cum eo non res
domesticas solũ & bellicas cõmunicarit, sed studia ipsa etiam cognitionis atq; scientię: 10
quibus ipsi remoti ab oculis populi magnam temporis partem impertiebant. Poly-
*Suidas in voce Polybius, Velleius lib. 1.*
bium autem Megalopolitanum, virum doctissimum atq; eloquentissimum non solum
domi liberalium studiorũ ducem, sed etiam militię bellicorum periculorum participẽ
*Suidas in voce Panætius, Velleius lib. 1. Cic. Tusc. lib. 1.*
habuit. Cum Panætio porro viro tum in Stoica disciplina pręclaro non solum & domi 11
& foris coniunctissimè vixit, sed etiam præcepta & doctrinam eius sæpè ad res maxi-
mas gerendas adhibuit. Nam P. Terentio poetæ elegantissimo tantus cum hoc & eo, 12
*Donatus in vita Terentii, Cic. in Epist. ad Attic. lib. 8. 7. Quinct. lib. 10. Cic. in epist. ad Q. Fratrẽ lib. 1.*
quem nominaui, Lęlio vsus intercessit, vt multi propterea fabulas eius non à Terentio,
sed aut à Lęlio, aut à Scipione scriptas esse crediderint. Ex omnibus autem doctrinæ
cõmentariis vno Xenophontis libro mirificè est delectatus eo, in quo ita philosophus 13
ille regis Cyri vitam ac disciplinam est persequutus, vt omnia diligentis, ac moderati
imperii officia in vnius persona regis effinxerit. Ex quo intelligi potest, virum hunc
non tam naturæ bonis, quibus abundauit, instructum, quàm studii atq; doctrinæ præ-
sidiis, quæ nũc pleriq; negligunt, ipse sibi grauissima comparauit, ornatum ad tantum,
quo postea peruenit, immortalitatis & gloriæ fastigium ascendisse.

Bellica-

14 Bellicarum autem virtutum,quod memoriæ proditum ſit,primum ille ſpecimen
dedit in conſulatu imperioque Luculli. Nam cum bellum aduerſus Celtiberos in Hi-
ſpania parum proſperè à multis ducibus geſtum totam ciuitatem ita perculiſſet, vt ne-
mo reperiretur,qui legatus Lucullo,aut tribunus militum, ire vellet, hic progreſſus in
medium, quanquam erat iam in Macedoniam deſignatus, magno animo auſus eſt di-
cere, ſe militiæ onus in Hiſpaniam, quodcunque fuiſſet impoſitum, ſubiturum: qua
voce vniuerſæ illius animos iuuentutis noua quadam militandi cupiditate viſus eſt ac-
cendiſſe. Legatus igitur L. Lucullo imperatori profectus, incredibile eſt, quantum opi-
nionem de ſe omnium ſuperauit, in omni militari officio dextrè ac fortiter obeundo.
Quarum rerum ſi vnum atque alterum maximè ad commemorationem illuſtre mo-
numentum attulero,abundè me muneri ſatisfeciſſe meo exiſtimabo. Obſidebat forte
Lucullus Vaccæorum oppidum Intercatiã,ac ciues tota manu congredi non audentes
quotidie ad prœliũ euocabat; cum eximia corporis magnitudine miles quidã proceſ-
ſit in mediũ,&, quanta maxima voce potuit, Romanorum fortiſſimũ quemq; increpi-
tans ad pugnã ſæpius prouocauit. Huic ergo cum Scipio ſeſe, ceteris obmuteſcẽtibus,
ac propè attonitis, oſtendiſſet, tantũ virtute perfecit, vt non inſolentẽ ſolum barbarũ,
congreſſus cõminus,interfecerit, ſed ſuos etiã in ſpem belli eius bene feliciterq; confi-
ciẽdi adduxerit. Poſt hæc cum Lucullus in oppidum vi perrumpere ſtatuiſſet,omniũ
in ſe pariter ipſe ora conuertit,cũ muros vrbis nõ ſine maximo ſui periculo, primus aſ-
cendit. Quibus de rebus non ſolum apud ſuos, ſed etiã apud hoſtes magnus haberi iã
erat cœptus. Neq; vero tam magnitudinem ac celſitatẽ animi hoſtes admirabantur,
quã iuſtitiã & fidem amplectebantur. Nam cum Romanus imperator, neq; obſidione
neq; oppugnatione potiri oppido potuiſſet,ſed à muris in profundã vallem repulſus,ac
multis difficultatib. affectus, conditiones pacis Intercatienſib. ferre coactus eſſet; non
ante illi eas accipere in animũ induxerunt,quã ſpondente Scipione,& priuatim fidem
15 ſuã interponente conſcriptæ ſunt. Quin idem etiam tantũ iam erat apud imperatorẽ
auctoritatis adeptus,vt cũ auxilia à Maſiniſſa, Numidię rege, populi Ro. ſocio, ſibi eſsẽt
petenda, quẽ potius, quàm Scipionẽ, ad eum mitteret, habuerit neminẽ. Erat tum rex
ille grauiſſimo bello Carthaginenſiũ implicatus, iamq; acies ex vtraq; parte ad prœli-
andũ erant inſtructæ, cũ Scipio ad eum peruenit. Itaq; à filio regis humaniſſimè, hone-
ſtiſſimeq; acceptus, eorũ, vt res prope ipſa cogebat, inter ſe pugnã ex edito quodã colle
ſpectauit. Qua ex re tantũ voluptatis accepit, vt ſæpe poſtea glorians dicere ſolitus fu-
16 erit, duos tantũ ante ſe eiuſmodi fuiſſe ſpectaculo delectatos, Iouẽ, cum ab Ida, Neptu-
nũ, cum à Samothracia acies inter ſe ad Iliũ, Homero teſte, concurrentes ſpectarunt.
Cum autẽ fama aduentus eius totam iam eſſet ferme Africã peruagata, tanta fuit iuſti-
tiæ illius inter eas gentes opinio, vt eũ non tam Maſiniſſa, quàm Pœni de pace arbitrũ,
quaſi imperatorẽ, aſciuerint. Appianus tamen elephantis, quorũ cauſa venerat, à rege
acceptis, ipſum ſcribit retro ſe ad Lucullum è veſtigio contuliſſe.

*Appianus in Iberica, Eutropius lib. 4. Oroſius lib. 4. Liuius Epitoma lib. 48. Scriptor de Viris illuſtrib. Florus de Reb. in Hiſpania geſtis, Plinius li. 37. Velleius lib. 1.*

*Appianus in Iberica & Libyca, Val. lib. 3. cap. 5. & lib. 2. cap. 5.*

*Appianus in Libyca, Oroſius lib. 4. Liuius epitoma lib. 49. & 50. Suidas in voce Phameas, Velleius lib. 1. De Viris illuſtr.*

Duobus inde poſt annis,cum Manio Manilio conſuli bellum Carthaginenſibus
inferenti tribunus militum obtigiſſet,exiſtimari vix poteſt, quantum ceteris omnibus
& animi & conſilii magnitudine anteceſſerit. Nam cum conſul oppugnatione vrbis
ſæpe fruſtra tentata per quandam murorum partem,quæ paullò antè deiecta, nondũ
probè fuerat reſtituta,ex improuiſo irrumpere cogitaſſet, ac Scipio Pœnos prærepto
imperatoris conſilio ſuos ita diſpoſuiſſe audiſſet, vt alii armati Romanorum impetum
ſuſtinerent,alii inermes ligna, & lapides in eos ingredientes ex loco ſuperiore cõiice-
rent, quin maximũ propulſaret,quod ſuis imminere periculum prouidebat, haud ſibi
eſſe cunctandũ cenſuit. Quare cũ cohortes ſuas in plures partes diſtribuiſſet,eaſq; non
procul à muris ex interuallo conſtituiſſet,datis mandatis effecit,vt non eos ſolũ,qui in
vrbẽ irrumpere,ſed illos etiã,qui laceſſentib. inſtare hoſtib. cuperẽt,à certamine cohi-
berent. Quanquã apud Liuium inuenio hanc conſilii temeritatẽ non conſuli aſcribi,
ſed duobus militũ tribunis, quos ille ſcribit, cũ neglectos ab vna parte muros cum co-
hortibus inuaſiſſent,& ab hoſtibus vehementius premerentur,à Scipione eſſe potiſſi-
mũ conſeruatos: cui illam etiam deberi laudem adiungit, quod paucis equitibus ad-

iuuantibus castellum Romanorum nocturna oppugnatione hostium liberarit. Post autem cum Pœni summa vi ex vrbe silentio noctis egressi castra Romanorum adorti essent, vnus item extitit Scipio, qui subito consilio salutem attulerit. Etenim è portis castrorum egressus iis, quę à prœlio longius aberant, cum impetum in Carthaginenses fecisset, illos repentina irruptione ita perterrefecit, vt extēplo relictis castris intra mœnia se receperint. Quibus rebus tantum iam terroris omnibus, simulq; tantam virtutis opinionem attulerat, vt Himilco Phameas, strenuus sane hostium præfectus, qui magno aliàs incommodo Romanos milites, quoties frumentarentur, affecerat, Scipione copias adducente, nusquam se ostenderet: quòd animaduerterat, Scipionem non, vt alios, temerè in campos exire, sed certis antè in locis equites peditesque paratos aduersus hostiles, sicunde emergerent, insidias collocare. Quam laudem cum obscurare, aut aliquo modo minuere tribuni reliqui vellent, hoc iccirco facere Phameam dictitabant, quòd à Scipione inire gratiam cuperet, quo cum summa vetustas esset, atque iam inde vsque ab auo eius Africano amicitia instituta. Quin etiam paucis post diebus cum Romani à populatione reuerterentur, magno periculo circūuenti, eiusdē prudentia sunt ac fortitudine conseruati. Etenim cum Pœnorū milites nauium Romanarum præsidium inuasissent, simulque ciues in vrbe ad arma conclamauissent, Scipio, consule sese, quod clamoris causam ignoraret, castrorum munitionibus continente, subito cohortes suas, quibusdam cum accensis præire facibus iussis, eduxit: non vt per noctem prœlio dimicaret, sed vt hostibus tumultuosius omnia peruagantibus maioris speciē multitudinis obiiceret, eosq; perterrefactos in vrbem confugere, omissa nauium, vt fecit, oppugnatione, compelleret. His de rebus adeo in ore ciuium omnium erat, vt M. Cato senex, qui superioris Africani magnitudinem allatrare antea consueuerat, quid de iis, qui tum in Africa militabant, sentiret, interrogatus, de Scipione versum Homericum vsurparet: Iste viget solus, reliqui velut vmbra vagantur. Iam vero quantum consulem ipsum etiam rei bellicæ prudentia anteierit, apertè ostēdit: primum, cum ei dissuasit, ne aduersus Asdrubalem ad Nepherim tum castra habentem, contenderet, quòd per angusta, ac difficilia loca iter faciendum esset: deinde, cum eundem iam per tria fermè stadia ad Asdrubalis castra progressum admonuit, ne aut flumen quoddam traiiceret, vt facilem suis, si res posceret, receptum relinqueret, aut certè se ante fluuium firmi valli præsidio communiret, quò se, si forte pelleretur, referre statim, ac sine periculo posset. Quod consilium, quanquam ab aliis tribunis ita irrisum, vt quidam etiam gladium se abiecturum esse diceret, si Scipio, non Manilius imperaret, prudentissimum fuisse, haud ita multò post rei euentus declarauit. Nā cum commisso trans flumen prœlio Asdrubal suas in castra copias, vbi à Romanis legionibus nihil accipere detrimenti poterat, reduxisset, ratus, id quod res monebat, Romanos, inopia commeatus ex iis locis mouere coactos, sibi occasionem aliquam ad se adoriendum daturos, obseruato eo tempore, quo pedem referentes in tranando flumine impediti ordines propter angustias vadorum interrupissent, eductis copiis vndique in eos inuadit, ac secum acie dimicare vel iniquissimo loco compellit. Tum Scipio cum exercitum Romanum summum in discrimen adductum videret, ac sibi maturandum ad eos, quoquo modo posset, subleuandos existimaret, satis, vt in re trepida, salutare consilium capit: ad trecentos equites, quos secum habebat, aliis quot maximè potuit, aduocatis, mandauit, vt alii iacula, sagittasque in hostes coniicerent, alii iis, qui fessi iaculando essent, recentes, integrique succederent, atque orbe quasi quodam opportuna pugnantium vice certarent. Ita cum iussa ab omnibus diligentissimè fierent, Asdrubal eos, qui flumen transibant, relinquere coactus, se totum in Scipionem ad omnes partes adequitantem, ac pugnam vniuersam consilio, ac fortitudine sustinentem conuertit. Scipio suis fluminis commodè traiiciendi spatio dato ipse post se ab eius impetu facilè liberauit. In eo prœlio præter ceteros tribuni militum tres ex iis, quibus maximè pugnæ placuerat sententia, ceciderunt. Interea Romanis, postquam in castra peruentum est, cohortes aliquot, quæ se à flumine prœlii eius initio editum collem quendam subduxerant, ab Asdrubale obsideri magnoque i

*Plutarch. in apophteg-matis Cato-nis, & in Ca-tone maiore, Liuius epi-toma lib. 49.* 17

que in periculo poſitas eſſe, renunciatum eſt. Omnibus eo nuncio grauiſſimè per-
turbatis, cum quidnam opus eſſet facto, conſultaretur, ceteri quidem deſerendos eos,
nec paucorum conſeruandorum cauſa tam multos tantis periculis obiiciendos cen-
ſebant. At Scipio haudquaquam ſe paſſurum teſtatus, viros fortes ſubſidii inopia in
manus hoſtium peruenire, paucis equitibus delectis, & commeatu paucorum dierum
ſumpto, ad hoſtes profectus, diuerſis è partibus in eos impetum fecit, ac repente circũ-
uentos fuga ſalutem petere coegit. Quo ex facto tantum laudis adeptus eſt, vt ad ſuos
rediens, vbi procul cum ſociis viſus eſt incolumis aduentare, magno ab omnibus cla-
more, atque ingenti plauſu exceptus ſit, & Manilius conſul, eo obſidionali corona do-
nato, ſe in eos acrius animaduerſurum edixerit, qui illius in recipiendis copiis manda-
to non paruiſſent. Angebat interim ea cura pleroſque, quod occiſorum tribunorum
corpora honore ſepulturæ carerent, eiuſque rei procuratio depoſci à Scipione tacitis
propè vocibus omnium videbatur. Id quod ille ſentiens, quendam dimitti ex captiuis
Carthaginenſium iuſſit, eumque ad Aſdrubalem proficiſci, præcipiens, vt verbis ab eo
ſuis ſepulturam cadaueribus poſceret. Qua ille re cognita, ſiue quod hoc humanita-
tis eſſe cenſeret, ſiue quod Scipionem metuens, ei obſequi potiſſimum cuperet, corpo-
ra tribunorum, ex annulis aureis, cum ceteri ferreo vterentur, ſcrutatus, diligentiſſimè
ſepelienda curauit. His de rebus conſul, ac tribuni militum, & vniuerſus exercitus,
cùm legati ad res Africæ inuiſendas à ſenatu miſſi adeſſent, ea de Scipione narrarunt,
vt incredibile videretur, laudes cuiuſquã aut pluribus aut grauioribus præconiis poſſe
celebrari. Quæ eadem cum poſtea Romæ in ſenatu oratione legatorum exponeren-
tur, non illum ordinem ſolum magna ſpe, ac voluptate complerunt, ſed populum et-
iam ſic ei conciliarunt, vt proximis comitiis, quibus L. Piſo, & Sp. Poſtumius conſules
facti ſunt, conſul à multis centuriis diceretur. Erant Maſiniſſæ regi filii multi: quo-
rum tres ex vxore, reliqui è concubina ſuſcepti. Hos rex cum malè inter ſe concor-
des eſſe, ac morbo & ætate confectus, finem ſibi vitæ adeſſe animaduerteret, petiit à
18 Manilio per literas, vt ad ſe Scipionem mitteret. Nam ſe ex eius ſententia patrimoni- *Appianus*
um ſuum inter filios diuidere velle. Miſſus Scipio cum regem mortuum offendiſſet, *in Libyca.*
tamen quod eundem audiebat ante mortem præcepiſſe filiis, vt ſibi rebus in omnibus *Diu. Epit.*
morem gererent; regiam inter eos hereditatem ita diuiſit, vt poſſeſſiones quidem iis, *lib. 50. Eu-*
quos rex è concubina genuerat, aſſignarit, legitimos verò theſauris ac vectigalibus, & *tropius lib.*
regio præterea nomine peræquè omnes affecerit. Micipſæ porro, qui reliquos antei- *4. Oroſius*
bat ætate, & paci inprimis ſtudebat, Cirtam vrbem regiam, Guluſſæ, qui militaribus e- *li. 4. Valer.*
rat artibus eruditus, belli paciſque poteſtatem, Manaſtabili, qui omnium minimus e- *lib. 5. cap. 2.*
rat natu, quoniam excellere iuſticia intelligebat, quæ inter populos cõtrouerſa eſſent,
cognoſcenda permiſit. Quin etiam Guluſſam, quem virum ſtrenuum eſſe cognoue-
rat, ad belli Punici ſocietatem adduxit. Atque hoc autore ſæpe Phameæ poſtea inſi-
dias euitauit, quibus Romanos ille perpetuo appetebat. A quo, tantum abfuit, vt Sci-
pio caperetur, vt eundem illum potius ad ſe cum ipſius equitatu traduxerit. Id quod
19 hoc modo adminiſtratum eſſe accepimus. Iacebat inter duos montes vaſtiſſima quç-
dam vallis, eiuſque ab vna parte Aſdrubal, ab altera Scipio copias per tramites quoſ-
dam ducebant. Scipio vero, qui Phameæ quotidie nouas inſidias aliquas metuebat,
cum tribus prægreſſus comitibus locum omnem diligentius explorabat. Quod ani-
maduertens Phameas, præmiſſis copiis ſuis cum vno & ipſe comite proceſſit obuiam:
cumque ita appropinquaſſent, vt alter alterum audire poſſet. Cur, incipit Scipio, ſa-
luti tuæ, Phamea, non conſulis, poſteaquam communi non potes? At ille: Quæ poteſt
ſalus, inquit, inueniri tam perditis Carthaginenſium rebus, ac Romanis à me tam gra-
uiter irritatis? Tum Scipio, Polliceor, ſi quid in me fidei eſt, inquit, tibi apud Roma-
nos, ſi ad nos te contuleris, nec veniam, nec gratiam defuturam. Ego vero, inquit ille,
te digniſſimum iudico, cuius fidei me committam, ſed vt hoc fieri poſſit, profecto vi-
des: atque his dictis ambo receſſerunt. Paucis poſt diebus, cum iterum Manilius ca-
ſtra ad Nepherim haberet, nuncius quidam è Guluſſæ exercitu epiſtolam Scipioni
reddit, in qua hæc ſcripta erant: Hodiè ad locum illum veniam, vbi collocuti ſumus:

tu fac, vt quibuſcum tibi viſum fuerit, præſto ſis. Hæc Scipio, quanquam à quo mitterentur, non extabat, mitti à Phamea ſuſpicatus, conſulem, quid opus eſſet facto, conſuluit. Is etſi, ne quid ſubeſſet inſidiarum, veritus, de Scipionis ſalute magnopere laborabat: eum tamen ire conceſſit, ea lege, vt Phameæ impunitate promiſſa, præmia ea tantum oſtenderet, quæ fides, & virtus eius poſtea meruiſſet. At his quidem verbis opus non fuit. Nam Phameas vbi primum in conſpectum Scipionis venit; ſatis ei ſe de ſua ſalute credere dixit: ceterum, vt gratiam ſibi Romanorum compararet, fide & officio annixurum. His rebus dictis poſtridiè eius diei ſe ad prœlium inſtruit, ac cum ceteris ducibus in medium progreſſus, quaſi magna alia de re verba facturus; Si patriæ, commilitones, inquit, ferre auxilium licet, nullum adhuc periculum communis ſalutis cauſſa recuſo: Sin autem res in eum locum adducta eſt, vt eius conſeruandæ ſpes nulla ſit reliqua, cur non noſtræ tandem ſaluti conſulimus? equidem quã pro me ipſo, eandem pro omnibus, qui me ſecuti fuerint, fidem accepi: vos, vt tempus admonet, quæ in rem veſtram ſunt futura, deligite. Atque his dictis ipſe ad Romanos cum duobus millibus & ducentis equitibus tranſiit. Scipioni cum Phamea redeunti exercitus obuiam lætis clamoribus quaſi triumphanti progreſſus eſt. Poſt cum Manilius vtrumq; Romam dimiſiſſet, vbi Scipionem nauem conſcenſurum eſſe percrebuit; continuo vniuerſus ſe ad litus exercitus effudit, eumque & laudibus & precibus, vt ſibi imperator reuerteretur, eſt proſecutus. Romam autem cum veniſſent, eorum alter à ſenatu ampliſſimè collaudatus, alter magnificè donatus ad reliquias belli ex fide conficiendas eſt excitatus.

Cum autem L. Piſo conſul, bellum ſortitus, L. Mancino claſſis præfecto, atque
hoc ipſo Phamea ſecum in Aphricam ductis, tota æſtate nihil profeciſſet, ac magnam
præterea cladem ad Carthaginem accepiſſet, populus autem Romanus Pœnos propterea
animos recepiſſe, ſeque ad bellum acrius inſtruxiſſe cognoſceret, omnem in vnum
Scipionem cogitationem conuerterat. Ita cum res reminiſceretur, quas legatus
in Hiſpania, ac tribunus militum in Africa adminiſtraſſet, proximis eum comitiis ædilitatem
tum primùm petentem conſulem declarauit. Cum autem à patribus, ſaluis 19
legibus, conſulem adhuc eum fieri non poſſe per ætatem admoneretur, eo cupiditate
prouectus eſt, vt ex Romuli, & Tullii legibus penes ſe comitiorum eſſe ius, dixerit, ita
vt ſuffragiis cuique, quod vellet, vel dare vel detrahere poſſet. Ita permittente ſenatu
Scipio, legibus ſolutus, magno populi ſtudio, cum C. Liuio conſul renunciatus, idemque
extra ſortem bellum cum Pœnis in Africa gerere iuſſus eſt. Itaque exercitum tã- 20
tum, quantus ante ſuperiores clades fuerat, habendi, itemque à ſociis, & à regibus & à
ciuitatibus, quot vellet, & quos ipſe probaret, educendi facultatem adeptus, omnibus
rebus ex ſententia comparatis, quas ad bellum neceſſarias putauit, Vticam aduehitur:
quæ vrbs circiter octo millia paſſuum à Carthagine diſtans ſponte ſe huius
belli initio populo Romano dediderat. Tum Piſo educto ex hybernis exercitu interiora
loca adortus premebat obſidione. Mancinus autem legatus Carthaginis partem,
quæ neglecta videbatur, quod rupes aſperæ, & inuiæ vndique eſſent, adortus, ſca- 21
lis clam appoſitis, vrbem ingredi conabatur: iamq; perterritos Pœnos inſequens portam
vrbis intrauerat, cum imminente nocte, ad quam pugna perducta erat, rerum neceſſariarum
inopiam, imminenſque periculum contemplatus, nuncios ſtatim ad principes
Vticenſium mittit, qui eos, quanto ipſe in periculo ſit, quantaque commeatuum
penuria afficiatur, edoceant, eoſque è veſtigio, vt ſibi ſubſidio ſint, rogent. His Scipioni,
cum forte veſpere Vticam acceſſiſſet, tertia ferme vigilia nunciatis, milites tuba
confeſtim vocari, ab adoleſcentibus Vticenſium commeatum ad naues comportari
iubet. Pòſt captiuos quoſdam dimiſſos Carthaginenſibus nunciare iubet, mox affore
Scipionem. Inde equitibus aliis poſt alios miſſis, qui Piſonem ad opem Mancino ferendam
excirent, atq; militibus interea in naues impoſitis Vtica ſoluit, iis admonitis,
vt cum hoſtibus appropinquaſſent, erecti ſuper tabulata in illos ora conuerterent. His
rebus à Scipione pro tempore raptim inſtructis, Mancinus prima luce Carthaginenſibus
ex omni parte vrgentibus quingentos, quos ſolos in armis habuit, duobus hoſtium
millibus

*Velleius lib. 1. Liu. epitom. lib. 50. Plutarch. in Apophthegm. Scipionis, Appianus in Libyca, Eutropius lib. 4. Cic. in Lælio. Val. lib. 8. c. 15. Plutar. in politicis.*

*Appianus in Libyca, Oroſius lib. 4. Eutrop. lib. 4. Florus de bello Punico, Liuius epit. lib. 51. Strabo lib. 18.*

*Liu. epit. lib. 51. Strabo lib. 17. Appianus in Lybica, Oroſius lib. 4.*

millibus à fronte oppoſuit: iamque vulnere accepto à muris pulſus profligari videbatur, cum ſubito Scipionis naues armatorum manu refertæ, magnoque curſu Carthaginem contendẽtes in alto apparuere. Quibus conſpectis Pœni, qui à captiuis Scipionem ſuis ſubſidio venire didicerant, ſtatim ſubſtitere. Illis cedentibus Scipio Mancini milites iam periculo proximos ſuis nauibus excipit, ipſe non procul Carthagine caſtra ponit. Interea Pœni ex muris per ſtadia quinque progreſſi vallum iaciunt, in eoque ſpatio Aſdrubalem, & Bythiam collocant: quorum vni ſex millia peditum parebant, alteri equites mille ſatis ad dimicandum, ſi ita res poſtularet, inſtructi. Scipio autem cum exercitum à Piſone acceptum, auaritiæ ac deſidiæ deditum, atque omnibus probris, ignauia Piſonis, affectum animaduerteret; antè eum ſibi emendandum eſſe conſtituit, quàm ad pugnam aliqua ratione deſcenderet. Itaq; concione aduocata, omniumque ordinum centurionibus adhibitis, primum vehementer eos accuſauit, quod eam belli rationem inſtituiſſent, quæ nec maiorum ſuorum diſciplinę, nec populi Romani dignitatis foret: deinde vero docuit, ex præſentibus moribus factum eſſe, vt crebris prœliorum offenſionibus maiores ſpiritus Pœni ſumpſiſſent, & quos Romani antè contempſerant, eos nunc reformidare coacti eſſent. Pòſt autem cùm inutilium hominum multitudine, atque omnibus quæ in caſtris redundabant, ſublatis, ſatis ſeſe milites ad priſtinam reuocaſſe diſciplinam putaſſet; inſidiis per noctem pòſitis, Megarà, qui locus erat vrbis ampliſſimus, cumque mœnibus ipſis vrbis coniunctus, aggredi ſtatuit. Ita præmiſſis aliquot è ſuis, qui ab vna parte hoſtes imparatos inuaderent, ipſe cum aliis ab altera cum ſecuribus, ſcalis, ac vectibus, ad duo millia paſſuum, ſilentio magno, procedit. Cum perceptis à Pœnis inſidiis vox è muris edita eſſet, hoſtes adeſſe monentis, tũ Scipio, & cum eo ſui omnes clamorẽ ſuſtulerunt. Qui autem à contraria parte conſtiterant, vehementius extulerunt vocem ita, vt Pœni tot hoſtib. vndiq;, ac tã repentè circumſiſtentibus, magnopere terrerentur. Sed res tamen Scipioni, licet tentaret omnia diligentius, prout ipſe ſtatuerat, non proceſſit. Erat tum forte priuati cuiuſdam turris extra muros vrbis deſerta: cuius faſtigium altitudinis propè mœnia ipſa vrbis æquabat, à quibus non longius aberat: hanc cum adoleſcens quidam audacter aſcendiſſet, accitis properè aliis, ab ea ad muros vrbis haſtis aſſeribuſque traiectis pontem facere inſtituerunt: per quem cum ad mœnia, inde ad Megarà perueniſſent, ſtatim refractis portis, Scipionem cum quatuor hominum millibus receperunt. Hac re cognita adeo ingens luctus intus Carthaginenſes excepit, vt vrbs ab hoſtibus capta eodem veſtigio videretur. Itaque tumultu facto, clamoreque edito omnes ſe repentè contulerunt in arcem, tam ii, qui in vrbe erant, quam ii, qui foris in vallo conſederãt. Scipio autem cum Megarorum campum anguſtiorem, cumque arboribus obſitum, ac dumis & vepribus impeditum conſpicaretur, veritus, ne inſequenti exercitui difficile iter eſſet, aut in aliquas inſidias ipſe incideret, quibus erat ille maximè locus idoneus, gradum ſibi referendum eſſe conſtituit. Poſtridie eius diei Aſdrubal Megarà capta indignè ferens, captiuos omnes Romanorum in muris ſtatuit, eo maximè in loco, in quo à ſuis facile conſpici poſſent, eoſque ibi crudeliter per contumeliam Romanorum variis excruciatos tormentorum generibus interfecit: ſcilicet, vt Carthagi- *Appianus in Libyc. Suidas in voce Aſdrubal, Obſequens.*
22 norum variis excruciatos tormentorum generibus interfecit: ſcilicet, vt Carthaginenſes acerbiore in Romanos odio incitati, cum eos à ſe tam grauiter violatos ſcirent, omnem in armis ſalutis ſuæ ſpem collocarent. Quæ res contra euenit, atque ille putarat. Pœni enim noua eius crudelitate ſummum in timorem adducti ab eo valde alienati ſunt, quod factorum atrocitate viam ſibi miſericordiæ, ac ſalutis intercluſiſſet. Cum autem præcipuè à ſenatoribus incuſaretur, ac nimiæ crudelitatis argueretur, nõnullos eorum interficiendos curauit; vt qui manifeſtè tyrannidem affectans; ſe tanto firmiorem fore putaret, quanto omnibus formidabilior fieret. Scipio interea ratus, Carthaginem niſi obſidione expugnari non poſſe, eam, quoad potuit, circumuallare inſtituit: primum autem Iſthmo omni; qui eſt à terra; potitus; non longè ab vrbe foſſam à mari ad mare per tria millia paſſuum duxit, cum continenter foderet ſimul, & pugnaret. Ea foſſa perfecta, æqualem huic alteram in continentem verſus effecit, hiſque duas alias ſimiles à lateribus commiſit ita, vt quadratum opus efficeretur. Omnes autem ſudibus præacutis, ſtipitibuſque tranſuerſis muniuit. Quæ verò vrbi pro-

pinquior erat, eam muro per tria millia paſſuum ſepſit, cuius altitudo pedes duodenos ſupergreſſa eſt, propugnaculis ac turribus exceptis, in muro ex interuallo d iſpoſitis, latitudo dimidio amplior fuit. In medio turrim altiſſimam excitauit, & ſuper ipſam quadratum è ligno propugnaculum quatuor ſublatum contignationibus ſtatuit, ex quo procul, quæ fierent in vrbe, proſpiceret. Hæc intra viginti dies, totidemque noctes, exercitu perpetuo laborante, ac viciſſim operi ſuccedente, ſimulque pugnante, ac vix ſomnum aut cibum capiente, perfecta ſunt. Ita intra ſpatium illud deductis copiis hoc boni eſt aſſecutus, vt vno tempore & caſtrametaretur, & hoſtes re omni frumentaria intercluderet, quæ à terra deferretur, quod Iſthmo excepto reliquis partibus Carthago mari allueretur. Atque hinc malorum omnium in Carthaginenſes origo manauit. Nam cum maxima ex agris in vrbem turba ſe conieciſſet, neq; commeatus quidquã, aut terra propter munitiones, aut mari propter claſſem Romanorum, ſupportaretur, res eos frumentaria deficere cœpit: quamquam Bythias præfectus equitum nouam quandam rationem excogitarat importandi frumenti. Nam cum iampridem ad commeatum deferendum miſſus, nec clàm accedere, nec Scipionis vallum vi ſuperare auderet, illum nauibus imponi iubebat, quæ ſecundi vim venti expectantes haud ita multo poſt plenis in portum velis ferebantur, cum Romanorum triremes propter ſcopulos, & vndarum fluctus inter ſe non poſſent hærere, aut naues ob earum impetum impedire. Sed hoc modicum erat, nec niſi magno ſpirante vento ſubuehi poterat, totumque ab Aſdrubale triginta millibus militum ſolis diuidebatur, quos ſibi ex omnibus ipſe delegerat. Ex quo efficiebatur, vt fame acrius ciuitas reliqua premeretur. Scipio autem cum ne minimum quidem inuehi vellet, oſtium portus, quod ad occidentem ſpectabat, neque longè à terra aberat, obſtruere commodiſſimum ſtatuit eſſe. Ita aggerem perlongum à mole quadam, quæ inter ſtagnum & mare porrecta, Lingua dicebatur, in pelagus eductum, oſtio ipſi portus opponit, eumque totum ſaxis ingentibus, & denſis firmat, ne opus vndarum alluuie ſolueretur. Id opus primum Carthaginenſes irridere, atque vocibus è muris increpitare, quod ea machinatio compararetur, quæ nunquam habitura finem videretur. Vbi vero toto in eam rem incumbente, neque dies aut noctes intermittente exercitu, ſe omnino portu illo marique interclusos & prohibitos cognouerunt; haud planè animis conſternati, alterum ex contraria parte orientem verſus effodere ſtatuerunt. Ergo in vrbe ita occultè, vt ne captiui quidem Romani, quidquam Scipioni nunciare poſſent, naues primum ex vetere materia refecerunt. Strabo duobus menſibus CXX actuarias naues conſtructas ſcribit, cum antiqua materia ſuppeteret, & fabrorum multitudo conducta nunquam ceſſaret. Deinde portum pelago in medio, qua nullam molem ob profunditatem, vimq; ventorum educi poſſe confidebant, ſuffoderunt, magno etiam mulierum ac puerorũ, vna perpetuo laborantium ſtudio. His rebus completis triremes, ac quinqueremes, myoparones, aliaque complura nauigia paratiſſima atque omni genere armorum inſtructiſſima è portu profecta Romanis aduerſa conſtitere. Romanos autem, & os portus improuiſo patefactum, & longus nauium ordo celeriter è portu erumpens, adeo exterruit, vt, ſi Pœni eorum naues, nautis ac remigibus vacuas, è veſtigio inuaſiſſent, eas nullo fermè negotio opprimere potuerint. At illi tantum, vt ſe oſtentarent, claſſem mouere, inde ſe in portum celeriter recepere. Poſt triduum cum prœlium maritimum committere ſtatuiſſent, ſeque ad id Romani nullo interpoſito ſpatio rebus omnibus compoſitis inſtruxiſſent; ſigno dato, magno clamore ab vtraque parte concurſum eſt, eaque pugna, cum remigum vtrinque ac gubernatorum militumque virtus atque audacia eniteret, eſt vſque ad ſolis occaſum magna contentione perducta, cum illi in eius diei caſu ſummæ victoriæ, hi ſummæ ſalutis euentum conſiſtere arbitrarentur. In eo prœlio Romani ab Afrorum ſcaphis magnis detrimentis affecti ſunt: quæ paruæ, ac ſumma leuitate præditæ maioribus eorum, grauioribuſque nauibus ſuccedentes, puppibus perforatis, ac remis & gubernaculis amputatis, ex eorum conſpectu ſe repentè proripiebant. Sole occidente Pœnis ſeſe recipere viſum eſt, non quo prœlio cederent, ſed vt poſtridiè alacrius ad dimicandum redirent. Ea de cauſſa cum

bre-

breuiores Carthaginensium scaphæ prægredientes, ac nauigandi velocitate se impedientes, aditum portus interclusissent; maiores naues, cum progredi non possent, Aggerem petiere. Is locus ante mœnia vrbis fuit amplissimus, in quo pacatis rebus negotiatores onera sua exponere consueuerant: verum hoc imminente bello breui muro munitus eo consilio fuerat, ne hostes vt patenti in loco sub muris aliquando versarentur. Huc ergo ob portus inopiã Pœni delati conuerso impetu prœlium instaurarũt, cum alii ab Aggere, alii è nauibus, alii è muro pugnarent. Ac Romanis quidem & leuis nauigatio, & facilis consistentib. nauibus dimicatio erat: cum autẽ regrederentur, difficili ac tarda grauiorum nauiũ agitatione à circumcursantibus Pœnis magna sæpe incommoda accipiebant: quoad quinq; Sidetarum naues, quæ Scipionem eius adductæ studio sequebantur, commodiorẽ quandam euadendi rationem ostenderunt: quippe magno interuallo in mare anchoras iaciebant, ab iisq; longis funibus demissis, magno in hostes aut remorum aut vndarũ impetu ferebantur: prœlio verò commisso, funes à puppi trahentes, nullo negotio recedebant: quas deinde secuti reliqui magna sanè detrimenta hostibus intulerunt. Eo prœlio ad noctem dirempto, Carthaginẽsium naues, quotquot incolumes fuere, vrbem petierunt. Scipio postridie mane Aggerem aggressus, quod opportunum id admodum portus propugnaculum esset, arietibus machinisque multis admotis, partem muri deiecit. Ea re compulsi Pœni, quamquam omnibus defessi malis, rei etiam frumentariæ ad summam inopiam adducti erant, noctè è muris ad machinas Romanorum incendendas erumpunt: cum autem propius ad eas accedere nequirent, omni aditu terra marique præsepto, nudi, facibus extinctis, ne conspecti præuenirentur, plerique natantes exierunt, ad easque delati ignem intulerunt. Re à Romanis percepta, fit prœlium atrox, cum ab vtraque parte multi & vulnerarentur & caderent. Pœnorum autem virtus incredibilis, atque animi magnitudo summa fuit: quorum cum in ora pectoraque aduersa, gladii essent telaque multa coniecta, non antè tamen pugnare destiterunt, quàm aut opera succensa, aut pulsos loco Romanos conspexerunt. Turbatis ex hoc tumultu rebus, cum trepidatio in castris Scipionis orta esset, qualis nunquam antea extitisset; ille cum equite accurrens, ac terrorem mortis illis iniiciens, qui terga dedissent, plurimos conseruauit. Romani totam noctem armati traduxerunt, hostium maximè desperatione permoti. Pœni incensis operibus Romanorum in vrbem se recipiunt: postridiè murum, qui labefactus erat, instaurant, turresque super ipsum multas ædificant. Romani cum alias machinas comparant, tum aggerem validissimum contra turres hostium extruunt: ex quo cum faces emittere instituissent, hostes loco depellunt, eosque persequi fugientes incipiunt: verum cum ingressum cruore, ac limo terra madefacta non sustineret, haud ita multo post desinunt. Aggere Pœnorum potitus Scipio, eum fossa & muro lapideo sepsit, ac quatuor hominum millibus firmauit, qui in hostes sagittas, ac iacula contorquerent. Ineunte hieme cum plurimos esse in ea regione Scipio comperisset, qui Pœnos commeatu, ceterisque rebus iuuarent, quin eos de medio tolleret, haud sibi dubitandum putauit. Itaq; aliis in alias partes dimissis, ipse in Diogenem, quem Asdrubalis rebus fauere didicerat, Nepherim versus per stagnum, Lælio terrestri itinere circummisso, contendit, vt vero eò peruenit, castra duobus stadiis longè à Diogene posuit, & Gulussam ibi, vt eum quiescere non pateretur, reliquit, ipse modò Carthaginem, modò Nepherim petens, tanti belli molem magno consilio, nec minori animi præsentia sustinebat. Duabus turribus ad Nepherim collapsis, locum insidiis datum arbitratus, mille delectos homines in insidiis post Diogenem locat, tria millia à fronte constituit, quibus cum ipse, qua turres prociderant, ascendit, non conferta multitudine stipatus, sed per partes agmen ducens, ne priores loco moti aliis subsequentibus terga darent. Cum clamore ac strepitu Romanorum omnia personarent, Afris ad pugnam concurrentibus, ii, qui à tergo dispositi erant, vt mandatum eis fuerat, vallum audacter, ne suspicante quidem quoquam, inuadunt, atque transcendunt. Quare Afri perculsi, cum multo plures hostes, quam quos conspicabantur, adesse putarent, in fugam coniiciuntur. Ex contraria parte Gulussa, magna Numidarum manu, & præterea

elephantis instructus, eos adortus, cædem ingentem facit. Eo prœlio ad septuaginta
millia hominum cum inutilibus cæsa esse dicuntur, ad decẽ millia capta, circiter qua-
tuor euasisse. Capta Nepheris est post duos & viginti dies, quàm obsideri à Scipione
cœpta est, cum multa ibi incommoda hibernorum difficultate temporum pertulisset.
Qua victoria complures præterea Libyæ vrbes ad eum defecerunt, ipse vehemẽter ad
Carthaginem expugnandam accensus est: cuius rei caussa prorogatum ei in alterum
annum imperium fuerat. Itaq; cum Pœnorum opes in dies magis minuerentur, quod
neq; ex Libya, quæ tota ferè in eius potestatem concesserat, neq; mari, aut propter Ro-
manorum præsidium, aut propter minus idoneum ad nauigandum anni tempus, com-
meatus quidquam subueheretur, Byrsam arcem, ac portum cognomento Cothonem
aggredi statuit: quod putabat, eo propugnaculo superato, præsidioq; deiecto, reliquas
se vrbis partes in suam potestatem esse nullo negotio redacturum. Id præsentiens As-
drubal portus partem nocte succendit. Dum autem cum omnibus Pœnis in eam par-
tem intentus, Scipionem cum suis eadem irrupturum confidit, interim C. Lælius à ter-
go per ambitum Cothonis nauib. circumuectus ex altera parte longè aliter, quàm Pœ-
nus putauerat, magno clamore sublato, impressionem facit. Romanorum vim Pœni
etsi primùm pro viribus propulsare conati; cum diuturnitate inediæ languescentes diu
sustinere non possent, in omnes partes passim fugam capessunt: eos fugientes insecu-
tus Scipio partim cæcidit, partim cepit: pauci in vrbem se conicientes vix mortis pe-
riculum euitarunt. Scipioni Cothonis muro potito cum Polybius suaderet, vt circa 23
mœnia murices ferreos spargeret, aut vadis tabulas cuspidibus præfixas subiiceret, ne
subita hostis eruptione in eius procurrere munitiones posset, ridiculè se facturum esse
ille respondit, si propè parta iam, atq; explorata victoria, rationẽ quæreret, ne cum ho-
stibus dimicaret: neq; vero eiusdẽ esse, capere aliquos velle, ac timere. Post hæc quod
& nox suberat, & ipse militibus ex superiore totius diei labore fatigatis, parum se profi-
cere posse intelligebat, sub armis tota nocte quieuit. Vbi illuxit, cum se per muros vr-
bis, qua parte ceciderant, intulisset, vrbem, frustra renitentib. Pœnis, ingreditur cũ gra-
uioris armaturæ militum quatuor millibus, qui, cum in templũ Apollinis introiissent,
aureum simulachrũ eius, & inauratos parietes expilarunt. Quam eorum audaciã adeo 24
persecutũ Apollinem esse crediderũt, vt, qui aureum ei amiculum detraxerat, eius ma-
nus haud ita multo post abscissæ inter fragmẽta repertę sint. Ti. Gracchus cũ C. Fannio
muros vrbis primus ascendit, cũ esset Scipionis vxoris frater, idemq; in eo bello contu-
bernalis. Irruptione Romanorũ in vrbem magna Carthaginensiũ pars in arcem con-
fugerat, & ex ea pugnabat. Eam cũ Scipio adoriri statueret, tres ad illã à foro ducere vi-
as inueniebat, quæ frequentibus atque altis ciuiũ ædificiis vndequaq; erant instructæ.
Cum aũt quantum subire periculũ posset, si ea ingrederetur, animaduerteret; hoc con- 25
silii cœpit: prima ædificia sibi occurrentia occupat, hinc & proximas ędes lignis asseri-
busq; transmissis viarum interuallo coniungit, ac per ea, tanquã per pontes ingreditur,
aliis, vt prœlium in vicis cum obuio quoq; misceant, imperat. Quo fiebat, vt omnia cla-
more, gemitu, ac lamentationib. explerentur, cum alii ferro interea cęderentur, alii è
tectis pręcipites agerentur. Vbi vero ad arcẽ peruenit, tum tribus partibus illato incẽ-
dio, reliquus in vrbem exercitus accersitus est. Vrbis interea ipsius miserabilis inpri-
mis ac teter aspectus erat, cum ædificia alia flammarũ incendio deflagrarent, alia vi at-
q; impulsu hominum, ingenti cum fragore ac strepitu prolabentia, secum pueros, mu-
lieres, senes, ceteramq; turbam, qui pauore se intra tecta coniecerant, aut semianimes,
aut saucios, aut incendio afflatos, attraherent. Quin etiam fabri, ceterique, qui iussu
Scipionis ad aperiendum militibus iter immissi erant, rem multo etiam acerbiorem
reddebant, cum interim fossas, reliquaque depressa vrbis loca mortuis, viuentibusque
sine discrimine replerent. Atque hæc quidem sex dierum spatio gesta sunt. Scipio
autem, ne milites diuturno labore defatigarentur, munera partito exercitu permuta-
uit, cum ipse quotidie rebus omnibus, vix aut somnum aut cibum capiens, inter-
esset. Tandem vero labore confectus excelso quodam in loco consedit, ex quo facile
omnia, quæ gesserat, circumspicere poterat. Interea qui in arce erant, vrbis euersione,
ac deo-

*Plutar. in Apophtegm. Scipionis. Valer. lib. 3. cap. 8.*

*Val. lib. 1. cap. 1.*

*Appianus in Libyca. Florus de bello Punico, Liu. Epit. lib. 51. Val. lib. 3 ca. 2. Orosius & Eutropius lib. 4.*

ac deorum ira perculſi,cùm ſe in extremum omnino caſum adductos, nullamq; ſpem ſalutis ſibi reliquam eſſe viderent; legatos ad Scipionem de deditione miſerunt. Qui ad eum profecti velamenta ſupplicum, Æſculapii ritu, cuius è templo deſcenderant, porrigentes, ſeque ad eius pedes abiicientes, fidem ac miſericordiam eius implorare cœperunt, inprimiſq; eum orare, vt ſibi vel iniquiſſima conditione exire ex arce permitteret. Omnibus præterquam fugitiuis,ac transfugis exeundi poteſtate à Scipione facta, patefactis arcis portis, extemplo ex ea ſe hominum ad quinquaginta millia eiecerunt: primum agmen mulierum inprimis miſerabile fuit ad XX. millia, alterum virorum ad XXX: transfugæ autem,qui ad nongentos fuerunt,cùm propter impoſitum arci præſidium locum non eſſe eruptioni viderent; ſe in Æſculapii templum cum Aſdrubale,& vxore,ac liberis eius contulerunt,atque ad pugnam ex eo loco ſe inſtruxerunt. Poſt hæc omnibus ad ſalutis deſperationem adductis, Aſdrubal paulatim ſe ſuorum è concilio ſubducens, cum ſibi extremis ſaltem vrbis temporibus quoad poſſet, conſulendum putaret, ſupplex ad Scipionem è templo confugit. Eum humaniter acceptum, atque ad pedes ſuos ſedere iuſſum, Scipio transfugis conſpiciendum propoſuit. Transfugæ primum habuere ſilentium, ſpectaculi nouitate permoti: deinde viri perfidiam voce maxima criminantes,deſperatione acti in templum incendium intulerunt, ac ſeſe in illud continuo coniecerunt. Aſdrubalis vxorem memoriæ proditum eſt,cum paullo antè integris rebus à marito,vt ſe ad victorem conferret, impetrare non potuiſſet,hoc tempore ſe,quantum per ærumnas licuit,exornaſſe, liberiſque tribus paruis ante ſe conſtitutis hæc ex arce cum audiente Scipione locutam eſſe: Iam iram profecto tuam expleſti,Scipio,cum Carthaginenſes deuiceris,Aſdrubalemque ipſum, qui tibi vnus capiendus relinquebatur, habeas in poteſtate: de eo tu quidem,vt libebit,vtque noſtræ fortunę conuenit,ſtatuito,qui coniugem,qui liberos,qui templa,qui patriam prodidit ſuam. Inde ad Aſdrubalem conuerſam addidiſſe: Tu verò ſceleratiſſime ac perfidiſſime hominum omnium, quandoquidem Carthaginis imperatorem te fuiſſe gloriaris, cur non huic, propter quem ſedes, pœnas perſoluis? me quidem certè, ac liberos meos hodierno die hæc flamma conficiet: atque his rebus dictis filios eam ſuos interfeciſſe, ſeque cum iis in ignem medium inieciſſe, Aſdrubalem pòſt ſibi necem conſciuiſſe,proditum eſt. Vrbs interea decem ac ſeptem dies incendio conflagrauit. Quam quidem per ſeptingentos fermè annos, poſtquam condita fuerat,rebus omnibus floruiſſe, ac plurimum terra ac mari potuiſſe, eandemque nauibus, armis, viris, opibus nulli ceſſiſſe, audacia verò ac fortitudine ciuium longè ceteras ſuperaſſe,cum memoria Scipio repeteret, nunc autem eandem fame, ferro, ignique vaſtatam intueretur, humanæ conditionis ac fortunæ miſericordia, & quadam quaſi religione tactus, vehementer illachrymauit: cumque inde pauliſper eſſet in tam triſti cogitatione verſatus, tum demum Homeri verſum pronunciauit: Iamque dies aderit, quo concidat Ilion ingens, Et Priamus, Priamique cadat plebs armipotentis. Quarum vocum rationem quærenti Polybio, hæc eadem ne aliquando Romæ acciderent, ſe vereri reſpondit. His rebus geſtis nauem ſpoliis ornatam Ro-

26 mam nunciatū victoriam miſit,itemq; in Siciliam alias,quæ Siculis nunciarent, vt iam tandem quæcunq; ſibi ſuperioribus bellis Carthaginenſes eripuiſſent, recuperatū venirent. Narrat Cicero, Scipionem conuocatis Siculis omnibus, quod diutiſſimè, ſæpiſſimeq; Siciliam vexatam à Carthaginenſib. eſſe cognoſſet,omnia conquiri iuſſiſſe, ſimulq; pollicitū illis eſſe,magnæ ſibi curæ fore,vt omnia ciuitatibus, quæ cuiuſq; fuiſſent,reſtituerentur: tumq; alia,quæ quondā fuerant Himera ſublata, Thermitanis eſſe reddita, alia Gelenſibus,alia Tyndaritanis,alia Agrigentinis, in quibus fuerit ſignū Apollinis pulcherrimum,Myronis arte confectū, ac nobilis ille Taurus, quem Phalaris habuiſſe dicebatur,& Dianæ ſimulachrū quoddam ex ære cum ſumma atq; antiquiſſima præditum religione,tum ſingulari opere artificioq; perfectū. Quibus reb.adminiſtratis ſacrificia ludoſq; fecit, ac fugitiuos, quoſcunq; nanciſci potuit, beſtiis dilaniandos obiecit. Prædam verò omnē militib. præter aurum,argentumq;,& inſignes ſtatuas diſpartiuit: omnib. laborum præmia largitus, illis, qui templū Apollinis ſpoliarant,

*Appian. Eutrop. Epit. Liu. Cicero de ſignis, Pedianus in Diuinationem, Plutarch. in Apophth.*

exceptis: inde arma,equos,machinasque inutiles more patrio discinctus,Marti Palli-
dique sacratas incendit. Adiicit Plutarchus,eum ex præda neque seruum, neq; liber-
tum sumere,aut emere cuiquam permisisse, cum omnes passim prædarentur atq; diri-
perent. Romæ interim ingens gratulatio orta: supplicationes, sacrificia diis immor- 27
*Val. lib.2. ca. 2. Liuii Epit. lib.51.*
talibus facta: ludi ac certamina edita: Scipio in cœlum laudibus latus, qui populum
Romanum ingenti cura ac diuturna liberauisset, eumq; verè orbis terrarum dominũ
deleta Carthagine reddidisset: Decem legati à senatu missi, qui Africam cum Scipio-
ne constituerent,vti è republica,fideq; sua esse censerent. His mandatum est,vt si quid
superesset vrbis, disturbarent: quæ ciuitates Pœnis studuissent, earum vrbes euerte- 28
*Appianus in Libyc. Plut. in Apophth.*
rent: quæ pro se stetissent,præmiis eas agrisq; donarent. Quibus rebus perfectis Sci-
pio,consecrato demum de consilii sententia vrbis Carthaginis solo,atq; Africa in pro-
*Festus.*
uinciæ formam redacta,exercitum Romam deportauit: habitaq; de rebus gestis ora- 29
tione,splendidissimum de Pœnis & de Carthagine triumphum egit, quippe argento,
auro,statuis,omnibusq; monumentorum generibus ornatissimum, quæ Pœni superi-
*Plin. lib.33. c. 21. Cic. de Offic. lib.2. Eutrop. lib.4.*
oribus temporibus ad se ex omni ferè terrarũ parte transtulerant: argenti quater mil- 30
lia,quadringenta & septuaginta millia pondo prælata. Cum autem vrbis opulentissi-
mæ compos factus vnus præter ceteros imperatores milites maximè suos ditasset,tan-
*Cic. in Somnio.*
ta tamen abstinentia fuit, vt nihil in domum suam conuerterit, Africani tantum co- 31
gnomine ex victoria illa contentus, quod item fuerat adoptionis beneficio heredita-
rium consecutus.
*Cic. in Lælio, Vell. lib.1.*
Quibus rebus factum est, vt nomine Scipionis neq; grauius iam quidquam esset 32
in ciuitate,neq; illustrius. Etenim quamquam æquales habebat virtute admodum at-
que nobilitate præstantes,L.& Sp.Mummios, Q.Metellum, L.Furium, C.Lælium, P.
Rupilium,ac Q.Pompeium: postremos tamen cum populari studio,tum rerum gesta-
rum magnitudine anteibat: L.autem Mummium, qui iisdem temporibus consul res
maximas excisa Corintho gessit,longè vicit humanitate,atq; elegantia morum. Nam
Q.Metelli,qui adhuc prætor tantum fuerat, res in Macedonia gestæ, haudquaquam
*Plin. lib.35. cap.4.*
cum rebus Scipionis erant conferendæ. Eam ob caussam accidit, vt ipse L. Mancini 33
factum periniquo animo ferret,qui,quo die ipse de Carthagine triumphauit, non tam
Carthaginis situm,in quam ille prior irruperat,quàm oppugnationes eius pictas in fo-
ro proponens, atque spectanti populo singula exponens, ea comitate consulatum erat
adeptus. Sententiam autem eius in senatu plurimum valuisse, ex eo intelligi potest,
*Val. lib.7. ca.4.*
quod Ser.Galba,& L.Cotta consulibus post biennium in senatu contendentibus,vter 34
aduersus Viriathum in vlteriorem Hispaniam mitteretur, rogatus ipse sententiã, cum
neutrum eorum mittendum esse censuisset, quod alterum nihil habere,alteri nihil sa-
tis esse assereret,eo dicto effecit,vt neutri prouincia mandaretur.
Postero anno à senatu legatus, ad regum & gentium animos perspiciendos, est
*lib.8. cap.3.*
missus. Neque vero ignoro Valerium scripsisse,eum ad hunc honorem post duos cõ- 35
*In Lucullo.*
sulatus, duosque triumphos euectum: sed me magis Ciceronis auctoritas mouet, qui
Scipionem legationem hanc obiisse ante censuram scribit: cuius mittendæ hæc caussa
*Fasti Capit. Iustinus lib. 38. Athenæus lib. 6. Valer. lib.4. cap.4. Plut. in Apophth.*
fuit. Vexabat maria omnia ingens piratarum Cilicum multitudo, magnas tum incre- 36
dibili regum Syriæ ignauia vires nacta, tum noua quadam seruorum exportandorum
licentia: quos ipsi eo etiam auidius rapiebant,quo Romani post Carthaginem & Co-
rinthũ euersas,opulentiores & delicatiores effecti,ad eos mercandos in Delũ frequen-
tius multo,quàm antea,veniebant: vbi mercatus erat totius Græciæ celeberrimus,
prædonib. ad ipsa comportanda mancipia cõmodissimus. Creuerat autem eorũ etiam
numerus quod Ægypti reges,Syris inimici, illorum arma fouebant, Rhodii vero non
prohibebant. Hanc igitur ob caussam Romanis,quamquam non admodum eorũ,qui
vltra Taurum regnarent,potentiam metuentibus,visum est legatum P. Scipionẽ cum
Sp.Mummio & L.Metello in Ægyptum,Syriam,Asiam,& Græciam mittere,vt socio-
rum regum,ciuitatumq; erga se voluntates & animos explorarent. In ea legatione in-
credibilis atq; diuina quædã Scipionis est abstinentia cognita,qui paucissimis stipatus
seruis tam longo itineri se commiserit: apud alios septem, apud alios quinq; reperio:
his vnum etiam præceptorem Panætium pleriq; adscribunt,alii C.Lælium pro Panætio
nomi-

nominant: ſunt etiam, qui adiiciant, ex quinque ſeruis cum vnus in itinere deceſſiſſet,
alium eum Roma confeſtim, ne ſibi in emendo ſeruo ſumptus faciendus eſſet, accer-
ſiuiſſe. Huic autem Alexandriam introeunti Ptolemæus rex is, qui Phyſcon eſt dictus,
obuiam egreſſus riſum maximum dicitur exciuiſſe: nec ſine cauſſa. Erat enim ore de-
formi & ſtatura corporis parua, & ſagina ventris non homini, ſed belluæ ſimilis, quam
fœditatem nimiam tenuitas etiam veſtis eius augebat, cum ea populo imprudentius
indicaret, quæ verecundo homini velanda inprimis fuiſſent. Eo vero ægrè propter
corporis mollitiem incedente, ac raro in publicum prodeunte, Scipio in aurem Panæ-
tio: Iam Alexandrini fructus, inquit, aliquid ex aduentu noſtro cœperunt, quod no-
ſtra cauſſa regem ſuum in publico ambulantem viderunt. Vt autem Ptolemæus Ro-
manis riſum, ſic contra Scipio admirationem Alexandrinis mouit. Itaq; magno ad e-
um concurſu facto, quod eius oculis intuendi cupidiſſimi eſſent, de cuius virtute mul-
ta antè auribus accepiſſent, vbi naui egreſſum forte capite inuoluto prodeuntem vi-
derunt, omnibus ab illo precibus, vt capitis inuolucra dimoueret, atque optatiſſimum
os ſibi ſuum oſtenderet, contenderunt, ſuique demum voti compotes facti, clamore
eum ac plauſu maximo vniuerſi conſalutarunt.

Metello vero & Maximo conſulibus ille cenſuram geſſit: in eo magiſtratu com-
37 petitores habuit L. Mummium, de quo antè diximus, & Ap. Claudium, qui ſuperiore *Plut. in A-*
anno conſul fuerat, quo cum ipſi, quia ambo in patricii locum petebāt, omnis conten- *pophth. Paulli, & in Politicis.*
tio interceſſit. Cum autem cenſoria comitia haberentur, Scipioni popularium turba
ſuffragabatur, Appium optimates deducebant, quibus Claudia gens plurimum omni
tempore ſtuduit. Itaque vt Scipionem Appius hominibus abiectiſſimis, & obſcuriſ-
ſimo loco natis ſtipatum venire in forum vidit; magna voce: O Paulle Æmili, inquit,
nonnè ſi quis apud mortuos ſenſus reſidet, grauiſſimè ſtomacharis, quod filium tuum
præco Æmilius, & rabula Licinius ad cenſuram deducant? Paullus enim Scipionis pa-
ter etſi plebi deditus fuerat maximè, nunquam tamen à patribus deſciuerat, neque ple-
38 bis gratia quidquam aut dixerat aut fecerat vnquam, quo popularis videretur, ſed ita *Val. lib. 4. c. 1.*
optimatium partes amplexus erat, vt non minus plebi iucundus eſſet, quàm qui eſſet
ſummopere popularis. Eam ob rem cum accenſis vtrinque animis in contentionem
quandam virtutis officiique veniſſent, atque Appius audiente Scipione glorioſè in cā-
po dixiſſet, ſingulos ſe ciues nominatim ſine nomenclatore ſalutare, quos Scipio ne de
facie quidem noſſet: Verè narras, inquit hic. Ego enim, non vt multos cognoſcerem,
ſed vt nemini ignotus eſſem, elaboraui. Petebat autem & ipſe à ciuibus, vt, cum ambo
in bello Celtiberico ſtipendia meruiſſent, ex legatorum ac tribunorum militum, qui
ei bello interfuiſſent, teſtimonio, merito præmio vtrumque decorarent. Ita Appio de-
iecto cum L. Mummio cenſor eſt declaratus: quo in magiſtratu facile maiorum ſuo-
39 rum laudi virtutique ſeueritatis opinione reſpondit. Primum enim equum iuueni cu- *Plut. in A-*
idam ademit, qui, cum opiparè eo tempore epularetur, quo Carthago oppugnabatur, *pophth. Cic. de Orat. li. 2. Va-*
libum vrbis Carthaginis inſtar ſodalibus diripiendum propoſuit: cuius notæ cauſſam *ler. lib. 4. cap. 1.*
cum quæreret adoleſcens, quia me, inquit, in expugnanda Carthagine anteuertiſti. *& in Orat. pro Cluentio.*
An vero hic Ti. Claudius Aſellus fuerit, parum liquet. Claudium certè Aſellum con-
ſtat equo ab eo fuiſſe ſpoliatum, ærariumque relictum. Idem tribu alium mouit, quod
cum eſſet patris Paulli centurio in Macedonia, in prœlio non affuerat: eo ſe cuſtodiæ
cauſſa in caſtris remanſiſſe dicente, quærenteque à Scipione, cur notaretur: quia non
amo, inquit, nimium diligentes. Cum in equitum cenſu C. Licinius Sacerdos citatus
prodiiſſet, clara voce, ita vt omnis concio audiret, dixit, ſe ſcire, illum verbis conceptis
peieraſſe. Itaque ſi quis contra dicere vellet, vſurum eſſe eum teſtimonio ſuo: nemi-
40 ne contra dicente, Traduc equum, inquit, Sacerdos, ne ego in te videar accuſatoris ſi-
mul, & teſtis, & cenſoris, & iudicis partes egiſſe. Quin etiam orationem idem habuit *Gell. li. 5. c. 19. & li. 4. c. 20.*
ornatiſſimam, qua populum ad mores maiorum ſuorum imitandum hortatus eſt: in
qua inter cetera, quæ ex præſentibus moribus improbauit, hoc etiam poſuit, quod fi-
lius adoptiuus patri adoptatori inter præmia patrum prodeſſet. Non prætereundum
etiam illud, quod cum M. Fuluius cenſor pilas pontis in Tiberim locaſſet, ipſe cum
Mummio iis pilis fornices imponendos locauit. Luſtrum alii à Mummio, alii ab ipſo

conditum prodiderunt. In eo vero condendo eximiam moderati inprimis animi lau-
dem tulit. Etenim cum in folito, vt inquit Valerius, facrificio fcriba ex publicis tabu-
lis folenni precationes carmine præiret, quo dii, vt populo Romano res meliores, am-
plioresque facerent, rogabantur: Satis, inquit hic, bonæ ac magnæ funt: itaque precor
potius, vt eas incolumes feruent: atque ita in tabulis publicis corrigi iuffit. Cuius au-
ctoritatem fecuti deinceps ceteri eandem in condendis luftris verecundiam votorum
adhibuerunt. In eo vero malè audiuit, quod Mummio collegæ parum amicus fuiffe
vifus eft: fiquidem & in dedicatione ædis Herculis cum epulum fplendidè apparauif-
fet, amicos omnes præter Mummium inuitauit, & abiens magiftratu pro roftris dixit,
fe ex dignitate reip. omnia fuiffe gefturum, fi Quirites fibi collegam vel aliquem, vel
omnino nullum dediffent.

*Gell. li. 3. c. 4. Cic. de Orat. lib. 2.*

Cum autem cenfura abiiffet, dies ei dicta eft ad populum ab Afello tribuno pl. eo, 41
cui ipfe equum cenfor ademerat: quo in iudicio tanta conftantia fuit, vt neque barbā
radi defierit, neque folito cultu reorum fuerit: tantam facultatem adhibuit, vt accu-
fatorem ipfum facile, cum breuibus dictis aliquot, tum perpetua oratione abiecerit.
Nam præter cetera cum ille luftrum infelix obiiceret: Noli mirari, inquit: is enim, qui
te ex ærariis exemit (hic autem fuerat Mummius) luftrum condidit, & taurum immo-
lauit. Lepido autem & Mancino confulibus, à multis eft hominibus improbatus, quod
M. Antium Brifonem, qui ope Lepidi confulis legi Caffiæ tabellariæ repugnabat, de 42
fententia auctoritate fua deduxerit. Quin etiam in eo à multis eft reprehenfus, quod
cum decretum à fenatu fuiffet, vt L. Mancinus conful cum quæftore Ti. Graccho, qui
Numantini fœderis principes fuiffent, nudi hoftium dederentur; Gracchum vxoris
fuæ fratrem ea deditione exemerit; Mancinum vero, cuius intimè familiaris erat, de- 43
di permiferit.

*Vell. li. 2. Cic. de Off. li. 2. Appian. Iberic. Orofius lib. 5. De viris illuftr. in Mancino.*

Ceterum bellum hoc populus Rom. multis antè annis cum Celtiberis gerebat:
iamque omnes in poteftatem ditionemque concefferant, vnis tantùm Numantinis
exceptis, qui arma magno conatu retinebant, ac multo maiore inferebant. Nam cum
Q. Pompeium, P. Lænatem, L. Mancinum, & M. Lepidum confules, aut cum exercitu
fudiffent, aut in anguftum locum perductos turpiffimis fecum pacifci conditionibus
coegiffent, ac Pifo conful tanquam ad fuperiora damna refarcienda profectus, agros
tantum Numantinorum, regionemque Pallantinorum depopulatus in hiberna exer-
citum deduxiffet, populus Rom. belli diuturnitatem ac turpitudinem indignatus, Sci-
pionem, fpectatæ tot in bellis virtutis ac prudentiæ ducem, ad id bellum mittere fta-

*Cic. in Lælio, in Somnio. Val. lib. 8. cap. 10. Appian. Iberica, Liu. Epit. li. 56.*

*Appian. Iberica, Vell. lib. 2. Florus de bello Numantino, Orofius lib. 5. Frontin. lib. 4. cap. 7. De Vir. illuft.*

*Appian. Iberica. Plutar. in Apophth. Scipion.*

tuit. Cum autem conful iterum, lege id vetante, creari non poffet legibus, vt antè, cum 44
ne tum quidem peteret, atque adeo etiam abfens effet, folutus eft. Factus ergo ma-
gna populi voluntate, maiore reip. ab eo bene gerendæ fpe, Scipio conful, ac bellum
Numantinum extra fortem gerere iuffus, continuo animum ad belli neceffarios ap- 45
paratus intendit. Igitur diffidens veteri exercitui, cuius ignauia fæpe male antè pu-
gnatum effe non ignorabat; alias præterea fibi copias comparandas, auxilia vndique
colligenda, arma, tela, equos & cetera inftrumenta militiæ expedienda putat: in de- 46
lectu autem habendo neminem ex veteribus legionibus fumit, quod alio bello deti-
nerentur, verum nouos milites omnes confcribit. Cum autem Italici frequentes, ftu-
dio atque amore ipfius, ad id bellum nomina darent, fenatus, veritus ne proprio Italia
præfidio nudaretur, non folum id eos vetuit facere, fed ne pecunias quidem ex præ-
paratis Scipionem paffus eft fumere, verum annuas penfiones, quarum exigendarum
nondum venerat tempus, attribuit. Quorum alterum Scipio, quod ad ftipendium in
bellum fuppeditandum pertinebat, minimè fe indignè dixit ferre, quod fuas & ami-
corum fuorum facultates putaret ad id bellum fuftinendum fatis multas futuras: de
altero vero, quod milites Italiæ fortiffimos fecum ad bellum difficilimum educere ve-
tabatur, fenatum leuiter reprehendit. Quare confenfu eius multos, qui vltro nomina
profitebantur, quos reges ciuitatefque miferant: ac præterea clientes amicofq; quin-
gentos confcripfit. Atq; his ac reliquis neceffariis reb. apparatis partem exercitus ad
quatuor millia hominum fratri Fabio tradidit: ipfe ante eum quàm maximis itinerib.

potuit,cum paucis in Hiſpaniam in caſtra ire contendit. Eo cum veniſſet, non proti-
nus hoſtes adortus eſt, vt eos tanquam incautos imparatoſque circumueniret: quod
exploratum haberet, nunquam eos homines ocio adeo luxuriaque diffluere, vt non
ipſa naturæ ferocitate apparatus aliorum facile ſuperarent. Verum cum acceptum à
Piſone exercitum ita incontinentem,imbellemque factum eſſe intelligeret, vt nihil ſe
talibus moribus è maiorum dignitate gerere poſſe confideret;non antè ſibi bellum at-
tingendum eſt arbitratus, quam præſentem intemperantiam ad antiquam continen-
47 tiam reuocaſſet,ac milites more maiorum laborare coegiſſet. Itaque edixit primum,
vt inſtitores,& ſcorta, quæ ad duo millia in caſtris erant, atq; omne genus ariolorum,
quos milites præteritis exanimati cladibus ad futuros caſus præcipiendos adhibebant,
è caſtris excederent,ac ne quis victimarum extra rerum futurarum cognoſcendarum
cauſſa inſpiceret,& ne aut in caſtris,aut in agmine ſeruum quiſquam aut iumentũ, aut
lixam haberet: adhæc vaſa omnia, præter ollam, & veru,& fictile poculum,& argen-
teum haud duabus libris grauius, haberi prohibuit: vtque crudo obſonio ſtantes in
prandio,pane autem vel pulte,& carne aſſa,vel elixata diſcumbentes in cœna veſcerẽ-
tur,edixit: militem lauari vetuit,aut vnctum ab alio confricari, quod mulos aliaq; iu-
menta diceret,quia manus non haberent,alterius opera indigere. Cum Memmii tri-
buni militum iumenta gemmatis vaſculis,&Thericleis onuſta intercepiſſet: Tu mihi,
inquit,aliquantiſper,at tibi,& patriæ in perpetuum nequam eris. Alio clypeum orna-
tiſſimum oſtentante: Scutum,inquit,adoleſcens,ornatum eſt,ſed Romanũ virum de-
cet dextræ fidere magis,quàm ſiniſtræ: neque vero ſe illius in eo exornando diligen-
tiam admirari adiecit, cum in clypeo, quàm in gladio, plus præſidii collocaret. Quin
etiam lectulos ſuſtulit,primuſq; ipſe in ſtramentis cubuit: militeſq; equum in itinere
vetuit aſcendere,nequiſſimũ eum appellans,qui ſuis pedibus ingredi non poſſet. Ne-
que tamen cum ſatis continentes ſe reddidiſſe illos arbitraretur, cum hoſte ſibi adhuc
decertandum,ſed variis eos antè in operibus exercẽdos putabat. Itaq; quotidie tranſ-
uerſis itineribus exercitum ducebat,& caſtra mouebat, militeſq; nunc altiſſimos mu-
ros ſtruere, nunc deturbare, modo nouas foſſas ducere, modo veteres implere iube-
bat, cum interim fodientes diceret luto inquinari debere, quos madere hoſtium ſan-
guine oporteret. Eam ob rem iumenta omnia,ne milites onere leuarentur, vendide-
rat,eoſdemq; in itinere triginta dierum frumentum, ac ſeptenos vallos ferre cogebat,
ita vt frigora & imbres pati,ac vada fluminũ tranare pedibus aſſueſcerent. Ægrè pro-
pter onus incedenti dicebat: Cùm gladio rectè vallare didiceris, vallum ferre defini-
to. Eo ſe nimio pondere premi querente: Merito, dicebat: huic enim ligno magis,
quàm gladio fidis. Quendam ſcutum nimis aptè mouentem, aliud amplius grauiuſq;
iuſto ferre coëgit: rogatuſq; cur id faceret: Quia tu melius,inquit,ſcuto,quàm gladio
vteris. Quin etiam à laborantibus militibus nunquam diſcedebat,pulloque indutus
ſagulo caſtra obiens turpitudinẽ ſe militum ſuorum lugere dicebat. Iter faciens qua-
drato agmine incedebat,ne,vt ceteris antè acciderat,ab hoſtibus imparatus opprime-
retur: in agmine verò modò in primis,modò in poſtremis, modò in medio aderat, vt
omnes in officio contineret: quem extra ordinem deprehendiſſet, ſi Romanus erat,
vitibus, ſi ſocius, virgis cædebat: ægrotos in equos imponebat: mulos nimio onere
preſſos leuabat,partemque oneris peditatui dabat: ſua cuique munera diſtribuerat,vt
certi eſſent,qui excubias agerent,qui foſſas facerent, qui vallum iacerent, qui muros
ſtruerent,qui tentoria locarent. Hunc igitur in modum cum veteres milites ad priſti-
nam continentiam reuocaſſet, ac laborum patientes reddidiſſet, ineunte æſtate Nu-

*Val.lib.2.c.2. Liu. lib.57. Frontinus lib. 4.ca.1. Plut. in Apophr. Scipio. Aelianus li.XI. Appianus in Iberica, Florus de bello Numantino.*

48 mantiam verſus caſtra mouit. Erat autem eius hoc conſilium, vt nec nimis firma ad
ſtationes loca deligeret,nec copias vllo modo diduceret: ne,ſi quid à principio detri-
menti cepiſſet,ab hoſtibus,à quibus adhuc irridebatur,omnino contemneretur: nec
prœlio eos vltrò laceſſeret, quod genus belli ac Numantinorum vires, quantæ eſſent,
non ignotas haberet: verum frumenta illorum incenderet, & agros perpetuis popu-
lationibus deuaſtaret. Cum autem direptis agris caſtra propius vrbem ſibi putaret
mouenda,duo eſſe itinera,quibus eò perueniri poſſet,inueniebat,vnum anguſtum, at-

*Val.lib.7.ca.2.*

que difficile, alterum quanquam aliquanto superiore longius, tamen multo & facilius & expeditius. Multis autem suadentibus, vt breuiorem viam iniret, haud sibi parendum existimauit: quod timendum sibi diceret, ne si angustiore via exercitum duceret, repentinam in se hostes eruptionem facerent, iumentis, plaustris, & impedimentis reliquis implicatum, neq; ea de caussa satis vel ad pugnandum vel ad pedem referendum paratum: quod si illi fecissent, sibi magno detrimento ac multorum virorũ fortium morte, ipsam etiam victoriam constituram: duci autem prudenti imprimis eius rei habendam rationem esse, vt nunquam, nisi aut monente occasione, aut vrgente necessitate certaret: neq; enim turpius quidquam in re militari posse contingere, quàm si quid imperator eiusmodi commisisset, vt sibi dicendum esset, Non putaram: quod re diligentius explorata & agitata, quæ ferro agerentur, opus esset administrari: quod ipsum medicorum confirmabat exemplo, qui non antè ad vrendum, aut secandum membrum adducerentur, quàm experti essent, quid proficere medicamentis possent: hisque rebus dictis simul tribunis militum imperat, vt longiore itinere agmen ducant, atque ita exercitum in fines Vaccæorum perducit. Ibi frumento, quantum plurimũ potuit, coacto, omne, præterquam quod sibi necessarium futurum esse arbitrabatur, incendit. Cum autem in Vaccæis morans quosdam Pallantinorũ equites sub Complanii collibus in insidiis latentes sensisset in suos sæpe, quoties frumentatum exirent, impetum facere; Rutilium Rufum tribunum militum cum delecta equitum manu ad eorum incursiones continendas immittit. Is cum ad manus cum Pallantinis venisset, illud fecit imprudentius, vt eos terga dantes vsq; ad collem insequeretur: quo postquam peruenit, patefactis insidiis, statim ille suis, ne hostem insequi aut adoriri contẽderent, imperat, sed pilis tantum eum à se, quoad possent, propulsarent. Scipio autem interea, cum Rutilium longius, quàm mandatum fuerat, studio pugnandi progressum videret, quod euenerat, ne accideret, veritus, eum cum reliquo exercitu suo sequi cœpit: cumque ad locum insidiarum venisset, equitatum in duas partes distribuit, eumque per partes signa in hostes inferre, iactisq; iaculis gradũ sensim referre, quoad se cũ reliquis copiis coniungerent, iussit: atque ita equites incolumes in campum reduxit. Moturus interim ex Vaccæis castra, cum flumen ad traiiciendum difficile in medio situm esse, ad idq; hostium esse insidias collocatas, audisset; priore itinere relicto, longiorem alteram viam, sed ab insidiis tutiorem ingressus est. Ibi aquarum inopia multos effodere puteos est coactus: in quibus plerisq; cum aqua amarior inueniretur, pars iumentorum siti confecta est, homines vix incolumes euaserũt: atq; inde per fines Caucæorum in agrum Numantinorum hiemandi caussa progressus est. Eo tempore cum 49

*Appian. Iberic. Sallustius in Iugurth.*

rex Numidarum Micipsa pop. Romano equitum & peditum auxilia mitteret, Iugurtham Manastabilis fratris filium cum XII. elephantis misit: quem virum pòst & in amicis Scipio habuit, & ad res grauissimas periculosissimasq; adhibuit. Non prætereũ- 50

*Plut. in Mario, Vell. lib. 2.*

dum etiam hoc loco illud, C. Marium, qui postea septies consul fuit, adhuc adolescentem prima ad Numantiam stipendia imperatore Scipione fecisse: quo in bello cum præ se animi magnitudinem eximiam ferret, haud imperatorem latuit, quippe cuius in conspectu ferocissimum hostium quendam confecerit. Quare ab eo cum aliis honoribus multis, tum vero testimonio illo iudicii sui grauissimo est ornatus. Etenim cum forte quodam die post cœnam sermo de imperatoribus incidisset, & ex iis, qui aderant, quidam, siue consulto, siue casu, de Scipione quæsisset, quem similem sui ducem pop. Rom. post se habiturum, putaret, Scipio leniter percusso Marii humero, huncce respõdit. Hic enim præstanti, inquit, virtute vir erit, quod ea de se dat in adolescẽtia signa, ex quibus, qualis futurus sit, cum paullum ætate processerit, facile possumus augurari.

*Plut. in Gracchis, Vell. lib. 2. Appian Iberic. Gell. lib. 2. c. 13.*

Addo etiam, C. Gracchum Tiberii fratrem, & Lucilium poëtam in eodem exercitu 51 Scipionis stipendia meruisse: Rutilium vero Rufum & Sempronium Asellionẽ scriptores Romanæ historiæ luculentos tribunos militum eidem imperatori fuisse, easq; res, quibus ipsi interfuerunt, memoriæ prodidisse. Cum autem Scipio prorogato sibi in alterum annum imperio studium omne in populando ac vastando Numantino agro collocaret, accidit, vt quodam die ad pagum nescio quem, valle rupeque altissima cinctum,

cinctum,rem cum Numantinis proſperè,quamquam omnino aliud cogitans,geſſerit.
Etenim cum magna pars militum pago, equites autem nonnulli agris diripiendis eſ-
ſent intenti,ab hoſtibus,qui non procul à pago in inſidiis ſubſederant,circumuenti,vix
ſatis firmi ad ſe tutandum eſſe videbantur, niſi properè Scipio ad ſigna, quæ extra pa-
gum fuerant relicta,conſiſtens,ſuis repente per tubicinem euocatis, equitum auxilio
ſuccurriſſet,atque hoſtes turpiter fugere coegiſſet,quos tamen haud longius perſecu-
tus,ſe intra munitiones ſuas paucis ab vtraq; parte deſideratis recepit. Atque ita qui-
dem Appianus. Paullus tamen Oroſius,cum partem æſtatis,inquit,totamq; hyemem
ne tentata quidem pugna tranſegiſſet,hoc illum demum profeciſſe,quod vbi pugnan-
di copia facta eſt,Romani impetu Numantinorum oppreſſi cum terga vertiſſent, in-
crepatione miniſq; imperatoris erecti, conuerſis ſignis hoſtem fugarunt. Quare cum
Numantinorum ſeniores ſuos obiurgarent,quod quos antea ſæpe fugaſſent, eos nunc
fugiſſent: Non eſt, cur quiſquam hoc miretur, inquit iuuenis quidam: quia pecudes
adhuc eædem ſunt illæ quidem,quæ antea,ſed paſtor eſt alius. Qua ex re quamquam
magnam voluptatem Scipio cepit, tamen nihil inconſultè, ac temerè aduerſus Nu-
mantinos audendum eſſe profeſſus eſt. Poſt hæc cum bina caſtra ad Numantiam po-
ſuiſſet; quorum vnis ipſe præerat, alteris fratrem Fabium præpoſuerat, accidit, vt à
Numantinis ſeſe ex vrbe proripientibus ſæpe pugna prouocaretur. Ille autem cum
iis haud eſſe certandum ratus,quos non ratio, ſed deſperatio in aciem incitaret, omni-
no prœlium detrectabat: cum illud ſuum repeteret, bonum imperatorem nunquam
ad ferrum, niſi ad extremum, vt medicum, oportere confugere: quin etiam à non-
52 nullis propterea vt nimis tardus,ac prope ſomniculoſus accuſatus, reſpondit, ſe à ma- *Plut. in Poli-*
tre ſua imperatorem genitum eſſe,non militem. Ergo à prœlio committendo abhor- *tic. Marcell. lib.*
rens,animum ad hoſtes obſidione premendos, atque inedia & fame conficiendos in- *17. Plut. in A-*
tendit. Ea cauſſa fecit, vt literas per omnes ſocias ciuitates dimitteret, à quibus auxi- *pophț. Front.*
lia peteret. Quæ cum ad diem omnia conueniſſent, vrbem hoc modo circumuallare *lib. 2. c. 7. Ap-*
inſtituit. Primum copiis ſuis atq; auxiliis ciuitatum in multas partes diſtributis, vt to- *pianus Iberic.*
tam vndiq; vrbem foſſa valloq; cingerent,imperauit: cuius valli latitudinem ad pedes
denos,altitudinem ad vicenos perduxit: quod ſi ab incurrentibus hoſtibus opere for-
te prohiberentur, ſe interdiu purpureo velo, noctu ignibus fieri certiorem iuſſit. His
perfectis alteram foſſam poſt hanc ducere cœpit, & murum erigere, qui in altitudinẽ
pedes decem,in latitudinem octo pateret: in eoq; turres, iugeri inter ſe interuallo di-
ſtantes,excitauit: cumque ſtagnum quoddam cum mœnibus coniunctum muro ſe-
pire non poſſet,aggere valido circumdedit. Pòſt autem cum fluuium Durium per vr-
bem labentem Numantinis commodiſſimum eſſe ſenſiſſet, tum ad commeatus com-
portandos, quos ſecundum nacti ventum paruis in vrbem nauiculis inuehebant, tum
ad homines emittendos, qui ſe vndis obruentes foras enatabant, omnino vſum eius
etiam eripere ſtatuit. Eam ob rem,vbi propter ipſius latitudinem rapiditatemq; pon-
te iungi non poſſe animaduertit; caſtella in vtraq; ripa conſtituit, ab iiſque proceras
trabes, firmiſſimis funibus vtrinque ſuſtentatas in aquam demiſit, enſium mucroni-
bus circumfixas: quæ magno fluminis impetu circumductæ prohiberent, ne quis na-
53 uigando,aut natãdo clam exire,aut introire poſſet. Ex quo Numantini inopia rei fru- *Val. lib. 7. c. 7.*
mentariæ ſimul & conſilii laborare cœperunt, cum nec quidquam neceſſarium in vr- *Appian. Iberic.*
bem liceret inuehere, nec, quid foris ageretur, vlla ratione cognoſcere. His rebus ita
conſtitutis,ſuper turres catapultas ad iacienda tela collocauit, omnibuſq; non cohor-
tibus ſolum,ſed etiam centuriis funditores & ſagittarios interiecit. In muris autem vi-
ros ex interuallis diſpoſuit,qui omnium, quæcunq; gererentur, clamore edito, eoque
inde ab aliis deinceps excepto & proximis tradito,certiorem ſe continuo facerent. Iis
vero,qui in turribus erant,edixit,vt ſi quid ſciri opus eſſet,id ſigno dato denunciarent:
quæ verò certius à ſe cognoſci oporteret, ea vt per nuncios indicarent. Præterea to-
tum exercitum ſexaginta millium hominum quadripartito diuiſit: quorum alios pro
muris voluit excubare,alios in vſus neceſſarios, ſi quo forte contendendũ eſſet, reſer-
uauit: viginti porro millia, quæ vſu poſtulante pugnarent, totidemq; , quæ ſi quid iis

durius accidiſſet,ſubſidio eſſent,conſtituit, iiſque locum ſuum cuiq; attribuit, ex quo
decedere cuiquam iniuſſu ſuo prohibuit: qua diligentia effecit, vt quoties hoſtes im-
petum feciſſent,tum omnes, qui ad id parati erant,in eam partem, ex qua ſignum da-
tum fuiſſet,ſe protiperent, eorumque impreſſionem reprimerent: quoties vero muri
cuſtodias inuaſiſſent (ſæpe autem modo ab vna, modo ab alia parte id fecerunt) par-
tim multitudine ſignorum,quæ ad ceteros excitandos è turribus edebantur,partim a-
ſpectu eorum, qui ſumma cum celeritate accurrebant, tum nunciorum huc & illuc
volitantium copia,tum fortitudine eorum,qui vallum murumq; defenderent,poſtre-
mo tubarum, quæ bellicum è turribus canebant, altiſſimo perterriti ſono, nihil omni-
no proficerent. Hac ergo ratione Scipio cum ſeptos Numantinos teneret, putabat
haud diutius obſidionem eſſe toleraturos: cum neq; virorum, neq; armorum, neque
annonæ quidquam iis poſſet ab vlla parte ſuppeditari. Quod ſi qui forte aliquo mo-
do vrbe frumentatum exiſſent,eos tamen interfici vetabat,quod diceret, eo citius ab-
ſumpturos eos frumentum,quod haberent,quo plures fuiſſent. Cum autem Numã-
tini ita iam fame affligarentur, vt longius ferre non poſſent, Rhetogenes quidam co-
gnomento Caraunius,vir ſpectatæ inter ſuos fortitudinis atq; virtutis extitit, qui peri-
clitanti patriæ vltimis eius temporibus auxilium ferre conatus ſit. Is ſodalibus quin-
que,quos in ſuam pertraxerat ſententiam, totidemq; famulis atq; equis aſſumptis, no-
ctis ſilentio,ſpatium illud,quod inter vrbem & munitiones erat cum traieciſſet, ſcalis
ſecum allatis munitiones ſuperat, ac cuſtodes imparatos adortus, remiſſis famulis, e-
quos,quos ſcalis ſubuexerat, conſcendit, ac protinus ſingulas Areuaccum vrbes adit,
ſimulq; eos docet,quanto res Numantinorum in periculo ſint: videndum eis diligen-
ter eſſe,ne ſimilis ad eos caſus recideret: optimam autem ad id rationem futuram, ſi
cognatæ ciuitati maximè neceſſario tempore ſubuenirent. Hæc oratio nullius popu-
li animos permouit,niſi Lutienſis: quæ ciuitas à Numantia quadraginta fermè millia
paſſuum diſtat: cuius cum iuuentus omnis ſubſidio Numantinorum animis eſſet pro-
penſa, maiores natu veriti, ne quid prauis adoleſcentum conſiliis detrimenti accipe-
rent,confeſtim Scipionem certiorem faciunt. Ea de cauſſa Scipio hora noctis octaua
magna manu ſine impedimentis accurrit,& ante lucem vrbem exercitu circumſedit,
ſimulque,vt iuuentutis principes in poteſtatem ſibi dederentur, poſtulauit. Ciuibus
eos euaſiſſe dicentibus,ſeſe bello ciuitatem perſequuturum demonſtrat: qua de cauſ-
ſa traditi ſunt ei iuuenes ad quadringentos, quibus cum prodendi exempli cauſſa ma-
nus præcidiſſet,extemplo motis caſtris Numantiam ſe recipit. Tum demum Numan-
tini temporibus coacti ſex ad eum legatos miſerunt: quorum princeps Auarus lauda-
ta Numantinorum animi magnitudine,magnificè apud Scipionem loquutus, Numã-
tinos ſe dedere ei paratos dixit,ſi tolerabilia imperarentur: ſin minus, omnino ſe in a-
cie interfici malle,quàm non libertatem retinere,quam à maioribus accepiſſent. Sci- 54
pio cum ex captiuis,quo ſtatu res in vrbe eſſent,comperiſſet, veram ſine vlla exceptio-
ne deditionem fieri, ſimul vrbem, arma, ipſos atque omnia ſua fidei & poteſtati ſuæ
committi velle,reſpondit. Hæc cum legati populo Numantinorũ exponerent, quan-
quã non aliud à Scipione reſponſum exſpectabant, tamen ira incenſi, libertatis amore
ac præſenti calamitate acerbius efferati,& de ſua fermè poteſtate deiecti, Auarum,ce-
teroſque legatos, tantorum malorum nuncios interficiunt,ſuſpicati, ne illi publica ſa-
lute neglecta aliquid cum Scipione priuatim de incolumitate propria pepigiſſent.
Poſtremo ad id inopiæ omnium rerum venerunt,vt omnibus generibus ciborum de-
ficientibus,ac fructibus,iumentis,herbiſque omnibus conſumptis, lora, detractaſque
ſcutis pelles,vbi feruida molliſſent aqua, comeſſe incœperint: quibus confectis ſe ad
morientium hominum cadauera tranſtulerunt: cum interim ægrotorum nullam ra-
tionem haberent, ac pro ſe quiſque, quo plus poſſet, imbecilliori vim faceret: ad hæc
grauis eos etiam peſtilentia inuaſerat, quam diutina concluſio & mutatio victus, præ-
terea teterrimus cadauerum odor tota paſſim iacentium vrbe vulgauerat: quibus il-
li victi ac ſuperati malis tandem in poteſtatem Scipionis venerunt. Hoc tamen quẽ-
admodum factum ſit,aliter ab Appiano atque à ceteris traditum eſt. Hos enim nar-
rat ille

*Strabo lib. 3. Valer. lib. 7. ca. 6. Florus de bello Numant. Oroſius li. 5. Eutrop. l. 4. Front. lib. 4. Val. li. 2. cap. 2.*

rat ille diuturnis incommodis conflictatos,consilium tandem se Scipioni dedendi cœpisse,seque horrido incomptoque capillo ad eum supplices contulisse: Scipionem autem postulatis eorum auditis iussisse, vt eodem illo die arma constitutum quendam in locum omnia comportarent,ipsi postridie in alium omnes conuenirent: ea re audita Numantinos petiisse, vt diem sibi ad id faciendum produceret, quod adhuc in vrbe non pauci essent,qui libertatis amore sibi mortem adferre,vel ferro,vel fame,cuperẽt: quorum vbi alii sese alio modo interemissent,reliquos die tertio, vbi imperatum fuerat,in præscriptum locum se contulisse,deformes, truculento aspectu, ac multo sordidiore habitu, ita vt ea fortuna facile misericordiam commouere in animis etiam hostium possent: ex quibus cum paucos Scipio ad triumphum sepofuisset, reliquos sub hasta vendidisse,vrbemque funditus euertisse. Appiano autem Strabo & Valerius assentiri videntur,quorum ille paucos cedentes muros tradidisse scribit, hic Scipionem vrbem ingredientem multos reperisse ait, qui membra trucidatorum corporum sinu suo vescendi caussa gestarent. Sin autem Floro & Orosio credimus,Numantini cum eruptione facta extremum experiri auxilium statuissent,carne prius semicruda & largiore potione sumpta se ingurgitarunt, non vini, cuius is locus minimè ferax est, sed
55 ſucci tritici artificiosè collecti, quam Celiam incolæ vocant. Scipio eorum consilio *Plin.lib.22.c.ult.*
cognito,haudquaquam pugnandi copiam fecit. Id ægrè primùm Numantini tulerũt, quod sibi nec patriam defendere, nec gloriosam mortem pugnando liceret oppetere: deinde vero cum repentina eruptione,si quid extremis proficere temporibus possent, tentare decreuissent, ex improuiso Romanos inuaserunt, ac magno spatio atrociter, non sine Romanorum periculo aliquo dimicarunt: ipsorum tamen res multo fuit deterior,qui fortissimo quoq; ex suis amisso,prœlio excesserunt,ita tamen, vt compositis ordinibus,nec veluti fugientes se reciperent, nec oblata ad sepulturam cadauera suorum acciperent. Postremo omnia experti, quod res nulla processerat, decernunt ex oppido profugere,atque ex hostium manibus occultè, si possent, euadere. At eorum incœptum vxores nimio virorum amore flagrantes ruptis cingulis equorum impediunt. Quare vltima desperatione ad moriendum impulsi, portas vrbis clauserunt, ac se,duces,patriamq;, ferro, veneno, & subiecto vndique igne perdiderunt. Theogenes autem vir genere,pecunia,honoribusq; in ciuitate præstans, vicum suum, qui erat in vrbe pulcherrimus,cum nutrimentis ignis raptim contractis combussisset,protinus districtis gladiis duobus in medio constitutis,binos viros ea conditione inter se decertare iussit, vt qui victus esset, abscissis à capite ceruicibus in ardentia tecta coniiceretur: qua ratione cum omnes prorsus vicinos suos neci tradidisset,tum se ipsum quoq; in ignem iniecit. Scipio autem vrbem ingressus nihil omnino prædæ inuenit, quod aurum,argentum,arma,vestes,ceteraque eiusmodi omnia igne absumpta essent,ac ne vnum quidem Numantinorum in vincula catenasve coniecit, quòd omnes periissent. Ita de Numantiæ excidio duplex fama est: alii à Numantinis,alii à Scipione incensam scribunt. Vrbe deleta,reliquam ille regionem in fidem accepit, ceteras, quæ defecerant,Hispaniæ ciuitates, partim vi, partim deditione in potestatem suam redegit: agrum Numantinum oppidis vicinis distribuit: labantes in fide populos confirmauit,reliquis tributa imposuit: hæc omnia intra annum, ac tres menses administrauit, quartodecimo, postquam Carthaginem exciderat, anno: constitutaq; ex decem
56 legatorum sententia prouincia,Romam ad triumphum exercitum deportauit, in quo *Plin.lib.33.c.11.Cic.Philip.11.Appian.in Iberica.*
XII. millia pondo argenti tulit: triumphauit autem postero anno, quo Lænas & Rupilius consulatum gesserunt: ex eoq; Numantini cognomen inuenit. Hac de caussa factum est,vt cum L.Cottam virum consularem florens ipse recentis victoriæ gloria *Cic. pro Mur. in Bruto. in Verrē, Pedianus,Val. lib.8. cap.1.*
57 postulasset, quanquam grauissimis de criminibus reum,tamen condemnare nequiuerit, quod veriti sint iudices, ne non iudicasse, sed accusatoris amplitudini damnationem eius donasse viderentur.

Cum Scipio in Hispania bellum gerebat, Ti.Gracchus vxoris frater,atq; superioris Africani ex filia nepos, cum tribunus plebis statum reipublicæ agrariis legibus, & magistratus continuatione conuellere conaretur,Romæ ab optimatibus duce Scipio-

ne Nasica fuerat interfectus: cuius interitu in castris nunciato, Scipio, quo erat erga bonos & erga remp. animo, Homericum versum in hanc sententiam pronũciarat: Sic 58 abeant vtinam, audebunt qui talia cuncti. Quare cum post Numantinum triumphũ C. Carbo Gracchanarum legum subscriptor, & Tiberii studiorum imitator, ipsum in rostra productum, quid de Ti. Gracchi morte sentiret, interrogasset, in pristina persistens sententia non dubitauit dicere, Ti. Gracchum, si animum occupandæ reip. habuisset, iure interfectum sibi videri: quibus vocibus cum grauiter plebis animos, cuius præcipuè commodis Tiberius inseruierat, ostendisset; ab incitata multitudine, quod nunquam aliàs antea, est explosus. Qua ille nouitate permotus: Silete vos, inquit, quibus Italia non est mater, sed nouerca. Plebe autem reclamante: Non efficietis inquit, vt solutos metuam, quos huc vinctos adduxi. Tum populus memoria repetens, quæ sibi virtute eius, & patris, atq; aui, prouinciæ accessissent, tantorum virorum reuerentia motus obmutuit. Alii, cum legem à Carbone promulgatam de eodem tribuno pl. reficiendo pro concione dissuaderet, hoc ab eo dictum esse prodiderunt. Postero anno, M. Aquilio, C. Tuditano consulibus, seditiones agrorum diuidendorum, quæ paullo post necem Ti. Gracchi consederant, iterum vehementius exarserunt, C. Graccho, C. Carbone & M. Fuluio triumuiris agros Italiæ ex lege Tiberii diuidentib. Quam partitionem iniquè ferentes Italici ad P. Scipionem vniuersi confugiunt, eumque orant, ne se miseris suis temporibus deserat, atq; à leuissimis hominibus agris suis spoliari permittat. Quorum repudiare preces Scipio haud rectum esse existimans, quod eorum præclara vsus opera difficilimis in bellis fuisset, in senatu quidem legem agrariam palam improbare ausus non est, ne forte populi voluntatem vehementius à se disiungeret, sed cum de agrorum ex lege diuidendorum difficultate differeret, æquum sibi videri dixit, non à triumuiris, qui suspecti facile esse possent iis, quorum res diuiderentur, caussas cognosci. Plebs autem cum Scipionem pro commodis sociorum contra rem suam venire animaduerteret, cui bis ipsa consulatum contra leges mandasset, duoque extra sortem bella grauissima detulisset, ac tot honores semper, tamq; singulares & eximios exquisisset, ab eo prorsus alienata est. Hinc Gracchus ceterique, qui plebis partes tuebantur, occasionem nacti, Scipionem quotidie palam criminari ad populũ, quod agrariam Tiberii legem abrogare, vrbemq; ciuium cæde ac sanguine contaminare tentaret: vsq; adeo, vt plebs incensa Scipionem hanc caussam pro rostris agentẽ clamoribus iterum sibilisq; interpellauerit, eumque ad maledicta, vt antè, compulerit. Tum vero cum operæ Gracchanæ sublato clamore tyrannum interficiendum esse dicerent; Præclarè patriæ oppugnatores, inquit, me antè de medio tollere cupiũt, quod nec Scipione viuente Romam interituram, nec Roma intereunte Scipionem victurum esse existiment. Itaq; cum M. Fuluius in eum pro concione acerbissimè perorasset, ipse populum de periculo contestatus, quod sibi pro patria laboranti parari ab improbis hominibus comperisset, eadem agendi caussa in senatum se contulit. Quo dimisso domum reductus est à patribus conscriptis, sociisq; Latinis, qui omnem in eo salutis tum suæ spem collocarant.

Val. lib. 6. c. 2. Plut. in Gracchis. Vell. lib. 2. Cic. de orat. De viris illust. Cic. in Lælio, Liu. Epit. li. 59. Appianus primo Ciuilis, Orosius lib. 5.

Atq; hic dies vltimus P. Scipioni illuxit. Nam cum tabula apud se posita, in qua 59 scripturus nocte videbatur ea, quæ ad populum postridie essent agenda, validus vespere cubitum discessisset, postridie mane mortuus in lectulo, annum vix sextum & quinquagesimũ natus, inuentus est, ita vt illatæ vis non obscura quædam signa in faucibus apparerent. Quibus autem auctoribus interemptus sit, parum conuenit. Sunt, qui, quod infirma valetudine esset, eum sua sponte è vita cessisse tradiderint: alii, quod ea, quæ Italicis pollicitus fuerat, præstare non posset, sibi veneno mortẽ consciuisse: nonnulli insidiis & veneno à socru Cornelia necatum, verita, ne lex à Tiberio filio lata, auctoritate illius abrogaretur: idque factum esse filia Sempronia eius vxore non repugnante, vel fratrum gratia, quos ipse caussa reipub. oppugnabat, vel inueterato quodam odio, quo in alterum alter incensus erat. Constantior fuit fama, eum à C. Graccho, & C. Carbone, & inimicis suis ceteris suffocatum: siquidem serui eius, si Appiano credimus, in tormentis habiti, ab exteris eum quibusdam noctu domi latentibus oppres-

Cic. in Lælio, in Somnio, Appian. 1. Ciuil. Liu. Epit. l. 59. Plut. in Gracchis, in Romulo, Vell. l. 2. Orosius li. 5. Cic. epist. ad Q. Frat. lib. 2. de orat. lib. 2. orat. pro Milone, Officiis 1. pro Murena. Val. li. 4. c. 1. De viris illustrib. Plin. li. 7. c. 44. Plut. in Apophth. Metelli Macedon. Val. li. 5. cap. 3. Marcell. lib. 25.

oppreſſum eſſe confeſſi ſunt, ſed eorum nomina diuulgare plebis gratia adhuc iratæ, & necis eius non ignaræ auſi non ſunt. Vt vero mors eius emanauit in vulgus, magno omnes prope dolore triſtitiaq; confecit. Metellus quidem Macedonicus, quo cum ille apertiſſimas & maximas exercuerat inimicitias, cum interemptum Scipionẽ conclamari audiſſet, ſe in publicum repente proripuit, atq; omni ſimultate depoſita, triſti vultu & flebili voce: Accurrite, accurrite, inquit, ciues. Mœnia enim noſtræ vrbis euerſa ſunt: ſiquidem Scipioni Africano domi ſuæ quieſcenti nefaria vis eſt allata. Eius cadauer, (vt in Romulo Plutarchus prodit) palàm in omnium conſpectu iacuit, & liberam omnibus ſuſpicandi facultatem dedit. Apud alios elatum eſſe capite obuoluto inuenio, ne liuor in ore appareret. Neque tamen cum tantas ille res geſſiſſet, tantamq; reip. gloriam peperiſſet, publico funere elatus, ſed ampliſſimo tamen totius mærentis ciuitatis iudicio, atq; grauiſſimo altero item Macedonici teſtimonio eſt ornatus. Nam cum funus inſtrueretur, Macedonicus filiis ſuis, quos quatuor clariſſimos habuit, dixit: Ite filii, & funebri Scipionis lecto humeros veſtros ſubiicite, & eius exequias celebrate. Nunquam enim funus maioris ciuis videbitis. Illud adiungens: ſe diis gratiam habere pro ſalute vrbis Romæ vel maximam, quod apud Romanos potiſſimum, non apud alios Scipio eſſet natus. Neceſſe enim fuiſſe, ibi eſſe terrarum imperium, vbi ille fuiſſet. Quod idem in oratione ſua poſuit Q. Fabius, Q. Fabii fratris filius, cum illum pro roſtris eodem, quo ſepultus eſt, die laudauit. Præter Appianum alii magni ſanè ſcriptores conſentiunt, de nece Scipionis nullam eſſe habitam quæſtionẽ. Quod ſi ita habuit, minus ei certè dolendum fuit, cum idem Scipioni auo, aliiſq; compluribus optimis ciuibus, fortiſſimiſq; viris contigerit, vt poſt multa atq; egregia ſua in rempub. beneficia, aut extra patriam in exilio morerentur, aut alia ratione ingratam erga ſe ciuitatis voluntatem experirentur. Plutarchus quidem plebem ab eo iudicio conſtituendo iccirco refugiſſe tradit, quod metuerit, ne quæſtionibus habitis, in C. Gracchum tum plebis principem, tanquam eius necis auctorem, quidquam ſeuerius ſtatuendum eſſet. Scipionem tamen poſt mortem populus Romanus ita dilexit, vt Q. Tubero ſororis filius, vir eruditiſſimus, propterea in præturæ petitione repudiatus ſit, quod rogatus à Q. Fabio, qui epulum Scipionis patrui ſui nomine populo dabat, vt triclinium ſterneret, lectulos Punicanos pelliculis hœdinis ſtrauiſſet, & vaſa Samia expoſuiſſet, neque Africani, diuini hominis, cuius tum memoria mortis honorabatur, rationem duxiſſet.

60 Cuius, vt bellicas laudes prætereaṁ, quarum magnitudine facile gloriam maximi cuiuſq; ante ſe imperatoris æquauit, adeò multæ atque illuſtres domeſticæ virtutes extiterunt, vt, illis etiam detractis, clariſſimus vir & præſtantiſſimus ciuis neceſſario habendus fuerit. Primum enim, quod in tam occupata militaribus negotiis & cogitationibus vita, admiratione digniſſimum fuit, adeo liberalia ſtudia omnemq; ingenuã diſciplinam amauit, vt nemo illo elegãtius interualla negotiorum otio diſtinxerit, ſed ſemper inter arma & ſtudia verſatus, aut corpus periculis, aut diſciplinis animum exercuerit. Cuius rei non minimo illud ſit argumento, quod cum in Africa bellum ma-

*Vell. li. 2. Cic. Off. in Lælio, de orat. Plutar. in Apophth. de fort. Rom. in polit. Plin. li. 33. c. 2. & lib. 7. ca. 27. Aelian. lib. 11. Velleius lib. 1. Frontinus lib. 4. c. 3.*

61 ximum ac difficilimum gereret, Polybium tamen, quem nunquam à ſe dimittere conſueuerat, claſſe tradita, ad regionem illam omnem perluſtrandam, moreſque illarum gentium perſcrutandos miſerit. Quin etiam idem ſæpe vrbe excedere, & perdiu ruſticari conſueuit, aut vt deſiderium populo ſui aliquod excitaret, aut vt inuidię aliquid detraheret, & reſpirandi locum illis daret, quos virtutis ſuæ ſplendor offenderet, aut certè, vt liberius ſtudiis rectiſſimis literarum inſeruiret, atque à reip. curis grauioribus pauliſper animum cum familiari ſuo Lælio relaxaret. Quos ambos vſq; adeo repueraſcere ſolitos prodidit Cicero, vt ſæpe conchas etiam & vmbilicos ad Caietam & Lu-

*Plin. vbi de Mauritania.*

62 crinum legere aſſueuerint. Eloquentię vero laude vſque adeo præſtitit, vt omnes ante ſe ciues ſuos dicendi gloria anteceſſerit. Cuius rei monumento multæ orationes fuerunt, quas ille ornatiſſimas diuerſarum cauſſarum ſcripſit: quæ temporum omnes vetuſtate conſumptæ ſunt. In contrahendis autem conſeruandiſque amicitiis tam diligens fuit, vt quotidianis Polybii inſiſtens præceptis nunquam è foro diſcederet,

*Gell. li. 7. c. 11. & lib. 2. ca. 20. Macrob. lib. 7. Saturn. Cic. in Lælio. Feſtus.*

V 3

quin ciuium alicuius, qui quoquo modo sibi occurrissent, beneuolentiam collegisset: & quodam tempore, cum consulatum petere decreuisset, quia amicum pro alio prehensare audiuit, ipse petitionis cogitationẽ omnem abiecerit, quod amico repugnante, atq; adeo etiam non suffragante, decorum sibi non putaret honorem esse illum futurum. Neq; vero vocem vllam vehementius reprehendere in amicitiæ ratione solebat, quàm eius qui dixisset, ita amare oportere, vt aliquando osurus esset: quod negaret, quemquam amicum eius esse posse, cui se posse esse inimicum existimaret. Memorabile etiam illud moderationis eius in Q. Pompeium exemplum fuit. Petebat forte C. Lælius consulatum, eumq; Scipio officii atque honoris caussa in campum deducebat. Cum autem Q. Pompeium consulatum pariter esse petiturum audisset, rogauit illum, an & ipse eum petere magistratum in animo haberet: is cum negasset, seq; præsto Lælio futurum pollicitus fuisset, fefellit tamen spem opinionemq; Scipionis, cum paullo post, ipsum pro se in foro prehensare, allatum est: quam rem ceteris ægrè ferentibus Scipio ridens: Stultè facimus, inquit, qui non tamquam homines, sed tamquam deos precaturi, diu tempus consumimus, tibicinem exspectantes. Ferebatur enim Pompeius tibicinis filius. Lælius etiam apud Ciceronem summam eius erga matrem pietatem, eximiamq; in sorores liberalitatem magnopere prædicat. Nam qualis erga fratrem Fabium fuerit, ipse apertè declarauit, cum Africani hereditate contentus, vniuerso ei patrimonio cessit. Iam continentia tanta fuit, vt iter faciens cum amicis accepto pane vesci sæpe solitus sit, tanta abstinẽtia, vt cum Antiochus rex apud Numantiam munera ad eum misisset amplissima, ea ipse, non, vt vulgo alii, occultarit, sed inspectante exercitu in tabulas referre quæstorem iusserit, atq; ex iis se fortissimũ quemque audientibus omnibus donaturum esse, professus sit, & quod mirandum admodum videatur, toto ætatis suæ spatio nihil vendiderit, nihil emerit, nihil ædificarit, moriensque XXII. libras argenti tantummodo, duas & selibram auri reliquerit: ea demum pietate ac religione, vt non solum Castoris ædem reficiendam curarit, sed Herculis etiam atque Virtutis dedicare voluerit. Denique cum tria fuerint, quæ ciuem Romanum ad altissimum gradum dignitatis euexerint, vt optimus esset orator, optimus imperator, optimusq; senator; hæc, etiamsi antè in Catone; multo tamen expressiora atque illustriora floruerunt in Scipione. Quę omnia dii immortales iudicio propè ac testimonio suo comprobasse visi sunt, cum eodem anno, quo Scipio, sol alter, interiit, solem ipsum geminatum prodigiosè, vt scribit Cicero, mortalibus ostenderunt.

*Nat. Deorum.*

FINIS.

# ANDREÆ
# SCHOTTI
# ANTVERPIANI
## IN
# ÆMILIVM PROBVM
## SEV CORN. NEPOTEM DE VITA
## EXCELLENTIVM IMPERATORVM
## NOTÆ.

## A. SCHOTTVS LECTORI.

SVSTINVISSEM *hic me, lector optime, contentus vtiq; vastis illis ac sinuosis ad* COR. NEPOTEM *siue, vt aliis placet,* ÆMILIVM PROBVM *cùm Hieronymi Magii, tùm Dion. Lambini* Commentariis, *nisi, vt fit, occurrissent non pauca, in quibus ab illis cogerer dissentire: nactus præsertim antiquißimum eius codicẽ calamo in membranis exaratum apud Iberos, quem comparando audacius æquo multa contra codicum fidem temerè immutata deprehendi. Is codex fuit olim doctißimi viri Franc. Card. Mendozii Burgensium in Hispania Archiepiscopi, qui & olim in Italia vna cum Didaco Hurtado Mendozio magnam Græcorum exemplarium ἀνεκδότων copiam, quam vidimus, collegerat. Acceßit & ad illius exemplaris fidem Vltraiectina editio notæ melioris anni salutis* MDXLII. *ex veteri haud dubiè libro optimè expreßa siue à Cauchiis, siue à Canteris eruditißimis inibi hominibus, qui sanè mihi manuscripti alterius vicem præstitit. Adhæc Oberti Gifanii Belgæ viri doctißimi scidas ac membranas mecũ Lutetiæ olim libens volensq; communicarat Cl. Puteanus humanißimus simul & doctiss. I.C. Hinc* NOTAS *perbreues concinnaui, illud seruans, ne quæ alii occupassent, aut putidè inculcassent repeterem, nisi fortè testimonium locupletius locus flagitaret, aut dissentire ab aliis vi veritatis cogerer. Eum laborem qualemcumq; æqui boni consulas rogo ac fave.*

---

## INDEX IMPERATOR. GRÆC. APVD COR. NEPOTEM SEV ÆMILIVM PROBVM, Alphabeti serie.

*Numerus Romanus ordinem cuiusque ostendit.*

# IN CORN. NEPOTIS SEV ÆMILII PROBI VITAS EXCELLENTIVM IMPERATORVM GRÆCIÆ.

## NOTÆ ANDREÆ SCHOTTI.

### IN PROLOGVM.

1 NON *dubito fore* ] Explicauit Rob. Titius procœmium hoc lib. v. cap. xx. Controu. locorum.

2 *Attice*] Quasi Ti. Pomp. Attico inscriptus. Vetus tamen codex Card. Mendozii *qui Atticæ hoc genus scripturæ.* vt Probi esse non Nepotis hinc efficias: qui Probus Theodosii æqualis non Attici, quem Atticum inf. extremo Hannibale aduocat, quod futurum non erat, si ei opus inscriptū: *Namque Atticus*, inquit, *M. Claudio Marcello, & Q. Fabio Labeone Coss. mortuum in annali suo scriptum reliquit.* Vbi Lambinus, quo nodum expediret, *Attius* rescribendū existimat, qui & ipse Nonio Marcello annalium scriptor est. Sed de his copiosius, qui de hoc auctore anquirunt, *Nepos* ne an *Probus*: In Nepotem ob styli venustatem magis inclinat animus. Lege tamen quæ copiose Lambinus & ante illum Hieron. Magius hic colligit: & lib. IV. Miscellan. cap. XV.

3 *Quis Musicam*] V.C. *qui*. Inf. in Epaminonda: *De hoc priusquam scribamus, hæc præcipienda videntur lectoribus, ne alienos mores ad suos referant, neve ea, quæ ipsis leuiora sunt, pari modo apud ceteros fuisse arbitrentur. Scimus enim musicen nostris moribus abesse à principis persona* &c.

4 *In eius virtutibus commemorari* ] Scriptus Mendozii codex *commorati*, quo modo & Ioan. Sauaronis hominis eruditissimi codex præfert.

5 *Scienterque tibiis cantasse* ] *fidibus* ait Cicero Tusculan. I.

6 *Mores eorum* ] *Mores gentium* Longolius.

7 *Neque enim Cimoni* ] Inf. in Cimone. Explicat vero M. Ant. Muretus libro septimo Variarum lect. capite primo & secundo, & libro XV. c. V. Turnebus libro decimooctauo Aduersarior. capite decimo tertio, & Gul. Xylander ad Plutarchi Cimonem.

8 *Tota fuit Græcia*] *In* præpositionem Long. prætermisit. Scripti libri *tota fere fuit Græcia.*

9 *In scenam vero prodire*] Histriones legibus ἄτιμοι atque adeo infames. Cicero libro IV. de Repub. apud Augustinum lib. II. de Ciuit. Dei capite XIII. *Cum artem ludicram, scenamque totam in probro ducerent, genus id hominum non modo honore ciuium reliquorum carere, sed etiam tribu moueri, notatione censoria voluerunt.* Sed de his disertè ac copiosè Ioan. Mariana noster singulari De Spectaculis libro post Tertullianum.

10 *Fuit turpitudini* ] Virginibus tamen vitio datum in Græcia, prodire in scenam & in publico versari, vt patet ex Euripidis Oreste, Heraclidis & Iphigenia Aulidensi. Item ex Menandro ac Nazianzeno libro de documentis virginum, & de Latinis, è Seneca Tragico extremo Agamemnone.

11 *Contra ea* ] Cæsaris est, vt *præter ea*, pro contra.

12 *Vxorem ducere in conuiuium* ] Explicat eruditissimus Muretus libro v. Variarum lectionum cap. II.

13 *Aut cuius non materfam.* ] Vetus Lectio *at cuius non.*

14 *Quæ gynæconitis* ] Vitiosè codex noster *gynechorites.* De hoc ædium membro Vitruuius, aliique. Refert Agellius libro decimo septimo Noct. Atticarum extremo Alexandri Molossi dictum, se quidem ad Romanos ire quasi in ἀνδρωνῖτιν: Macedonem vero Alexandrum isse ad Persas quasi in γυναικωνῖτιν.

15 *Sed plura persequi* ] *Sed hic plura* vetus Vltraiect. editio anni M.DXLII. in Longoliano τὸ *prohibet* periodum claudit.

16 *Quare ad propositum* ] Desiderantur hæc omnia in Vltraiectino.

17 *Vitas excellentium* ] *De vita* Cardinalis membranæ, ac Gifanii, itaque codex Aldinus. Hinc credo conformatus libelli titulus DE VITA EXCELLENTIVM IMPERATORVM, quo de quia multis Magius disseruit, parcam operæ: illud tantum, GRÆCIÆ non addi, quod & Romanorum Vitas scripsisse Cor. Nepotem arguunt M. Catonis vita, itemq; fragmenta & aurea illa Ti. Attici vita.

### IN MILTIADEM.

#### I.

1 MIltiades Cimonis F.] Item parens Cimonis, vt auus ac nepos Cimon fuerit, vt hic Magius ἐν τύπῳ docet.

2 *Ex his* ] *ex iis* vetus codex, vt alias sæpe. Et mox Gifanii schidæ *Namq; tum Traces eas regiones tenebant*, vt Lucretianis Coniectaneis annotabat pag. 418.

3 *Vento aquilone* ] infra *Boream* appellat. Oraculum in Zenobii Parœmiis extare arbitror.

4 *Hic enim ventus*] Suppofititium hunc verfum videri atque gloffema effe annotat Vltraiectina editio, quod genus plurima in bonos auctores irrepferunt.

5 *Neque eo fecius Athenienfibus quibufcum*] Sic Longolius, fed *a quibus erat profectus* refcribendum fuafit Gifanius Indice Lucretiano. Sauaro *aut quibufcum* leg. contendit.

6 *Et ex pacto*] *Ex conftituto* vetus codex.

7 *Quà copias traduceret*] *Quo* fcriptus liber & Long. ad pontem referentes.

8 *Cui illa cuftodia crederetur*] *Traderetur* membranæ Mendozii.

9 *Id facile effici poffe*] *Et facilè* noftræ & Gifanii membranæ.

10 *Domi autem creant*] Ita fcriptus liber nofter & Vltraiect. editio, ac mox *Miltiadem*. Ceteri *creati & Miltiades*.

11 *Acieq; contenderent*] Sic Aldus. nam *equis contenderent* Longolius, quod repudiat Magius, qui *& æquis contend.* pro æquis ac planis locis, rectum putat. Verum cras cum Varrone credam, hodie nihil. Quis enim fic loquitur, *æquis contendere*, pro, in plano? Sauaro *acieque decernerent* nimium quantum de vetere codice probat, quo modo & in Eumene atque Hannibale Nepos, Iuftinus aliique loquuntur. Membranæ noftræ *acieque decertarent*. quam lectionem antepono ceteris, ita tamen vt Sauaronis non repudiem.

12 *Noua arte, vi fumma*] Locus impeditus mirè variantibus libris. Nofter enim & Sauaronis *in parte montis fumma*, quod tamen cum eo pugnare videtur, quod ante dixit *fub montis radicibus*. Gifanii fcidæ & Vltraiect. editio *nona partis fumma*, placuitque Schioppio lib. Verifimilium II. cap. X. Equidem manufcripti noftri lectionem libens amplector, quod ad montis pedem inftrui acies potuit, pugna vero ad montis verticem committi vrgente, vt fit, hoftili acie.

13 *Decuplicem numerum*] Ita folus Lambinus euulgauit, reliquæ editiones ac membranæ, *decemplicem*.

14 *Qua pugna nihil adhuc eft nobilius*] *Volubilius* hic legiffe videor in membranis, & *Quoniam* pro *Qua*. Quod fortaffe de ancipiti Martis alea capere liceat. Lector æftimabit.

15 *Vt enim populi noftri*] *Vt enim pop. Rom* Gifan. codex. Alterum Miltiadis præmium tropæa funt ex hoftium manubiis, quibus fe à fomno quotidie excitari Themiftocles iactabat. auctor Tullius IV. Tufcul. & Plutar.

16 *Namque huic Miltiadi*] Attingit hoc Plinius li. XXXV. cap. VIII. Fuiffe autem hunc honorem athletarum vt iis icones ad viuum expreffæ ponerentur docet Pet. Faber lib. II. Agonift. cap. XXI.

17 *Plerafque ad officium*] *Plures ad officium* mf. nofter.

18 *Infectis rebus difceffiffet*] Longolius: *infectis rebus à pugna difceffiffet*, quem fequitur libenter Lambinus.

19 *Frater eius Stefagoras*] Ita Magius & Lambinus. Scriptus tamen nofter & Sauaro conftanter *Sagoras*. Vltraiect. vitiosè *Diagoras*.

*Quod foluere nō poterat*] Græcè μὴ ἐκτετικέναι τὸ τίμημα. Amplius verò calamo exarati libri *quod foluere in præfentia non poterat*, quod eft præfentibus nūmis. Vtitur inf. in Themiftocle & Alcibiade & alibi. Eft Angeli Colotii Epifcopi Nucerini hac de re Epigramma hoc etfi recens non inuenuftum: 20

*Poft tot cæfa virum Marathonis millia campis,*
*Et poft tot terra, tot benefacta mari:*
*Soluere quam populo litem iuffo ære nequiffet*
*Miltiades patria carcere vinctus obit.*
*Cumque ipfum tumulo fupponi iura vetarent,*
*Filius hæc fortè protulit ore Cimon:*
*Vincla paterna in me, ciues, transferte, iuuabunt*
*Vincula, dum tellus offa paterna tegat.*
*Pro patre incolumi quæ natus damna tuliffet,*
*Talia qui vanum protulit ob tumulum?*

*Multum in imperiis magiftratibufque*] *magnifque* Gifanii codex. Id fi non compendio fed integrè fcriptum, *rebus* exaudiendum. 21

*Præfertim cum confuetudine ad imperii cupid.*] Ifaacus Cafaubonus homo doctiffimus Animaduerfionibus Suetonianis, legit, *præfertim cum imperii confuetudine ad imperii cupiditatem trahi videretur*, vt τὸ *imperii* bis reperatur. 22

*In ea ciuitate, quæ libertate vfa eft*] ἐν δημοκρατουμένῃ πόλει. 23

*Tum mira comitas*] *communitas* nofter ac Gifanii codex præferunt, *comitas* tamen Sauaroni placet magis: qua voce & in Attici vita eft vfus: varietas autem hæc rurfum è compendiis nata, vt ad Aurelium Victorem olim notabamus. Sic Terent. Heaut. Act. V. *Quemquam animo tam communi aut leni putas?* Sueton. in Claudio capite vicefimoprimo: *Nec vllo fpectaculi genere communior aut remiffior erat.* Et Græci κοινὸν fic adhibent, vt Demofthenes περὶ στεφ. ἐν δὲ τοῖς ἰδίοις, εἰ μὴ πάντες ἴστε, ὅτι κοινὸς καὶ φιλάνθρωπος. Phocylidæ quoque vfitatum, vt & Ifocrati in Euagora, & Xenophonti non femel i. ἠπίῳ. Etymologifta: Κοινὸς ὁ εὔκολος γινόμενος πᾶσι. 24

## IN THEMISTOCLEM.

### II.

THemiftocles *Neocli filius*] Sic membranæ noftræ & Gifanii, & mox *Neoclus* nominandi cafu per quintam vocalem. Verum ad Ciceronem Lambin. obferuat in Græcis huiufmodi obliquis *Neoclis, Nicoclis*, s à fine fæpe extritum vt proximè in Ariftide *Themiftocli æqualis* pro *Themiftoclis*. 1

*Huius vitia ineuntis adolefcentiæ*] Enumerat ea Plutarchus & Ælianus libro fecundo, capite duodecimo, ac Valerius Maximus libro fexto, capite duodecimo. 2

*Vxorem Halicarnaffiam*] Sic Aldum fecutus Lam. poft Plutarchum. Scripti enim libri *Acarnanam* difertè præferunt. *Carinam* quafi è Caria Longolius, quod Plutarchi auctoritate malim, quam *Acarnanam*. 3

*Probatus parentibus*] Malim *parenti*, mox deleretem *à patre*. nam patrem potiffimum offendit, vt exhere- 4

exheredauerit abdicaueritq; filium, quæ res matrem ad laqueum adegit, quod licet falsum Plutar. putet, auctores tamen laudare possum Aelianum libro secundo, capite duodecimo, & Val. Max. li. VI. cap. X.

5 *Quod & liberius iusto viuebat*] *Iusto* abest ab Vltraiect. & Gifanii scidis, & sanè non necessarium est. Mox in membranis iisdem ac nostris *totum se reipub. dedidit* venustius quam *dedit*, vt infra in Lysandro.

6 *Nulla res maior sine illo gerebatur*] *Regebatur*, quod Longolius edidit, minus placet, nisi fortè operarum vitio, litterarum traiectio quædam est. Sequitur in Vltraiectino post *reperiebat*, *facile eadem oratione explicabat*, quæ in reliquis desiderantur omnibus. Certè in Bruto, qui de claris est Oratoribus, Marcus Tullius, *constat*, inquit, *cum prudentia, tum eloquentia præstitisse Themistoclem*. Et noster in Aristide huic innocenti antecelluisse Themistoclem eloquentem prædicat.

7 *Belio Corcyræo*] Lambinus ex Herodoti lib. VII. *Æginetico* reponendum censuit. Verum Plutarchus Corcyręis & Corinthiis controuersiarum datum arbitrum refert extremo Themistocle.

8 *Nam cum Xerxes & mari & terra* &c.] Hinc Valerius Maxim. libro tertio cap. II. vocat *Grauem illum & mari & terra Xerxem, nec hominibus tantũ terribilem, sed Neptũno quoque compedes, & cœlo tenebras minitantem*.

9 *Cum tantis copiis eam inuasit*] Duo postrema verba, vt glossemata, omisit scriptus noster codex notæ melioris, & probè constat sensus.

10 *Terrestres autem exercitus*] Atqui Pomponius Mela noster spatio mensum potius exercitum quia numero non poterat, auctor est libro secundo, capite II.

11 *Quidnam facerent de rebus suis*] Extrema hæc, si hic inculcata non sunt, reponerem, *quidnam facerent rebus suis*. Sic enim veteres potius loquebantur: *quid illo faciam? quid me fiet?*

12 *Eum enim a Deo significari*] Habes & oraculum hoc eiusque interpretationem apud Suidam dict. ἀνεῖλεν. Etsi autem omittit Longolius *à Deo*, est tamen in membranis nostris, & sic sæpe κατ' ἐξοχὴν Apollo dictus. Mox auferendi casu *Salamina, partim Trœzena deportant* Vltraiectinus codex, quæ accusandi casu membranæ & *absportant* ἀρχαϊκῶς. *Trœzenam* autem Attica societate illustrem nominat idem Mela libro secundo, capite tertio, & hic Plutarchus.

13 *Cum Leonida Lacedæmoniorum rege*] De hoc multa collegi in Senecæ Rhetoris Suasoriam secundam. Adde Strabonem libro nono Geogr.

14 *Eubœam superasset*] pro occupasset, vt Maro I. Æn.

*—fontem superare Timaui.*

15 *At Xerxes Thermopylis expugnatis* &c.] Meminit & rerum à Xerxe gestarum, D. Hieron. in Danielem capite sexto, his verbis: *Xerxes rex potentissimus, & ditissimus, aduersum Græciam innumerabilem duxit exercitum, & ea gessit quæ Græcorum narrant historiæ. Succendit enim Athenas sub principe Callia, bellumque ex eo tempore gestum est in Thermopylis, & apud Salaminam nauale certamen, quando Sophocles & Euripides clari habebantur, & Themistocles in Persas fugiens, hausto tauri sanguine periit.* Lege & his similia in Eusebii Chronicis Olymp. LXXV.

*Vt eius multitudo nauium explicari non potuerit*] 16
Miror cur *manuum* Vltraiectini ediderint, nisi fortè σφάλμα typographi est. Statim Longolius amplius *Hic barbarus* &c.

*Interim ab eodem gradu depulsus est*] Sic Longo- 17
lius & Lamb. Vltraiectina editio *Iterum*. Tralatio est à gladiatoribus ducta, vnde Ouidius nono Metam.

*Inq; gradu stetimus.—*

quod explicat Pet. Faber lib. I. Agonistici capite XI. Vide Prouerb. *de gradu deiici*.

*Phalereo portu*] *Phalarico* vetus codex, sed Φαληρει- 18
κὸν vocat Diodorus Siculus libro vndecimo. quo modo & Vltraiectinus præfert. Patria hæc Demetrii, quæ & cognomen addidit, auditoris Theophrasti, cuius & in Miltiade mentio & in Phocione. Alter item Demetrius Pharius apud Strabonem libro octauo Geograph. emendante doctissimo Victorio libro vicesimo Variarum Lect. capite quarto, cuius castigationem confirmat Strabonis locus alter libro septimo: Φάρος ἡ πρότερον Πάρος, Παρίων. ἐξ ἧς Δημήτριος ὁ Φάριος. *Pharus*, inquit, *quæ olim Parus, Pariorum colonia, patria Demetrii Pharii.*

*Quare negarent*] Sic Lambinus. *re* tamen ab- 19
est à membranis nostris, omnibusque adeò editis.

*Hoc longe alio spectabat*] Scriptam lectionem, 20
etsi non probem, apponam, *hoc longè animo spectabant*.

*Muros instrui*] Sic edunt omnes, vnus Lambi- 21
nus *strui* prætulit.

*Siue sacer, siue priuatus*] Gybertus Longolius ad- 22
didit de suo, ni fallor, *siue sacer siue profanus*, vt ἀντίθετα inuicē committeret, neq; enim in scriptis libris comparent. Et mox eruditissimus Gifanius Coniectaneis ad Lucretium legit *congererent* non *cogerent*, quomodo & Vltraiecti euulgatum vidi: & *opus facerent* pro ædificarent exponit.

*Abire ad magistratus noluit*] Sic quoque scri- 23
ptus codex, & infra non longè geminata præpositione: *Ad magistratum Senatumque Lacedæmoniorum adiit.* Et in Hannibale: *Tempori dato adiit ad regem.* Et ita frequentius Cicero, vt & Hadrianus Cardin. obseruat.

*Tempus duceretur*] *Duceret* Vltraiect. Aliter 24
membranæ nostræ, traductis vocibus, *vt quam longissimè tempus interponens, diceret causam, se collegas exspectare.* *Causam* autem *dicere* quid sit norunt, qui non admodum in Latina lingua hospites.

*Superesse munitionis*] *Superare* disertè calamo ex- 25
aratum vidimus. Notum illud:

*— superatne & vescitur aura*
*Ætheria? —*

26 *Interea se obsidem retinerent*] Discedunt longiùs membranæ *Interea sibi detrahere reticerent*, pro desinerent male de illo loqui, remque sermonibus traducere, ac factum damnare.

27 *Fancti summis honoribus*] *Facti* disertè exarant membranæ nostræ, pro creati, hoc est auctoritate summa.

28 *Communi iure gentium*] Mœnibus oppida cingere, & se suaque tuendo vim repellere naturæ etiam iure semper licuit, vnde gentium ius manauit. Vim adhæc vi repellere ius fasque esse natura docet, vt in Miloniana Cicero pronunciat & Iurisconsulti Tit. de iure naturæ, gentium & ciuili.

29 *Neq; eos quod inutile*] Sic Lamb. scriptus enim & Long. *neque eo.* Vltraiect. *neque in eo.*

30 *Hic tamen non effugit*] Hæc communis est bene de Rep. meritorum, remque publicam gerentium sors, vt ingratam plebem, beluam multorum capitum, ferè experiantur omnes. Qua de re Val. Maximus lib. v. cap. III. de Ingratis.

31 *Testarum suffragiis*] *Testularum* vetus codex, vt & inf. in Aristide de hoc ipso Themistocle: *testula illa decem annorũ multatus est.* Vtitur & in Cimone. Græci ὀστρακισμὸν à testa nominant, de quo post Diodorum Siculum hic Lambinus. qua voce vtitur Thomas Magister, & in Oribasio Eunapius. Videndus & Hadr. Iunius lib. v. Animaduersorum cap. XVIII.

32 *Quod societatem cum r. P. ad G. op. fecisset*] *iniisset* Longolius edidit.

33 *Ibi cum eius principes ciuitatis*] τὸ *ciuitatis* rectè abest à nostro codice. Insulanos enim intelligit dynastas Corcyræ insulæ.

34 *In sacrarium*] Morem hunc omnium Græcorũ fuisse apparet, vt è foco veluti asylo extrahere nefas ducerent, vt nec ab ara, nec à principis statua rapere licebat. Pleni Iurisconsultorum libri. Ouidius in fastis de foci etymo,

*— vel quod fouet omnia dictus.*

Vide prou. *E Vesta*, Hiero. Magium in Probi Pausaniam numero 17, & è Thucydide Turnebum li. XXI. cap. VIII. Aduers. & hac de re differentem Iac. Ræuardum lib. I. Variarum cap. VII.

35 *Omnibus ignotus ascendit*] *Nautis*, quod Vltraiect. & scripti quidam habent, à glossa est, ac superuacaneum, vt & *exscendit* pro *ascendit*, quod Sallustio est in fragmentis non conscendere, sed è naue in terram desilire.

36 *Proximius erat qui*] Adde de manuscr. prouocabulum *proximus erat iis.*

37 *Cum in patriam reuerti vellet*] Rectius *nollet* scriptus codex ex fide narrationis in hac ipsa Themistoclis vita: *Themistocles verens ne bellum perseueraret* &c.

38 *De his rebus, de quibus tecum loqui volo*] Sic Lam. manusc. noster *quas tecum colloqui volo.*

39 *Quotannis redibat*] Sic supra paulo: *pecunia publica, quæ ex metallis redibat.* Hinc *reditus* pro censu. Aliter Comicus Afer: *Ad quos lege redibat hereditas*, pro deferebatur, vt explicat Muretus l. XVII. Variarum cap. XIV.

*Magnesiæ morbo mortuum*] Alios aliter de Themistoclis morte narrasse auctor in Brutô M. Tullius. Qui & epistola ad Luceium lib. v. ad famil. rediisse etiam in patriam sic ait: *Cuius studium in legendo non erectum Themistoclis fuga reditu q; retinetur?* nisi forte, vt mihi quidem videtur, hoc μνημονικὸν ἁμάρτημα ceteris adscribendum, & *Alcibiadis* scribere cum vellet, manus non mens aberrauit: aut cum Hieronymo Ferrario, felici audacia, *interitu* pro *reditu* reponendum. 40

*Quoniam legibus eorum non concederetur*] Grauissimum enim proditionis crimen vt & læsæ maiestatis, quod & liberi, etsi innoxii, luunt patriaque his interdicitur, quam prodidere. Respexit huc callidus ille Virgilianus Sinon: 41

*Nec mihi iam patriam antiquam spes vlla videndi,*
*Nec dulces natos, exoptatumq; parentem,*
*Quos illi fors ad pœnas ob nostra reposcent*
*Effugia, & culpam hanc miserorum morte piabunt.*

---

## IN ARISTIDEM.

### III.

*Obtrectarunt inter se*] pro dissenserunt, de qua magistratus dissensione disserit & M. Tullius lib. I. Officiorum. 1

*Quanto antistaret eloquentia innocentia*] Immo ex Lucilio, ni fallor, Apuleius lib. I. Metam. *eloquentiam* vocat innocentiam. 2

*Excellebat Arist. abstinentia*] Quo etiam nomine eum prædicat Val. Maximus, de *abstinentia* verba faciens. Ac de *paupertate* eius Nepos infra. 3

*Quod cupide elaborasset*] *Quod tam cupidè* Gifanii nosterque codex scriptus. 4

*Iustus appellaretur*] Nimirum cum nimiis opib. atque diuitiis abundant Respub. in luxum abeunt, atque degenerant. vt de Corinthiis scortis res prouerbio nota sit. De Lacedæmoniis, ex frugi hominibus degenerasse à Lycurgi institutis, queritur Plutarchus initio vitæ Agidis. Sic & Sybaritæ, vnde *Sybariticus luxus* factum est tritũ sermone prouerbium. Item Ephesii Hermodorum abesse iusserunt, non alio nomine, quam quod frugi esset. De quibus illud extat lepidum elogium Heracliti, qui, σκοτεινὸς cognométo, Ephesius & ipse fuit. *Digni sunt*, inquit, *Ephesii, qui ad puerum vsque omnes strangulentur, quod Hermodorum virum inter ipsos frugi eiecerint*: addito, *Nemo nostrũm frugi esto, aut alibi id esto, & inter alios.* Strabo li. XIV. Geograph. Hic Hermodorus leges Solonis Xviris interpretatus fuisse creditur, qui eas in XII Tabulas relatas Romam pertulerunt. Verum enimuero Athenienses hoc decennali exilio, quod laudi potius, quã vitio tribuebatur, & pœnæ nomine impositũ minimè erat, cauebant, ne quis tyrannide Remp. inuaderet, vt Athenis Atticis Pisistratus, & Dionysii Syracusis tyrannidem occuparunt. Sic enim sup. in Miltiade extremo Probus: *Athenienses propter Pisistrati tyrannidem, quæ paucis annis ante fuerat, omnium suorum ciuium potentiam extimescebat.* 5

*Nam postquam Xerxes in Græciam descendit*] pro expeditionem suscepit, vt Græcis contra ἀνάβασις pro *expeditione*, vt notat alibi D. Hieronymus. 6

Quo & vulgari dicendi modo vtimur.

7 *Postquam erat expulsus* ] Scriptus liber & Vltraiect. editio *sexto ferè anno, quam erat expulsus.* Et *postquam* proximè antecedit. Verum quarto demum anno reuocatum calculus annorum euincit. Reuocatus enim Olymp.75. anno 1. pulsus autem Olymp.74. anno 2. Vide Chronologiam nostram.

8 *Iustitiæ verò & æquitatis* ] Exempla hæc commemorat M. Tullius lib.III. officiorum, quod Themistocles Lacedæmoniorum classem incendi posse Aristidi suggessisset, qui vtile id quidem, non tamen honestum fore ratus, dissensit. *Æquitatis* autem illud exemplum, ab vniuersa Græcia tributorũ arbitrum delectum, omnibus placuisse gratumque extitisse, vt mox Nepos commemorat.

9 *Et innocentiæ* ] *Innocentiam* equidem Aristidi nõ abiudico supra prædicatam: illud moneo hoc loco *continentiam* potius rescribendum videri, quam virtutem mox *abstinentiam* nominat, quæ sæpe in iisdem adhiberi solent, vt ad Scriptorem *de viris illustribus* adnotare memini.

10 *Quadringenta & sexaginta* ] *Quadringena & sexagena* rectius noster codex ac Gifanii, vt inf. in Alcibiade *quinquagena talenta vectigalis capiebat.* vt idem codd. & Vltraiect. præferunt. Si vel minima talenta Attica accipias, summam efficient nostri æris ducenties septuagies sexies mille aureorum coronatorum.

11 *Delum commune ærarium esse* ] Solent enim in Deorum templis thesauri deponi, qua de re inf. in Hannibale, Strabo sæpe, multaque collegit Ferrandus Adduensis Insuber I.C. in libris Obseruationũ.

12 *Decessit autem ferè post annum quartum* ] Anno ferè post Romam conditam ducentesimo septuagesimo. Nam *Marathonia pugna* CCLX Vrbis conditæ pugnata, teste Agellio lib.XVII. cap.XXI. Themistocles vero obiit Olymp.LXXVII. an.2. Non igitur Aristidæ filiam duxit Socrates, vt Laertius li. II. ait, sed θυγατριδῆν, vt Plutarchus in Aristide, notauitque doctissimus Casaubonus in Laertium.

## IN PAVSANIAM.

### IV.

1 VArius in omni genere vitæ fuit ] τὸ *vitæ* afuit à mẽbranis nostris, & abesse saluo sensu queat. Nã quod *vanus* quidam pro *varius* reponunt, apertè mendosum.

2 *Huius illustrissimum est prælium* ] Nescio quo modo integrè scriptum vidimus *industrissimum*, quod Latinum non esse arbitror. Natum fortasse mendum quod *inlustrissimum* antiquitus scriberẽt, quæ vox *prælio* coniuncta non satis se mihi probat, vt *clarissimum* mallem si libri fauerent.

3 *Victoriæ ergo* ] Vncialibus litteris seu maiusculis, vt in inscriptionibus solet, scriptum repperi. Exstat vero apud Thucydidem lib.I. elogium disticho cõprehensum. Simile est, quod in prouerbium cessit, Zenobii ac Suidæ, Σαυτὴν ἐπαινεῖς ὡς Ἀστυδάμας ποτὲ, qui Tragœdia victor insolens hoc epigramma cũ sibi posuisset: *Vtinam cum iis floruissem qui poetica præstabant,* Athenienses tollendum iudicarunt.

4 *Horum igitur si quid* ] Sic post Longolium Lamb. & Thucydides, vnde hæc quoque transcripta epistola est, εἰ σῶν τί σε τούτων ἀρέσκει. Noster tamen scriptus codex & Vltraiect. editio *His de rebus* non malè. Mox membranæ *tot hominum* priorem vocem delent, neque admodum necessariam. Ac post non longè *cognita perfecit* quod & Sauaro obseruat, etsi *cogitata* Lambinus & Vltraiectina editio præferant.

5 *Vestitumque mutauit* ] Sic & Alexander Magnus ob Persicum habitum in inuidiam venit, quodque Callisthenes eo nomine reprehendisset, graues pœnas dedit. Strabo lib. XI. Geographiæ. Perses verò à P. Æmilio victus contrà Romano habitu Paullo occurrit: teste Valer. Maximo lib.V. cap.I.

6 *Cũ scytala* ] Sic Aldus primus euulgauit è Thucydide. Sed nostræ membranæ ac Gifanii disertè *laua.* vnde alii *lana* cuderent, quæ supplicum potius erat insigne, vt tænia ac lemnisci exulum. alii *lancea.* Neutrum placet. Tentabam equidẽ (quid enim vetat?) ad scriptam lectionem litterà vna addita *claua* legere, cuius formam scytala referret, & Latina potius voce quam Græca vsum Nepotem non absimile vero. Vide Nonium in *Talea*, vbi pro *clabulas* leg. *clauulas* ex Varrone I. de re rust. ca. XL. & Palladio in Martio. Glossarium vetus *Taliam* reddit κορμὸν, σχίζαν, καὶ σκυτάλην. de hac Iunius Hadrianus in Animaduersis lib.IV. cap.XIV.

7 *Perturbatus eò venit* ] τὸ *perturbatus* abest à membranis & Vltraiect. editione, & mox occurret.

8 *Tanto magis Pausanias* ] *Modo magis* iidem libri præferunt. Ac mox *implicitum* non *implicatum* Longolius edit, eiusque contextus æmulus Lambinus.

9 *Quo facilius sub diuo interiret* ] *Celerius* Vltraiect. pro *facilius.* Ac *sub diuo* Gifanii & nostræ scidæ, quem in Lucretium lege, & Leuinum Torrentium ad Horatium lib.III. oda II.

10 *Magno natu* ] Vitiosè scriptum erat *magno metu*, sed in quo latere videatur *magnam natu*, quod Lambinus probat.

11 *Vitam finierat* ] *Vitam posuerat* est in mſ. nostro & Vltraiectina. quod placet. Propertius lib.II.

*Non potuit saxo vitam posuisse Cerauno.*

## IN CIMONEM.

### V.

1 DVro admodum ] Non rectè quidã *diro* excudérũt. Fuit autem initio luxuriosus ac dissolutus, mox ad frugem se recepit, vt & Valerius eius *incunabula stultitia plena* fuisse lib.VI. cap.IX. quem locum glossemate liberat Muretus lib.VII. Variarum cap.I.

2 *Litem æstimatã* ] Quinquaginta talentis, supra in Miltiade, non sexaginta, vt hic Lambinus sui oblitus ex Herodoto numerat, cum ipse Herodotus & Plutarchus πεντήκοντα ταλάντοις habeat. Historiam narrat sed declamationi nõnihil accommodatã Seneca Rhetor Controuers.XXIV. vbi plura notabamus, quæ non repeto. Meminit & Quinctili-

anus declamat. CIII.

3 *Non magis amore quam patrio more* ] τὸ *patrio* abest à manuſ. Mendozii, Gifanii, itemque Vltraiect. Eſtque venuſtior ἀντανάκλασις. Peccaſſe autem bis hunc Scriptorem, notat Muretus elegantiſſimi vir ingenii lib. VII. Variarum Lect. cap. I. tueturque aduerſus Xylandri Notas in Plutarch. Cimonem lib. XV. cap. V.

4 *A puero in exercitu* ] *In exercitibus* Gifanii codex.

5 *Apud Mycalen Cypriorum* ] *Cyprorum* habet codex noſter & Gifanii. Mela noſter lib. I. ca. XIV. ad *Eurymedonta* fluuium pugnatum ait: *In Pamphylia fluuius Eurymedon. magna apud eum Cimonis Athenienſium ducis aduerſus Phœnicas & Perſas naualis pugna atque victoria fuit.* Vide Thucydidem li. I. Diodorum lib. XI. Plutarchum in Cimone, & alios.

6 *Scyrum* ] Vitioſè noſter & Gifanii codex *Cyprũ* hic præfert. Thucydides enim & Plutar. Σκῦρον diſertè. Theſei autem hîc corpus repertum, in patriamque poſt quadringentos annos relatum auctor hoc loco Plutar. & in Theſeo. *Dolopes* huius incolæ ignaui agricolæ habiti, quos ductaſſe apparet verſutum Vlyſſem in Agamemnonis caſtris è Marone:

*— quis talia fando*
*Myrmidonum Dolopumue aut duri miles Vlyſſi*
*Temperet à lacrymis? —*

& mox:

*Hic Dolopum manus, hic ſæuus tendebat Vlyſſes.*

7 *Vacuefecit* ] Vtitur hac voce & M. Tullius in Catilinaria 2. vt infra in Timoleonte pluribus annotabo.

8 *His ex manubiis* ] Retineo hanc lectionem auctoritate trium mſſ. non *ex nauibus* quam vocem & in Scriptore virorum illuſtrium adoleſcens reſtitui ac Sidonio Apollinari.

9 *Virtutis deſiderium conſecutum eſt* ] Adeo verum illud Perſii votum eſt:

*Virtutem videant intabeſcantque relicta.*

Et Flacci lib. III. oda XIV.

*Virtutem incolumem odimus,*
*Sublatam ex oculis quærimus inuidi.*

10 *Satius exiſtimans * contendere* ] Ratus Lambinus locum mutilum adiecit de ſuo nimis liberalis repugnantibus libris calamo exaratis hæc verba: *ſatius exiſtimans eos & ciues ſuos inter ſe vna voluntate conſentire, quam armis contendere Lacedæmonem.* Magius tamen antea nodum expedierat, locumque interpunctione ſanarat: *ſatius exiſtimans contendere Lacedæmonem: ſua ſponte eſt profectus*, vt *contendere* idem ſit quod proficiſci. qua in ſententia & à nobis Sauaronem ſtare legi poſtea ſanè perlibenter. Audax alioqui facinus de ſuo contra libros addere, quia ſenſum minimè aſſequaris.

11 *Quibus vellet frueretur* ] *Quibus quiſque vellet* amplius ſcripti codd.

12 *Semper eum pediſſequi* ] Athenæus hoc ex Theopompo deſumptum docuit lib. XII. Dipnoſoph. Non diſſimile autem illud de ſeruo cum loculis ſtipante L. Veratium hominem nequam ex Labeone Iuriſc. refert Agellius lib. XX. Noct. Attic. capite I. *Is pro delectamento habebat os hominis liberi manu ſua palma verberare. Eum ſeruus ſequebatur crumenam plenam aſſium portitans: & quemcumque depalmauerat, numerari ſtatim iuxta duodecim tabulas viginti & quinque aſſes iubebat.* Lex autem decemuiralis ſic erat concepta: SI INIVRIAM FAXIT ALTERI, VIGINTI QVINQVE AERIS POENAE SVNTO.

*Quos non vocatos* ] *Inuocatos* malim, vt ſcriptum 13 noſtris in membranis ac Gifanii conſtat, ſicque ante Sauaronem Vltraiectina editio. Mox quoque ſcriptam amplector lectionem cum Sauarone *omnes deuocaret*, repugnante licet Lambino. *Vocationes* autem Inuitationes eſſe vel ex Catullo cuiuis notum:

*Quærunt in triuio vocationes.*

ad quem locum idem obſeruat Muretus. *Vocatores* etiam dicti qui inuitarent. Plinius lib. XXXV. ca. X. *Inuitatus ad regis cenam venit, indignantique Ptolemæo, & vocatores ſuos oſtendenti, vt diceret à quo eorum inuitatus eſſet.*

## IN LYSANDRVM.

### VI.

BEllum gerentes confeciſſe apparet ] pro ad internecionem occidiſſe ac debellaſſe. Non eſt igitur, cur cum Magio mutandam vocem in *contudiſſe* vel *confregiſſe* cenſeamus. 1

*Diſpalati in agris* ] *Palantes* Cicero dixit, Cæſar & alii. Mox etſi membranæ noſtræ *dederunt*, retineo tamen *dediderunt*, quo & ſupra vſus in Themiſtocle. Et poſt non longè edit Longolius: *Nam cum hanc cauſam Lacedæmonii dictitaſſent, ſibi eſſe bellum. belli* tamen gignendi caſu ſcripti ſuggerunt. 2

*Claſſis hoſtium eſt potitus* ] Vltraiect. *claſſe*. Phraſim autem explicat è Pandectis iuris variè clariſſimus vir Ant. Auguſtinus Emendationum libris. Ceterum Αἰγὸς ποταμὸς oſtendet Mela Pomponius lib. 2. ca. 2. & Geographi, Stephanus, alii. 3

*Fatigemus lectores* ] *Defatigemus* membranæ noſtræ ac Gifanii. 4

*Proinde ac ſi iidem firmiſſimi ſolerent eſſe amici, qui conſtantes eſſent inimici* ] Sic Aldus, Lambin. & alii, quo modo non εἰρωνικῶς dictum videri debet, at ſerio. Magium vero offendit lectio, inuertitque poſt Longolium: *perinde ac ſi iidem firmiſſimi ſolerent eſſe inimici, qui conſtantes fuiſſent amici.* Adhæc Vltraiectina editio negationem priori lectioni addendam videri ad oram annotauit: *perinde ac ſi non iidem f. ſ. e. amici q. c. f. inimici.* Supra in Themiſtocle: *non minus me bonum amicum habebis, quam fortem inimicum ille expertus eſt.* 5

*Itaque decemuiralem ſuam poteſt.* ] Hiatum hic eſſe ac deeſſe quædam primus vidit Magius. deſiderantur enim de Lyſandri in Thaſios crudelitate, quæ ex Diodoro Siculo ac Polyæno Lambin. profert. 6

*Primum Delphos* ] *Delphi* noſter & Gifanii codex. 7

*Dux deligatur* ] *eligatur* ſcidæ noſtræ. Mox Lamb. *ſedita ſcripta* &c. Subiicit verò vetus codex 8

noſter

noſter *ſed ſcripta, vt dicit, non videtur congruere ſententiæ*, pro eo quod editur *vt deorum videretur congruere ſententiæ.*

9 *Librum grauem*] *Grandem* Giſanii codex & Vltraiect. ὀπισθόγραφον vocat, bene longam haud dubiè, voluminis inſtar, Plutarchus. Mox: *in quibus eum ſummis fert laudibus.* Vulgati: *in quo ſummis eum effert laudibus.*

---

## IN ALCIBIADEM.

### VII.

1 *IN hoc quid natura*] Sic fere Fabius de Cicerone lib.x.ca.i. *Vt Cicero iam non hominis ſed Eloquentiæ nomen habeatur.*

2 *Nihil excellentius vel in vitiis vel in virtutibus*] In extremo vitæ eadem hic Nepos & Plutarchus. Vide & in Chiliaſte prou. *Sileni Alcibiadis.* Et ipſe Dioſcuris ſe ſimilem iactabat, qui alternis immortales fierent: quod vtramque fortunam experiretur, nunc proſperam nunc aduerſam: nunc ciuium ſuorum gratiam haberet, poſt odio laboraret. auctor Ælianus li.xiii.c.xxxviii.

3 *Item cum tempus poſceret*] Ita Lamb. *Deinde cum tempus* Longolius & alii. Duo vero ſcripti codd. noſter & Giſanii *Diues, cum tempus poſceret*, rectius fortaſſe, vt mox de Hipponico, *omnium Græcæ linguæ eloquentia ditiſſimum*, etſi alii *diſertiſſimum* legunt. & Lambinus *omnium Græcorum ditiſſimum*, repugnante Giſanio ad Lucretium dict. *Refutatus.* Sic Ouidius *diues ingenium* dixit.

4 *Non minus in vita quam victu*] Omiſit hæc fortaſſe vt gloſſemata Vltraiectina editio.

5 *Tantam ineſſe diſſimilitudinem*] membranæ *tantam eſſe.* Vtrumque verbum expungit Magius, neque neceſſarium.

6 *Priuignus enim eius*] Pugnant hæc cum hiſtoria ac genealogia, quam ponit ad Plutarchi Periclem Xylander & hic Magius. ſororis enim filium faciunt, non priuignum.

7 *More Græcorum*] *amore* Giſanii codex, qui *amor amicitiæ* M. Tullio in quarta Tuſculana dictus, vt explicat M. Ant. Muretus libro xv. Var. Lect. cap.iv.

8 *Andocidiſque Hermes vocatus eſt*] Ita Lamb. legendū cenſuit Æſchinis & Andocidis ac Plutarchi auctoritate, quos & Valerius Harpocratio citat. Magius *Andocideſque vocitatus eſt.* Vltraiect. *itaque ille poſtea Mercurius Androclidis vocatus eſt.* Noſter ſanè codex & Sauaronis *Androclides* edunt duplici addita liquida. Verum *Andocidis* retineamus, qui vnus eſt in x Græciæ Oratoribus, de quo etiam Plutarchus & Photius noſter Bibliothecæ pag. Gr. 795.

9 *Libertatem opprimeret populi*] Lambinus *populi* contra libros expungit, quanta fide, ipſe viderit.

10 *In ciuitate poneretur*] id eſt haberetur. Sic extrema hac vita: *quorum moribus ſumma virtus in patientia ponebatur.*

11 *Obeſſe plurimum & prodeſſe*] Hinc Timon ille, quem μισάνθρωπον Lucianus ſingulari libello inducit, Alcibiadem adamabat, quod præſagiret magno illum malo fore aliquando Athenienſibus. Plutarchus.

*In contione ab inim. compellabatur*] Sic Lambinus ſecutus Claudii Puteani cōiecturam. At magis mihi amica veritas, facioq; libenter, vt à vetere ſcriptura ne latum quidem vnguem diſcedā. Scriptus autē codex noſter, *in contentionē ab inimicis compellebatur*, hoc eſt, vt equidem interpretor, cogebatur cauſam dicere ab inimicis Theſſalo Cimonis filio & Androcle. Giſanii cod. & Long. *in contentione compellabatur*, id eſt forenſi in lite appellabatur. 12

*Inuidiæ crimine accuſaretur*] Vltraiect. *inuidia criminis.* 13

*Quieſcendum in præſenti*] *In præſentia* Magius edidit. Venit aliquando in mentem reſcribēdum videri *in præſens rati.* Mox etiam Lamb. addit prouocabula duo *nocere ſe et non poſſe.* Giſanii liber *noceri non poſſe intell.* 14

*In triremem quæ ad eum deportandum erat miſſa*] Quæ reos cauſſæ dicundæ ſiſtere Athenis ſoleret. Thucydides li.vi. Diodorus Siculus li.xiii. Plutar. in Pericle, & in Lyſandro Critolai de ea dictum affert. Conſulendus & Suidas. 15

*Se capitis damnatum*] .i. mortis ſententiam in ſe latam. quod cum nunciatum illi eſſet, *Dabimus*, inquit, *ipſum, vt viuum me non mortuū eſſe experiantur Athenienſes:* & Lacedemone receptus Decelicū bellum à Decelia vrbe ſic dictum excitauit in Athenienſes. Plut. in Alcibiade, Ælianus li.xiii.c.38. 16

*Vt ſe deuouerent*] pro diras imprecarentur atque execrarentur. Mox enim *reſecrationem* dixit pro dirarum ſolutione. *Deuotionis* voce vtitur & Salluſtius Coniurat. in Catilinaria. & diſertius Plutarchus in Craſſi vita de Atteio Trib. plebis. Legendus Leu. Torrentius accuratæ vir diligentiæ Commentario in Epod. Horatii v. ad illud: 17

*Diris agam vos: dira deteſtatio*
*Nulla expiatur victima.*

*Ab hoc deſtitutus*] immo à Piſandro adiutum auctor eſt Thucydides. Placet itaque germana codicis noſtri lectio: *Ad hoc deſtitutus*, pro præterea ab amicis deſertus. *Ad hoc* enim pro adhuc vſurpaſſe veteres ad Aurelium Victorem notabamus, & ad Lucretium Giſanius. 18

*Thraſyb. Lyci filium*] *Lycei* diſertè membranæ omnes, qui Diodoro ac Thucydidi Στειριεύς eſt. Eius proximè elogium excipit. 19

*Plebiſcito*] Ita noſter cod. & poſt Longolium Lamb. Giſanii tamen ſcidæ & Vltraiect. editio *populiſcito*, quod rarius eſt. Vt & infra in Epaminonda: *populiſcito non paruit.* Atque in Phocione ſcriptus liber & Vltraiect. 20

*Parique abſens imperio præficitur*] Membranæ noſtræ integrè *parique abiens imperio reficitur.* & infra non longè: *quarum expugnarant quamplures* in iiſdem lego. 21

*Quod in captos clementia fuerant vſi*] Athenienſium in victos clementiam Diod. Siculus prædicat libro decimotertio. Suadet idem M. Tullius 1. Officiorum de belli gerendi ratione, itaque Romanos alios hoſtes in amicitiam recepiſſe, alios funditus euertiſſe. 22

23 *Siciliæ amissum*] Sic Aldus: *Admissum* tamen Magius edit, quo modo & in nostris scidis scriptum erat. Gifanius verò Coniectaneis Lucretianis *amissum* pro amissione tuetur, vt poeta ille adhibet *emissum, coniectum, refutatum*, pro emissione &c.

24 *Nisi Olympiæ victoribus*] Fuit cum legendum putarem *nisi Olympia vincentibus*, quo modo veteres loquebantur. Cicero ex Ennio:

*Sicut fortis equus spatio qui forte supremo*
*Vicit Olympia* —

Magius tentabat: *Et id quod illi numquā antea vsuuenerat, nisi Olympiæ victori* &c. Verum contra veterum librorum fidem atque auctoritatem mutare religio sit.

25 *Coronis aureis æneisque*] De æneis nihil dum compertum ex antiquis scriptoribus. Igitur eruditiss. Muretus *tæniisque* rescribendum censuit Variarum libro decimoquinto, capite septimo. Solebant enim *tæniæ* ferè & *corymbi* addi coronis, Thucydidis auctoritate. Neque oleastro solum, vt antea Hercules, teste Plinio extremo libro xvi. sed & aurea donati corona Olympionicæ à ciuibus domum reuersi solebant. Verum de Olympicis coronis plura Petrus Faber Tolosanus libro secundo Agonisticῶn capite xxiii. emendato Tertulliani loco lib. de anima cap. xix. de Cledemo Atheniensi aurea donato.

26 *Quin eius casum lacrimarit*] Sic meliores edunt. Vltraiect. *causam*. alii *causa*.

27 *Iidem illi Eumolpidæ ac Ceryces*] Aldina hęc lectio quæ immensum quantum Lambino abblanditur. Membranæ tamen nostræ ac Gifanii *Olympidæ* hic & supra integris litteris. De Eumolpidis Arnob. libro v. aduersus gentes: *Gregis lanitii (custos) Eumolpus, à quo gens & fluit Eumolpidarum, & ducitur clarum illud apud Cecropios nomen: & qui postea floruerunt caduceatores, hierophantæ atque præcones.* Nimirum *præcones* vocat quos κήρυκας Græci. Hesychius: Εὐμολπίδαι· οὕτως οἱ ἀπὸ Εὐμόλπου ἀκολούθου, τοῦ πρώτου ἱεροφαντήσαντος. πολλοὶ γὰρ γεγόνασιν ὁμώνυμοι Εὔμολποι.

28 *Resecrare sunt coacti*] Hac de voce adi Turneb. libro xviii. Aduers. cap. xxv. & lib. xxix. cap. xxxvi. item Pet. Pithœum subseciuorum li. i. ca. i. Lambinus post Longolium ac Magium *resacrare* non rectè edidit cum *exsecrare* dicamus.

29 *Hæc Alcibiadi lætitia minus fuit diuturna*] Meus & Gifanii codex *non nimis fuit diuturna*. Sed eodem res redit.

30 *Tyrannidem cōcupisceret*] Exstat narrationis obliquæ tale in Sopatro Rhetore exemplum, interprete Pet. Ioan. Nunnesio Valentino homine doctissimo li. iii. Institutionum Rhetoricarū ex Hermogene: *Alcibiades*, inquit, *post ea quæ Cyzici acciderant, cum satellites, qui eum custodirent, petiisset, accusatur tyrannidis.*

31 *Manuq; collecta primus Graciæ in Thraciam introiit*] Sic Lambin. emendauit. Scripti tamen codd. *manu coniecta primus Græciæ ciuitatis in Thraciam introiit*, quod nescio cur Lamb. repudiarit. Sallustius enim ita loquitur non raro. Quidam vero *Græcæ ciuitatis* quod minus probo.

32 *Regem Thracum deducere*] *inducere* Vltraiect. non malè.

*Penitus in Thraciā se supra Propont. abdidit*] Malim *penitius*. Cicero quoque ii. Offic. coniunxit: *abditum penitus aurum & argentum effodere*. Mox *quinquagena talenta vectigalis capiebat* rectius scripti libri & Vltraiect. quam alii edunt *quinquaginta tal. vect. habebat*. vt supra in Aristide monui. 33

*Societatem quæ Regi cum Lacedæmoniis esset*] Lābinus locum se perpurgasse ratus his de suo ac Magii coniectura addit, *stare non posse, fœderaque irrita futura*. Probo tamen scriptam nostram lectionem & Vltraiect. vt concisam: *Huic ergo renunciat, quæ Regi cum Lacedæmoniis essent, nisi Alcibiadem viuum* &c. quam & Sauaro in contextum recepit. 34

*Itaque misit Susamithrem & Bageum*] Sic vetus cod. noster & Sauaro. Lamb. *Bagoam* edit, notat tamen ex Plutarch. *Magæum* Pharnabazi fratrem fuisse. Sed mira plerumque in barbaris nominibus varietas. 35

*Circa domum stramineam*] Non obscurū, quam hic docti velut in scammate desudarunt. Lambinus solenne illud suum seruans *domum* de suo adiecit, quia Plutarc. οἰκίαν dixit. *stramineam casam* Magius. G. Schoppius *casam eam*. Codex noster & Gifanii *sammeam*. alii *samineam*. Sed quid prohibet symbolam conferre, cum in medio palma sit? Liceat itaque bona cum venia sine flagitio coniectare. Damnet quis aut amplectatur non admodum laboro. Tentabam equidem *circa scanduleam*, exaudiendo *casam*. *Scandulam* enim Nepos apud Plinium lib. xvi. cap. x. pro segmentis lignorum dixit, qualibus & ædes gentium quarundam hodieq; tegi solent, atque adeo Romæ ab Vrbe condita ad Pyrrhi vsque tempora, vt idem Nepos refert. Vel si hęc minus placet quid vetat sic tentare? *circa scamillum quo quiescebat*. quod ὑποκοριστικὸν scamni esse Priscianus docet, vsusque Apuleius in Hermagora: *Verum infirma scamillorum obice fultæ fores.* Vtitur & Vitruuius Augusti æqualis lib. iii. Architecturę. Verum prior coniectura placet magis, atq; vtinam pariter eruditis hominibus. 36

*Mulier quæ cum eo viuere consueuerat*] Vltraiect. τὸ *viuere* expungit, vt à glossa natum. & sic de ἑταίραις Romani loquebantur. 37

*In illo vno laudando consenserunt*] Ita Longol. & Lamb. *Conscierunt* Vltraiect. editum, ad oramque adcusum *consuerunt*, quod & Gifanii codex præfert. 38

*Thracas homines vinolentos*] Plato i. de legibus & Torrentius noster ad illud Horatii libr. i. od. xxvii. 39

*Natis in vsum lætitiæ scyphis*
*Pugnare Thracum est.* —

Quod verò *rebus venereis* Thracas, homines simplici ingenio & frigido cœlo natos, deditos insimulat Nepos, mihi meritò fortasse suspectum est, legendumq; *reique veterinæ* videtur. Sic enim de hoc ipso Alcibiadis versatili agens ingenio Plutarchus, in Thracia vino & equitationi indulgere solitum refert. Ἐν Γωνίᾳ χλιδανὸς, ἐπιτρεπὴς, ῥάθυμος· ἐν Θρᾴκῃ μεθυστικὸς, ἱππαστικός. *Veterinum* autem Plinius adhibet lib. xi. cap. xlvi. & lib. xvii. cap. xxiii. Glossæ Philoxeni: *Veterina bestia* ὑποζύγιον. *Veterinariū* autem Columella bonus & ipse Latinitatis auctor 40

lib. —

lib.xi. rei rusticæ cap.1. qua de arte videre memini Vegetium Renatum edente V.CL. Ioanne Sambuco Pãnonio, cuius immortali beneficio plurima cum Græcè tum Latinè tenebris bono publico erutа grata perpetuò est debitura posteritas.

41 *Venisse ad Persarum*] De Persarum venatione ac luxu, Strabo libro decimoquinto, & Horatius lib. 1. oda vlt.

*Persicos odi puer apparatus.*

ibidemque post Lambinum, Torrentius præclarè, vt mittam Brissonii Commentarium ac Petri Bizari Liguris de rebus Persicis, itemque Ioan. Drusum lib.xii. Obseruationum.

## IN THRASYBVLVM.

### VIII.

1 *ILli sine dubio neminem præfero*] Interpungit legitq; codex noster vetus ac Gifanii: *Illud sine dubio: neminem huic præfero fide* &c. quo modo & Vltraiect. editum.

2 *Abiit res à consilio ad vires vimque pugnantium*] Scriptus noster integrè præfert *ad vires cuiusq; pugnantium*, vnde cuderunt alii *vires vimque*. Sequor itaque libri mei fidem nihilque demuto. Expressus autem hic locus è Marcelliana, vt committere sit operæpretium: *Nam bellicas laudes solent quidam extenuare verbis, easq; detrahere ducibus, communicare cum militibus, ne propriæ sint imperatorum.* &c.

3 *Neque vero hic non contemptus est primo à tyrannis neque eius solitudo*] Ita contextum Lambin. profert. mutat tamen in Scholiis, *Neq; vero hic contemptus est primo à tyrannis sed eius solitudo.* quod equidem miror, cum sequentia lectionem illam refellant. Membranæ nostræ, Sauaronis item, atque Vltraiect. editio, *Neque vero hic non contemptus est primo à tyrannis, atque eius solitudo.* quod amplector.

4 *Nihil in bello oportere contemni*] Suadet hoc coniurationis auctor Catilina per epistolam suis apud Sallustium. Dictumque & illud antiquitus Bis in bello peccare non licere, multaque adeo inania in bello exsistere: πολλὰ κενὰ τοῦ πολέμου, apud Diodorum Siculum libro vicesimo, & Polybium in Suida.

5 *Aduersus Thrasybulum*] *Exaduersus* Gifanii codex, & Sauaronis editio, à qua voce Nepos minimè abhorruit.

6 *Legem obliuionis*] Ἀμνηστίας. Val. Max. libro IV. capite primo. Orosius lib.II. cap.XVII. M. Tullius initio Philippicæ primæ, vbi tamen Muretus respexisse putat Oratorem non ad hanc ἀμνηστίας legem, sed ad hoc verbum μὴ μνησικακεῖν, libro secundo Variarum lect. capite decimoquinto. Dissentit verò Franc. Fabricius homo eruditiss. Notis ad Orosium lib.II. cap.XVII.

7 *Honoris ergo corona à populo data est*] τὸ *ergo* quod vnus adiecit Lamb. rectè abest à membranis, & frequentius historici Latini vt Liuius, τὸ *causa* vel *gratia* exaudiebant, vt ἕνεκα καὶ χάριν Græci. Sic Maro libro decimo Æn. *ingratus salutis.* & lib.XI.

*Egregiusque animi fortunatusq; laborum.*

## IN CONONEM.

### IX.

*PHaras cepit*] Sic vnus Lamb. contra libros legẽdum contendit, qui *Pheras* constanter præferunt, quæ Thessaliæ ciuitas est, illa Messenæ & Achaiæ, teste Stephano. 1

*Diligens erat imperii*] Ita Lamb. & Sauaro edendum curarunt. Ceteri ad vnum omnes *diligens erat Imperator*, quo modo & Nepotis libellus hic inscribitur. 2

*Hic militum ducem summum*] Codex noster *Hic multum ducem sum. Agesil. impediuit.* itaque Sauaro. 3

*Neque admirandum*] Venustius scripta lectio & Vltraiect. *Neq; id mirandum.* 4

*Per litteras edere quæ cogitas*] *agere* scriptus cod. noster & Gifanii ac Sauaronis editio. Vtrumque expungit Vltraiectina & Longoliana. 5

*Quod προσκυνεῖν illi vocant*] Codex noster προσκυνήσειν, quod eodem recidit. Quam humi iacentium adulationem, *adorationem*, nominabant. T. Liuius lib. IX. Lucianus in Nauigio, manus ad tergũ referre solitos Persas indicat: Ἀλλὰ τὸ μὲν τιμῆς, ὦ βασιλεῦ, χάριν οἶδά σοι, ὅτι ὑποκύψας, ἐς τὸ Περσικὸν, προσκυνῶ σε, περιαγαγὼν εἰς τοὔπισω τὼ χεῖρε, τιμῶν τὴν τιάραν. Plura suppeditat Brissonius vir immortalitate dignissimus lib. 1. Persicorum. De altera vero adoratione qua manum ad osculum gentes referebant Pet. Pithœus lib. 1. Aduersariorum subsecíuorum. 6

*Cum ex ea ciuitate sim profectus*] *Ciuitate* rectè afuit à membranis duobusque editis, & verò superuacaneum. Sic inf. alterum *inter* redundat. *Sed etiam inter omnes Græciæ ciuitates.* Plutarchus hanc historiam Themistocli tribuit, nisi fortè vtriq; acciderit. Illud ἐν ὁδῷ παρέργῳ addam malè Seruium Cononi Atheniensium Imperatori tribuere Maronis illud in Palæmone: 7

*In medio duo signa, Conon, & quis fuit alter?*

Mathematicus enim Conon accipiendus, cuius & Hesychius & Theon in Arati Phænomena meminit, vt Achilles Statius Lusitanus obseruauit.

## IN DIONEM.

### X.

*MAgnam corporis dignitatem, quæ non minimum commendatur*] Respexisse videtur ad Euripideum illud in Phœnissis apud Porphyrium & Stobæum: 1

πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος.

Sic inf. in Iphicrate: *fuit autem & animo magno & corpore, imperatoriaq; forma. Commendatur* autem scripti libri auctoritate retineo Lambini ingratiis pro *commendat.* Mox etiam *tenebat* in nostris mẽbranis ac Gifanii, pro quo *tegebat.* Vltraiecti editum: quod illi *leniebat* à Lambino supposito opponam.

*Quo cum grauiter conflict.*] *Graui* est in nostris membranis, Vltraiectina & Sauaronis editione. 2

vnde etiam *grauius* tentabam. Mox: *ad Dionysium fil sermonem retulerunt*, τὸ *sermonem* redundare credo, & *seniorem*, si libri fauerent, reponerem.

3 *Patri soporem medicos dare coegit*] φάρμακον ὑπνωτικὸν vocat è Timæo Plutarchus. Seneca lib. v. de beneficiis: *Ita & qui veri beneficii speciem fefellit, tam ingratus est, quam veneficus, qui soporē, cum venenum crederet, miscuit.* vbi *saporem* vulgo corruptè legas.

4 *Qui de historicis*] *Græcis* addit codex noster ac Sauaronis. Expungit vero Longolium secutus Lamb. quod de vtrisque scripsisse *Græcis Latinisq;* verisimile sit.

5 *A pristino victu deducerent*] pro, à pristino vitæ genere corruptisque moribus reuocarent, rarè dictum.

6 *Non posse bene geri Remp.*] *regi Remp.* est in mſ. non malè.

7 *Hæc ille intuens*] Gifanii codex, & Longolius *Hæc ille metuens.*

8 *Callicrates.*] Immò *Calippus* vt nominant Plutarchus, Diodorus, Athenæus, Suidas & Pletho. *Callicratis* autem frater *Philostratus* infra nominatur, vt in membranis quidem, Lambinus enim *Philocratem* habet.

9 *Immerentes inermes*] τὸ *inermes* in tribus libris calamo exaratis desideratur. Mox *Acherunte* per quintam vocalem scribendum contendit Lucretianis Notis Ob. Gifanius.

## IN IPHICRATEM.

### XI.

1 *Non tam genere aut*] Hanc Lamb. cudit lectionē è Longoliana, qui *quam* geminat, nec Magio placet. Reperi in membranis, vt & Sauaro in suis, passimque ita editur: *Non tam magnitudine rerum gestarum, quam discip militari nobil. est*, vt illud *genere aut* intrusum nuper videatur. quod sutoris sit filius habitus. Hinc fortasse & *Iphicratides calcei* in prouerbium cesserunt, meminitq; Diodorus Sicul. Iul. Pollux, Suidas, & in Photii nostri μυριοβίβλῳ Procli Chrestomathia, quam adi.

2 *Nusquam culpa*] prouocabulum *sua* addit Gifanii codex ac Longolius.

3 *Peltastæ pedites*] Vide Diodorū & Suidam. Glossarium vetus: Πελτασὴς *manipulus*. Quid autem à clypeo & parma pelta differat, ad Liuiū doctiss. Sigonius, Manutius de Quæsitis per Epistolam, & nuper Belgii nostri ocellus Lipsius de Militia Romana.

4 *Et pro ferreis atq; æneis lineas dedit*] Ita è Longolio Lamb. Codex noster *sertis* præfert, quod & probat copiosè Sauaro. De Loricis autem linteis aut lineis Læuinus Torrentius in Seruium Galbam Tranquilli.

5 *Vt æquè corpus tegeret*] *Quod æquè* scriptus liber, Magius, & Vltraiect. editio. Statim *moram Lacedæmoniorum interfecit* membranæ nostræ legunt, alii *intercepit*, nihil vt intersit vtro legas modo, explanatque disertè Lamb *Moram* pro exercitus parte quingentorum plus minusve militum ex Etymologico aliisque, quibus addo Hesychium: Μόρα μίρηνυά· ἡ μίρη τοῦ στρατοῦ ἡ τάγμα. παρὰ γὰρ Λακεδαιμονίοις οἱ πατρίλοχοι μόρα αὐτῆς ὀνομασθέντες. & Suidā in dict. μορῶν.

6 *Epaminondæ retardauit impetus*] *incœptus* pro incœpta integrè scriptū in membranis nostris & fortean Sauaronis sic edentis. Sic supra in Alcibiade *Siciliæ amissum* pro amissione dixisse notauimus.

7 *Causam capitis semel dixit*] Quo strategemate iudicum sit sentētia absolutus Iphicrates refert Polyænus lib. III. Strateg. ac de Latinis Seneca Rhetor noster lib. VII. Excerptorum declamat. v. vt ibi notabamus. De Iphicratis autem eloquentia qua & Harmodii posteris respondit nobilitatem à se incipere, desinere verò in illum (quod & in Apoph. Plutarchus commemorat) plura è Dionys. Halicarn. atq; Aristide περὶ τοῦ παραφθέγματος colligit Muretus lib. VIII. Variarum Lect. cap. XXII.

8 *Ex Thressa natum*] τὸ *natum* abest ab Vltraiect. & glossam olet.

## IN CHABRIAM.

### XII.

1 *His statibus in statuis*] Scriptus noster & Gifanii *his stantibus statuis ponendis vterentur cum victoriam essent adepti*, & ita plerique omnes extra Lābinum, qui etiam *in quibus victoriam essent adepti* posuit. Petrus tamen Faber lib. II. Agonist. cap. XX. *quibus* malit.

2 *Multa in Ægypto sua sponte gessit*] Ediderat Longolius *sua sponte quadā gessit.* cuius loco Lamb. *multa* adiecit.

3 *Commune vitium in magnis*] duas voces *vitium in* vt glossemata delet Vltraiect. editio. Salust. in Catil. *meminisse post gloriam inuidiam sequi.* Cicero pro L. Balbo: *Est enim huius sæculi labes quadam, & macula virtuti inuidere velle, ipsum quoque florē dignitatis infringere.* D. Hieronymus ad Demetriadem epist. VIII. *Virtus enim semper inuidiæ patet.* Idemq; in epitaphio Paulæ: *Semper quidem virtutes sequitur inuidia.*

4 *De iis detrahunt, quos emergere videant altius*] In eodem Vltraiectino editur *& libenter his detrahant, quos eminere vident altius.*

5 *Opulentium intuentur fortunam*] Gifanius Lucretianis Coniectaneis sic legit. *Opulens* enim veteres dixerunt, vt *suauiloquens carmen* Lucretius & *violens* Horatius pro violentus. Et *intuuntur* in iisdem membranis nostrisque antiquè.

6 *Omnes ferè principes fecerunt idem*] Hæc duo postrema inculcata esse quis non videat? & à nostris aberant membranis, tametsi inficias ire non possū luxuriantem esse huius dictionem, à qua multa, ni fides religioq; tractandorum scriptorum vetet, resecare possis.

7 *Nauis rostro percussa cœpit sidere*] pro subsidere ac demergi. Non dissimulabo meo in codice scriptū fuisse *fidere*, vt *findere* reperisse librarius videatur. Retineo tamen *sidere*. Pedo Albinouanus apud Senecam Rhetorem Suasoria I. —*iam sidere limo*
*Nauigia, & rapido desertam flamine classem.*

## IN TIMOTHEVM.

### XIII.

1 *Cononis F.*] Librariorum ῥαθυμίᾳ in Lamb. editione *Cimonis* olim editum, qui Cononis est filius.

2 *Olynthios & Byzantios*] De Olynthiis quia Diodorus non meminit, animi pendet Lamb. sed meminit Aristoteles seu quisquis est auctor libr. II. Oeconomicorum ca. XXIII. vt & de Samo & Corcyra. Item Demosthenes Olynth. II. ibidemque Vlpianus. Vide Vitas comparatas nostras Olymp. CIV. anno I. extremo.

3 *In qua oppugnanda*] Sic plerique edunt ad Samũ quæ sequioris generis est respectu habito. Scriptæ tamen membranæ *in quo oppugnando* pręferũt, pro quo bello. Mox Vltraiect. *in publicum retulit*, non vt passim editur *detulit*.

4 *Erichthonem & Sestum*] *Sestus* ad Hellespontum Abydo obiecta satis nota Leandri & Erus amorib. atque interitu apud Musæum, Nasonem & Melam Geographum. *Erichtho* hic ignota, vt aquam sibi hærere Lamb. fateatur. Scriptus noster & Gifanii *Crithonem & Sextum* præfert, de qua Amplius pronuncio.

5 *Pacemque his legibus constituerunt*] De hoc fœdere & amicitia Lacedæmoniorum cum Atheniensibus Demosth. Orat. περὶ στεφάνου. Locum adscripsi in Vitis comparatis Olymp. CII. anno IV.

6 *Fit Menestheus prætor.*] Sic pleriq; omnes τειχομαχέως edunt, & supra in Iphicrate. Duabus verò syllabis *Mnestheus* Vltraiect. Longolius & Magius quo modo & in Marone IV. Æneid. vers. 288.

*Mnesthea Sergestumque vocat.*

& alibi sæpius.

7 *Vt sit in sua manu esset fortuna*] Ita perspicuè plerique euulgarunt. In membranis & Vltraiect. *in naui esset fort.* hoc est habitaret fortuna. Hanc. n. Deam publicè cultam in nauium etiam proris collocatam vt reliquos Deos verisimile est. Scitum Cæsaris illud ad nautam: *Cæsarem fers & fortunam eius*, apud Florum & Plut. Refert autem Vlpianus in Olynth. II. Demosth. vsque eo fortunatum fuisse, vt dormiens pingeretur rete vrbes captans, addita muliere FORTVNÆ titulo. Quæ vulgatam magis tuentur lectionem.

8 *Venio nunc ad fortiss.*] Hanc totam transitionem veteres membranæ Timotheo adnectunt, omnesque adeo editiones extra Lambinianam, idque rectius Tranquilli more aliorumque & ipsius adeo Nepotis seu Probi, qui à patria parentibusque vitam cuiusque auspicatur.

## IN DATAMEM.

### XIIII.

1 *Prouinciam Ciliciæ*] *prouinciam partem Ciliciæ* vetus noster codex, quod verius puto.

2 *Qualis esset apparuit*] *aperuit* scidæ nostræ, rectius: itaque Vltraiecti editum.

*Antiquo genere natus*] *Ortus* habet Gifanii codex. Nepos noster initio vitę T. Attici: *ab origine vltima stirpis Romana generatus.* quam lectionem ab aliis temerè sollicitari ibi docuimus. 3

*A Patroclo interfectum*] μνημονικὸν ἁμάρτημα est auctoribus familiare festinantibus. Nam *à Menelao* dixisse oportuit vt ex Iliad. Homeri Rapsodia V. paret vt primus H. Magius, ne quem sua fraudemus laude, notauit, etsi dissimulat vbique Lamb. 4

*Is regis dicto audiens non erat*] Malim vt in Vltraiect in. *Is regi dicto-audiens*, vt *dicto-audiens* per ὑφὲν pro obediente contrahatur, itaque sępe Liuius aliique notæ melioris scriptores. Inf. in Agesilao: *Tãta modestia dicto audiens fuit iussis absentium magistratuum.* 5

*Nihilo segnius perseuerauit.*] Si Nepotis stylum calleo, ducor ad credendum scripsisse *nihilo sequius* aut *secius* vt alibi non raro. In Conone: *Conon nihilo secius apud præfectos regis versabatur.* Ibidem: *nihilo secius editis mandatis conficies.* In Dione: *mulieres nihilo secius Callicratem in ædem Proserpinæ deducunt.* Bis quoque in Hannibalis vita. Nam & *eo secius* in Pomponii Attici vita, in Miltiade & Eumene dixit. 6

*Barbaque erat prolixa*] Teneri hoc potest, quo & Maro vtitur. Gifanii tamen codex & Vltraiect. editio *promissa* legunt. Vide Festum. Et supra paulo in nostro cod. aberat præpositio *ab* vt Græco more dixisse suspicer: *In quo cum Ariobarzani præfecto Lydiæ &c. desertus esset.* 7

*Qua vinctũ ante se*] *Victum* scriptus meus liber & Longol. Prouocabulum etiam *qua* Magius expunxit. 8

*Fuit nemo qui agnosceret Thyum, qui non Regi nuntiaret. Ac primo non credidit*] Trifariam hic legunt editiones. Longolius & scriptus noster *fuit nemo non qui agn. Thyũ regiq; nuntiaret.* Vltraiect. *fuit nõ nemo qui agn. Thyum* &c. Sauaro denique: *fuit nemo qui agn. Thyũ, regiq; nuntiaret: primo non accredidit*, quo modo ferè & mẽbranę nostrę, voxque ea *accredidit* T. Lucretio ac Plauto familiaris. 9

*Arma capit*] Scidæ Gifanii *sumit*, & mox eædem ac nostræ membranæ *sese dedidit.* de quo sup. in Themist. & Lysandro. 10

*Ad exercitum Acæum*] Ita Lamb. sibi tamen vt non satisfaceret, edendum curauit. Ceteri ferè *acrem* propius à vera scriptura, quam esse *Acen* nullus dubito, monuitque & Iac. Bongarsius ad Iustinum & Rob. Titius lib. I. Locorum Controu. cap. VII. Est autem *Ace* Phœniciæ ciuitas, Ptolemais postea dicta. Stephanus: Ἄκη πόλις Φοινίκης. αὕτη Πτολεμαῒς ἐκαλεῖτο. Strabo li. XVI. μετὰ τὴν Τύρον ἡ Παλαίτυρος ἐν τριάκοντα σταδίοις. εἶθ' ἡ Πτολεμαῒς ἐστὶ μεγάλη πόλις, ἣν Ἄκην ὠνόμαζον πρότερον, ᾗ ἐχρῶντο ὁρμητηρίῳ πρὸς τὴν Αἴγυπτον οἱ Πέρσαι. Meminit & Harpocration, Suidas, & Plinius. Infra eadem corrupta vox rescribendumque *cum iam ad exercitum Acen venisset.* *Accho* in sacris litteris vocatur Iudic. I. 31. & Ioseph. lib. II. belli Iudaici cap. XVII. Rescribendum itaque in Hieron. Epist. ad Eustochium XXVII. *Peruenit ad Ace, quæ nunc Ptolemais dicitur.* Vbi vulgo *Coth* vitiosè editur. 11

*Prospere succedebant*] Ita Longolius & ex eo 12

Lamb. *procedebant* membranæ noſtræ. Legi et-
iam *sedebant* poſſet. Statim *Arſideum* eædem ſci-
dæ & Vltraiect. ac Sauaro, qui *Arideus* eſt Longo-
lio. quod nomen etiam inter Alexandri Magni aſ-
ſeclas reperias.

13 *Neceſſario ſe eſſe relictum*] *ſciri relictum* Longoli-
us. Vtramque vocem & *iri* & *eſſe* ſcriptus liber &
Vltraiect. omittunt.

14 *In vulgus edit ſuo iuſſu*] Geminum eſt ſtrategema
Tulli Hoſtilii tertii Romanorum regis cum Metio
Fufetio in Liuio lib. I. Scriptore de viris illuſtribus
cap. IV. Val. Max. lib. VII. cap. IV. & Frontino lib. II.
cap. V I.

15 *Qui tantum quod*] Audaciter nimis Lambin. ne
quid dicam grauius, huc intruſit *tantum quod* repu-
gnantibus, vt ſolet, libris. Planus enim ſenſus eſt
ſcripti libri quem ſequor *qui dum ad hoſtes peruene-
rat*. vnde Magius cudit *qui tum*. alii *qui vix dum*.
Vltraiect. *qui tantum non*.

16 *Satius tamen ſtatuit congredi, quam* &c.] Lambi-
nus *ſatius* de ſuo rurſum addidiſſe ait. factum nol-
lem. redundat enim *ſatius*. neque enim ignorare
potuit Græcarum litterarum peritiſſimus Græcos
μᾶλλον, eorumq; exemplo Latinos hiſtoricos τὸ *po-
tius* vel *magis* exaudire. Vt hoc loco membranæ
fidem faciunt noſtræ ac Gifanii, editioneſque extra
Lambinianam omnes, Longolii, Magii, Vltraiect.
& Sauaronis. Obſeruarat id elegantiſſimus Mu-
retus ad Terentiani Eunuchi prologum è Nonio
Marcello exempliſque illuſtrarat Comici illud:

*Si quiſquam eſt qui placere ſe ſtudeat bonis,*
*Quàm plurimis.*—

boni enim pauci improbis, qui plures, obiiciuntur.
Plautus in Rudente: *Tacita bona'ſt mulier ſemper,
quàm loquens*. Polybius: Αἰακίδαι πολέμῳ κεχαρηότες,
ἤ περ δαιτί. *Æacidæ bello magis gaudebant, quam con-
uiuio*. Plura congeſſit V. CL. Ant. Auguſtinus lib.
VI. Emendationum cap. VIII.

17 *Quos illi Gardates appellant.*] *Gardatas* noſter, e-
ditique omnes vitioſè. Rectius *Gardacas* Gifanii
codex, reſcribendumque *Cardaces* veterum aucto-
ritate Græcorum. Heſychius obſcurè: Κάρδακες οἱ
στρατευσάμενοι βάρβαροι ὑπὸ Περσῶν εἰς Ἀσίαν. οὕτω καλοῦ-
σι τοὺς στρατιώτας, ἀπὸ ἔθνους ἢ τόπου. Strabo lib. XV. καλοῦν-
ται δὲ οὗτοι Κάρδακες ἀπὸ κλοπείας τρεφόμενοι· κάρδα γὰρ τὸ ἀν-
δρῶδες καὶ πολεμικὸν λέγεται. Meminit & Arrianus lib.
II. de geſtis Alexandri, & Pauſanias. Ammonius i-
tem ſiue Philoponus is eſt περὶ διαφόρων λέξεων. Κάρ-
δαξ δέ τις ἐκαλεῖτο στρατιώτης. Plura Euſtathius ex Æ-
lio Dionyſio ac Theopomp. itemq; Cælius Rho-
diginus lib. XVIII. c. I.

18 *Captianorum totidem*] Ignoti hi populi. Vereor
ne traiecta littera ſit reponendumque fortaſſe *Ca-
ſpianorum*. de quibus Strabo lib. XI. ἔστι δὲ τῆς Ἀλβανῶν
χώρας, καὶ ἡ Κασπιανὴ τοῦ Κασπίου ἔθνους ὁμώνυμος. Steph. in
Κασπία. Γίνεται δὲ Κασπιανὸς ἐκ τοῦ Κασπία, ὡς Καρδιανός.

19 *Futuras inſidias dixerant*] Membranæ noſtræ
amplius *futuras inſidias euenire dixerant*, itaq; Lon-
gol. & Magius. quæ vox etſi minimè neceſſaria eſt,
admonendum tamen duxi. Statim variatur quo-
que. Noſter enim abſque copula: *Ipſe autem or-
natu veſtitu militari*. Gifanii vero *ornatu veſtituq;*.
Editi quattuor *ornatus veſtitu militari*. Vltraiect.
*Ipſe autem ornatu militari*.

*Qui ſuppoſitus erat*] Legi etiam poſſet *ſuppoſititi-* 20
*us*, ὑποβολιμαῖος.

*Confixi ceciderunt*] Membranæ *conciderunt*. 21

*Fidemq; de ea re more Perſarũ dextra dediſſet*] Ne- 22
pos ſupra in Themiſtocle: *Inde non prius congreſſus
eſt, quam rex eum data dextra in fidem reciperet*. Q.
Curtius lib. VIII. *Lætus ſimplicitate Barbari, Rex
dextram fidei ſuæ pignus dedit*. At plura, ſi quis re-
quiret, de hoc ritu ſuggeret doctiſſimus Briſſonius
in Perſicis, quæ vtinam fati crudditate non impedi-
tus ad exitum adducere potuiſſet.

*Hanc vt accepit a rege*] *miſſam* quod quidam ad- 23
dunt, rectè afuit à meis ſcidis, vt & à Sauaronis li-
bris. Idem gloſſema à Longolio & Lamb. hic adie-
ctum ὀβελίζω cum Magio.

*Magnas prædas agit*] *capit* retineo veteribus li- 24
bris editiſque omnibus adſtipulantibus inuito Lã-
bino. Auctores dabo. Plautus Truculento, *prædã
de prædonibus capere*. & M. Tullius pro domo ſua,
*Capta crudeliſſimè ex fortunis præda*.

*De qua re ſi ei videretur*] Rectius ſcripti libri *de-* 25
*que ea re ſi ei videretur, quo loco vellet in coll. veniret*.
quod hiſtoricum magis eſt. Statim *ipſo colloqui die*
Gifanii codex præfert pro *colloquendi*.

## IN EPAMINONDAM.
## XV.

EPAMINONDAS] *Epaminundas* per quintam vo- 1
calem in mſſ. conſtanter ſcribi equidem mi-
ror. Græci enim per ω.

*Quæ plurimis omnium antep. virt.*] *Quæ à pluri-* 2
*mis* præpoſitione addita Gifanii codex & Sauaro-
nis.

*Lyſim Tarentinum*] Sic rectè Lambinus è tertio 3
M. Tullii de Oratore. Adde lib. I. de Officiis vbi &
malè quoque *Lyſias* olim excudebatur ante Caroli
Langii hominis accuratiſſimi & Franc. Fabricii e-
mendationem. *Lyſias* vero Athenienſis vnus eſt in
X. Græciæ Oratoribus de quo Plut. & Halicarnaſſe-
us. Habuit autem Epaminõdas Lyſim Philoſophiæ
præceptorem vnà cum Philippo Amyntæ F. vt in
Vitis comparatis Olymp. CV. anno I. pluribus nota-
re memini.

*Magna laudi erant*] τὸ *laudi* à noſtris aberat mẽ- 4
branis & diphthongo *æ* ſupraſcriptum *i*. reperi vt
*magni erant* legiſſe videatur, quomodo fere alibi ſæ-
pe *opera eius magni fuit*, qualia collegit in Conone e-
ruditiſſimus Sauaro.

*Quam ad finem ſermo eſſet deductus*] *adductus* ma- 5
lim, vt in manuſcriptis omnibus lego, ac Ciceroni
familiare eſt *ad exitum adducere*, præ illo, quod Lã-
bino hic placet, *perductus*.

*Amicorum in ſe tuendo caruit facult.*] *caruerit* 6
noſter & Gifanii codex, placetque, vt cum ſuperio-
re concinnius hæreat, aliterque interpungatur.

*Quibus & quantum cuique deberet*] Duæ voces 7
priores rectè abſunt à membranis, & ex ora in con-
textum irrepſiſſe apparet Lambino eas intrudente.

*Namque orbis terrarum diuitias accipere nolo pro* 8
*patria caritate*] Hæc abſunt ab Vltraiect. editione,
ſuſpicante

suspicante fortasse glossema esse. Puteanus homo doctiss. olim Lambino suggessit *præ*, non *pro patriæ caritate* reponendum videri, cui subscribo. Statim *tuq. me incognitum* ms. legit.

9 *Per Chabriam Atheniensem curauit*] Ita Lamb. nam Longolius *procurauit*, neutra vox in Vltraiect. nostræ & Gifanii scidæ *effecit*, sed post *mentionem fecimus* collocant, quam lectionem & Sauaro est amplexus.

10 *A bello auocas*] Scripti libri *euocas*, non sequor. Mox iidem & Vltraiect. *quod Agamem. belli gloriam*, non *bello*.

11 *Quam tuo*] Aberant hæ voces à nostro codice & Vltraiect. perspicuitatis tamẽ causa retineo. post non longè simile huius est apophthegma ad Pelopidam qui filium patriæ perniciosum relinqueret.

12 *Æmulari putas, falleris*] *fallis* membranæ nostræ, quomodo supra paullo: *fallis verbo ciues tuos*. Sequitur *ex vna vi be nostra*, membranæ meæ ac Gifanii disertè *ea vna vrbe nostra*.

13 *Legati ante pugnam Leuctricam*] Hæc omnia omittunt Longolius, Magius & Lamb. erant tamen in nostris & Gifanii membranis. Et verò, ne quid dissimulem intrusa videtur ex ora, quod mox Leuctricæ fiat pugnæ mentio, addatque, *& quod post apparuit*.

14 *Coram frequent. legationum conuentu*] *Legionum* integrè in manuscr. fortasse non male, itaque Longolius edendum curauit, à quo Lambin. ceterique discedunt.

15 *Res illa militum*] Gifanii codex *illa multitudo militum*.

16 *In periculo suo conscriberent*] Sic disertè membranæ nostræ. (vt *in breuiculo* affini quidem voce, sed haud scio, an eius æui, mutare religio sit.) qua de voce pro indice ac veluti titulo post Cuiacium Iurisconsultorum principem Lamb. & Sauaro. Supersedebo itaque actum ne agam. Illud tantum, voces id genus rariores adhiberi eo sæculo solitas, sed condimenti vice, non vt hodie plerique ad fastidium.

17 MESSENA CONSTITVTA] *restituta* Sauaro & Gifanii codex.

18 *Idemque Cadmeam*] de qua arce agit mox in Pelopida. Dissimulare tamen non debeo in nostris ac Sauaronis membranis *Academiam* scriptum fuisse.

## IN PELOPIDAM.
### XVI.

1 M*Agis historiis quam vulgo notus*] Membranæ rectius, mea quidem sententia, *historicis*, quos *vulgo* opponas. Ita in Mureniana Cicero: *Tua nobilitas Ser. Sulpici hominibus litteratis & historicis notior*.

2 *Aduersariæ factioni*] *Aduersariam grauem* dixit M. Tullius lib. 2. ad Fam. epist. 4. *Est enim tibi grauis aduersaria constituta*.

3 *Peloponnesium bellum*] Cuius & sup. in Pausania & Lysandro mentio, gestumque annis septem & viginti, inchoatum Olympiade LXXXVII. de quo Thucyd. ac Diodorus.

*Qui aduersus resistere aud.*] Offendit non iniuria Lambinum hoc loquendi genus. Mihi sic dictum videbatur vt Cicero *arma contra ferre*, vt quidem Nonius legit, lib. 1. Offic. & mox in Agesilao Nepos: *Iratus videbatur omnibus qui aduersus arma tulerant*. 4

*Non vt sequerentur otium*] *Non quo* melius membranæ atque Vltraiectina editio, ne *vt* geminetur. 5

*Duodecim adolescentuli*] In his Melon, Damoclides & Theopompus summo loco nati. Plutar. 6

*Quorum imperiosa maiestas nõ ita multò post Leuctrica pugna*] Sic Lamb. restitutum locũ putat, quod ex *imperio imperiosa* fecerit. Repræsentabo veterem scripturam, quam & Sauaro secutus est: *Quorum imperii maiestas neque ita multo post Leuctricam pugnã ab hoc initio perculsa concidit*. De pugna autem hac memorabili Diodorus lib. XV. Xenophon, Pausanias in Bœoticis, Plut. in Pelopida & Comment. de genio Socratis, Strabo lib. IX. De Latinis Solinus c. XIII. de recentioribus Ioan. Brodæus lib. II. Miscell. cap. XI. & XII. 7

*Domum Charonis deuenerunt*] Sic libri vett. *deuerterunt* Lambinus, & pro domi diuerterunt exponit nullo exemplo. Charon autem potens & diues fuit Thebis, qui domum coniuratis contulerat, & ad Platæas feliciter pugnauerat. Ad quem etiã Leuctricæ pugnæ laudem Meneclides orator inuidiosè transferebat. Plutarchus auctor. Mox etiam vitiosè scriptum *Ab Archino vno ex his Archia* vnde nihil exsculpas nisi lapsum videri Probũ. Primus Aldus Manutius è Plutarcho locum constituit: cuius hæc in Pelopida sunt: περὶ Ἀρχίου τοῦ ἱεροφάντου πρὸς Ἀρχίαν τὸν ὁμώνυμον. Sic nec infra placet *res seueras*. Melius editi *serias*. 8

*Delecta manus*] Cohortis trecentorum militũ, quæ ob amorem amicitiæ, quo plurimum valebat, pugnabatque in hostem acrius, *Sacra cohors* dicta est. qua de disserit Plutarchus. 9

*Quod apud omnes gentes sanctum esse consuesset*] Mendosè Longolius & Magius *factum* ediderant. Quam sancta autem gentium iure legatio, norunt Iurisconsultorum filii. 10

*Atque hoc secunda victoria accidit*] Ita edunt omnes, notat tamen Lamb. placere magis *secũda pugna*: tertio vero pedatu Rob. Titius lib. IV. Controuers. cap. VIII. tentabat *secuta victoria* minore quam Lamb. audacia. Scripti libri nihil ab editis variant. 11

*Coronis aureis*] Quæ mortuis imponi solitæ vt è Cicerone pro L. Flacco & Aristophane Comico docet Pet. Victorius lib. II. Var. Lect. cap. VII. 12

## IN AGESILAVM.
### XVII.

A *Xenophõte Socratico*] Exstat laudatio hæc præstantissimi Philosophi ac ducis, Socratis cum Platone auditoris. Meminit Cicero lib. V. Epist. XII. ad Luceium. Scripsit & Plut. de vita Agesilai itemque apophthegmata præter Laconica. Simultatẽ autem cum Platone exercuisse multis colligit ar- 1

gumentis Athenæus lib. XI. & Agellius lib. XIV. ca. III. Hic tamen falsò efficere conatur, neutrum alterius odii cauſa meminiſſe, cum Xenophon in ἀπομνημονευμάτων lib. III. eius meminerit, vt ante Muretum lib. V. cap. XIV. Variarum Lect. notauit Laertius in Platonis vita.

2 *Eo enim vſus eſt familiariſſimè* ] Aliam reddit cauſam Themiſtius Orat. ad Cæſarem, idcirco Ageſilai vitam litteris mandaſſe, quod eius opera à Spartanis agro donatus eſſet.

3 *Harum ex altera* ] *Horum* ſcriptus codex vt ad perſonas non familias referatur. Mox etiam *Ita vtraque* Vltraiect. editio.

4 *Primus in eo habebatur* ] Sic ante Lamb. Magius edendum curauit. Vetuſta lectio quã & ſuo more fideque ſummâ Sauaro amplectitur *primum ratio habebatur*. Longolius, *primum ideo habebat*. nata vt apparet ſcripturæ varietas è notarum compendiis.

5 *Namque fama exierat* ] *erat* vetus cod. & Vltraiect. Illud vero inf. in Hannibale: *Magnam enim ſecum pecuniam portabat, de qua ſciebat exiſſe famã.* Sueton. in Nerone: *Exiit opinio* &c. Græci ſimiliter dicunt λόγος ἐξίπτει, vt ad Suetonium notauit Caſaubonus.

6 *Vt omnes imparatos imprudenteſq;* ] Vitioſè Longolius edidit, *vt omnes imperatores imperatos, imprudenteſque.* Coniungit autem in Datame *imparatum imprudentemque*, ad quem locum plura Sauaro.

7 *Homineſque ſibi conciliari amiciores.* ] Vocem *amiciores* vt è gloſſa natam expungit Lamb. Eſt tamen in membranis noſtris omnibuſque adeo editis.

8 *Magna induſtria bellum parauit* ] *apparauit* vetus cod. noſter probatque Sauaro. Equos autem cum ſeſſoribus eo bello extorſit ditioribus, qui vacationem militiæ impetrabant miſſo vicario milite. auctor Plutarch. in vita & Apophthegmatis Lacon.

9 *Ephororum iuſſu* ] *miſſu* Vltraiect. ad oram excudit. pro *ſuſpicienda* autem *ſuſcipienda* membranæ vt alias in hac voce variatum.

10 *Simulacra araſque conſeruauit* ] *Conſecrauit* non rectè Longolius. Confer cum his quæ de Ageſilao M. Tullius ad Luceium commemorat lib. V. Epiſt. XII. nullam ſui imaginem neque fictam neque pictam poni voluiſſe.

11 *Vt ſi de exitu diuinaret* ] *Dimicaret* eſt in Vltraiect. non rectè.

12 *Eſſetque ſine muris opidum* ] Viri enim Lacedæmone fortitudine ſua pro mœnibus erant. Seneca Rhetor ſuaſoria II. vt nos quidem emendabamus: *Non eſt Sparta lapidibus circumdata. vbi viros habet, ibi muros non habet.* & mox: *Muri noſtri arma ſunt.* Plura è Platone & Ariſtotele de optimo Reip. ſtatu ſuppeditat Magius ac Lambin. quorum ſcrinia compilare non libet.

13 *Sic enim erat inſtructa* ] De frugalitate Ageſilai in victu cultuque corporis multa Plutarchus in vita.

14 *Maleficam nactus eſt in corpore* ] Vltraiect. *maleficam nactus eſt in corpore fingendo. Nam & ſtatura fuit humili & corpore exiguo. Qui autem virtutes nouerant* &c. omiſſis interim quæ interiecta ſunt. Scriptus liber & Sauaro *in corpore exiguo & claudus altero pede.* Cetera cum editis conſentiunt.

*Sed hominis non beatiſſimi* ] Vetuſtus codex noſter & Vltraiect. *homines non beatiſſimos* accuſandi caſu. Sed nihil intereſt. 15

*Quod mel non habebant* ] Melle enim cadauera, quæ ſeruari vellent, condiebant. vt hic Plut. & C. Plinius lib. XXII. cap. XXIV. auctor eſt. Varro περὶ ταφῆς apud Nonium: *Heraclides Ponticus plus ſapit, qui præcepit vt comburerent, quam Democritus, qui vt melle ſeruarent.* Cera verò circumlinere Perſarum fuiſſe refert Herodotus li. I. & Cicero I. Tuſcul. Plura qui de funeralibus ſcripſerunt, in his Petrus Bellonius ac Pet. Victorius lib. X. Var. cap. VI. Ioan. Kirchmannus lib. I. cap. VIII. 16

*Atque ita domum retulerunt* ] Solos enim reges peregrè mortuos Spartam referre licitum. auctor Plut. alias in patriam oſſa relata. Propertius li. III. Eleg. XI. 17

*Neue aliquid de te flendum referatur in vrna,*
*Sic redeunt illis qui cecidere locis.*

Vide Turnebum lib. XXVI. cap. XXXIII. & bis inf. in Eumene.

---

## IN EVMENEM.
## XVIII.

NOn ille quidem maior fuiſſet ] Verbum *fuiſſet* adiecit Lamb. vt antea Longolius τὸ *euaſiſſet*. Vltraiect. editio ad oram annotat *haberetur* vel quid ſimile deſiderari. Membranæ noſtræ verbum omittunt, vt & Magius ac Sauaro. (exaudiri enim facile queat.) Et ſtatim τὸ *prudentes* rectiùs abeſt à mſ. qui & *metimur* legit. 1

*Multum ei detraxit viuenti* ] Amplius eſt in mẽbranis, *multum ei detraxit inter eos viuenti.* 2

*Hic per adoleſcentulus* ] annorum ferè trium & viginti, vt inf. ait: *cum ab anno viceſimo, vt ſupra oſtẽdimus* &c. Etſi vero P. Manutius in epiſtolã I. M. Tullii lib. II. ad Famil. docuerit adoleſcentes ac iuuenes ea tempeſtate dictos ad annum etiam XXX. ægrè tamen adduci poſſum vt credam duplici ὑποκοριστικῷ tot annos deſignari, licet contendat contra Lambinum Titius Controu. lib. V. cap. XVI. 3

*Namque apud nos reuera* ] Apud Rom. liberti ferè ſcribæ, quia dominorum nomina induerant, vt M. Tullius Laurea fortaſſe Ciceronis libertus de quo lib. V. epiſt. XX. ad Fam. Plura vero de ſcribis in Verrinis actionibus. De notariis vero & tabellionibus Auſonius, & eruditiſſimus Wouwerius in Polymathia, & Ioan. Brodæus lib. IV. Miſcellaneor. cap. IX. 4

*Præfuit etiam alteri equitum alæ* ] *Alteræ* erat in vett. cod. Giſanii & noſtro ἀρχαϊκῶς, vt *vnæ* pro vni Lucretius dandi caſu, vt ibidem docuit Giſanius. 5

*Cum regna ſingulis familiaribus diſpertirentur* ] De regnorum ab Alexandri exceſſu diuiſione præter Iuſtinum & Oroſium lib. III. extremo varii variè, quæ non colligo. Adi ſi vacat Dexippũ Athenienſem de rebus poſt Alexandrũ in Photii noſtri 6

Bibli-

Bibliotheca pag. 115. & Arrianum ibidem pag. 123. quibus ſitim explere queas.

7 *Regnum ei commendaſſe* ] Amplius in ſcidis *commiſiſſe vel commendaſſe.* quo modo & Sauaro edẽdum è ſuis curauit. Valerius Max. lib. VII. cap. vlt. tit. *Qui aduerſus opinionem hominum heredes habuerunt*, refert Q. Cæcilium L. Lucullo, T. Barrulum Lentulo Spintheri, M. Popillium Oppio Gallo annulos ſuos tradidiſſe, aliis verò hereditatẽ. Quibus & Alexandri hoc exemplum adſcribere liceat.

8 *Quem vnum Alexander quod f. i. poſſet, plurimi fecerat* ] Aliter membranæ & Vltraiect. *quem vnum Alexander* &c. *plurimum fecerat*: quanti autem Hephæſtionẽ fecerit Alexander funus oſtendit & exequiæ quibus etiam Eumenes, ne ſimultatẽ cum illo exercuiſſe videretur, adfuit Plutarch. in Eumene & extr. Pelopida. Vide Budæum de Aſſe.

9 *In hoſtium erat poteſtate* ] Arbitror ſcripſiſſe *poteſtatem* vt in Ciceronis Maniliana legit Agellius lib. I. cap. VII. *Cum noſtros portus, atque eos portus, quibus vitam ac ſpiritum ducitis in prædonum fuiſſe poteſtatem ſciatis.* Sic inf. in Phocione ſcriptum in vet. cod. *maximeq́ꝫ quod aduerſus populi commoda in ſenectutem ſteterat.*

10 *Si copiæ ſuæ cognoſcerent* ] *Cognoſſent* membranæ. Et ſtatim Vltraiectinus *quo erat deteriore*. Equidem retineo *deterior* pro inferior.

11 *Acrius hoſtibus inſtitit* ] *Hoſtis* membranæ noſtræ ac Gifanii pro *hoſteis*, vt veteres ſcribebant. *Inſtare* autem cum quarto etiam caſu olim dictum pro vrgere notat in Lucretium idem Gifanius.

12 *Amplo funere extulit* ] *Munere* ſcriptus noſter, vitioſe fortaſſe.

13 *Multitudine circumuentus eſt* ] *Circumitus* Vltraiectin. qua voce & ſupra vſus Nepos in Datame *circumitia multitudine.*

14 *Ac ſi in campeſtribus & planis ea locis habuiſſet. Ea concluſione* &c. ] Priora in quibuſdam deſiderantur. Erant tamen in noſtro vet. cod. niſi quod *& planis* aberant. Lambinus *Ea concluſione* omiſit vt adiectitium.

15 *Quod caſtrum ſubſidia habere non poterat* ] Sic Lambinus de tot variantibus ſcripturis. Sauaro *caſtrum ſub diuo habere.* Proponam ſcripti noſtri lectionem quę & in Gifanio eſt, *quod caſtra ſubſidio habere non pot.* quæ impenſius Gifanio ad Lucretium ſe probauit.

16 *Vtrum repetitum Macedoniam veniret* ] Ita Lamb. euulgauit. Sauaro *in* præpoſitionem præmiſit, quo modo & in membranis noſtris. Vltraiect. editio *vtrum repetitum iret Macedoniam*, quod magis placet.

17 *Ne pateretur* &c. ] audacius Lambin. de ſuo αὐτίθετα adiecit *familiæ inimiciſſimos regnare, amiciſſimos interire.* Sequor fide maiore ſcriptam lectionem & quorundam editorum: *ne pateretur Philippi domus & familiæ inimiciſſimos, ſtirpem quoque interimere.* Magius ſic: *amiciſſimus interire.* Statim melius in noſtris membranis: *His rebus Eum. permotus*, quam quod editur *verbis.* quamquam non ignorem inuicem interdum permutare vt infra in Timoleonte: *Quibus rebus adeo ille eſt commotus.* vbi *verbis* Lamb. edit notatque Sauaro.

*Et Teutamus* ] Sic Aldum ſecutus Lamb. Magius vero *Antigenes* ex Plut. reponit, quomodo & ſcidæ noſtræ non *Antigonus*, vt paſſim editur. Fuit autem hic Antigenes cum Teutamo Argyraſpidarum præfectus. Plut. 18

*In principiis nomine Alexandri ſtatuit tabernaculum* ] Græcorum hunc ritum moremque explicat Caſaub. ad Suetonii Auguſtum cap. LXXVI. Romanorum quoque fuiſſe docet Iuſtus Lipſius noſter ad II. Annal. Taciti. 19

*Hic in paretacis* ] Noſter codex *impar ætatis* præfert, editque Magius ac Longolius, non rectè. nam annos iam habebat Eumenes ferè quadraginta. Verius longè Gifanii ſcidæ *in Parætacis*, hoc eſt in regione Parætacena, quam germanam lectionem Lucretianis Collectaneis conſtituit in dict. *ſola loca* anno 1566. ſequiturque Lambinus probatque anno 1569. itaque viginti & quot excurrunt annis antea, Vltraiectina editio anni 1542 quæ inſtar mihi eſt membranei exemplaris, integrè ſcriptũ *Hic in Parætacis* habet, dubitandi vt locus nullus amplius ſit relictus. 20

*Vt nunc veterani faciunt* ] *noſtri* addunt membranæ & Vltraiect. Ætatem ſcriptor indicat Attici nimirum & Cæſaris. De veteranorum iam ſum inſolentia, qua & hodie afflictum Belgium videmus, elegans eſt M. Tullii locus Philip. XI. compertumque Auguſtos Cæſares aut creatos aut neci datos impotenti prætorianorum militum audacia. qualis ferè hodieque Ianni gerorum in Aſia Turcici imperatoris electione conatus. quò pertinent quę hic prudenter ſubiicit Nepos, de fructu atque vtilitate veteris hiſtoriæ. 21

*Vicit conſilio* ] τὸ *conſilio* afuit à membranis, vt mox etiam *militum.* Infra *quam eum non perdere* non *prodere* ſcriptum vidimus. Et verò Feſto *prodere* perdere eſt, & Lucretio non ſemel obſeruante Gifanio. 22

*Fructum oculis ex eius caſu capere* ] id eſt nimirum oculos paſcere. Contrarium eſt *oculis dolere.* Terent. Phormione: 23

*Vin' primum hodie facere, quod ego gaudeam*
*Et quo tuo viro oculi doleant.*

Cœlius Curio ad Cicer. lib. VIII. epiſt. XV. *Numquam tibi oculi doluiſſent, ſi in repulſa Domitii vultum vidiſſes.* Sic explicat Pet. Victorius lib. II. Variarum Lect. cap. V. & Turnebus lib. XI. cap. I. Aduerſar.

*Vt hic ſe vteretur* ] Ita Lamb. conformauit. Retineo tamen ſcriptorum codicum lectionem *deuteretur*, priſcè quidem atque inuſitatè pro abuteretur, vt *denaſci* veteres dicebant pro mori. Caſſius Hemina lib. 2. annalium: *Quæ nata ſunt, ea omnia denaſci aiunt.* 24

*Negabat ſe ei vim allaturum* ] Humana ſanè vox; & ſupra immanem Antigoni animum, qui tamen de Argyraſpidibus Eumenem perfidè prodentibus tale ſumſit ſupplicium, vt ad vnum omnes necandos curarit. Hæc nimirum proditorũ merces eſt, vt meritò Plut. grauiſſimus hiſtoricus iuxta ac philoſophus Eumenis vitam ſic ferè concludat: *Eumene crudeliter extincto impios atqꝫ immanes proditores* 25

*abominatus Antigonus, tradidit eos Ibyrtio Arachosiæ procuratori omnibus modis atterendos conficiendosque, ne quis eorum in Macedoniam rediret vel Græcum mare aspiceret.*

16 *Huius sceleris principes* ] *participes* scriptum in meo reperi, non malè.

## IN PHOCIONEM.

### XIX.

1 *QVæ ei à populo mandabantur* ] Disertè noster codex *dabantur*, quod & Sauaro de suis testatum reliquit. Et mox *prospera peruenisset fort.* valde vt mirer Lambin. *permansisset* mordicus tueri.

2 *Ab eodem in iudiciis, cum capitis causam diceret* ] Eadem sors & M. Tullii Oratorum Latinorum principis, qui à C. Popillio Lænate, quem patricidii reum defenderat, interfectus est, M. Antonio præmio pro tam impio flagitio suppeditante HS decies centena millia. Appianus Plut. & Valerius Max. lib. v. cap. iii.

3 *Non defendit, sed etiam prodidit* ] Quin etiam & patriam, vt mox: quare lege talionis nihil mirum si ingratam erga se expertus est. De quo scelere Cicero i. Officiorum, & Virgil.

*Vendidit hic auro patriam* &c.

4 *Sine quo Athenæ esse non possent* ] Traiecta hæc visa Vltraiectinæ editioni ad oram annotanti *portu* addendum videri. Hinc factum vt Longolius & Magius hæc ante collocarint: *ad quem recuperandum (quod sine eo Athenæ omnino esse non possent) cum populus* &c.

5 *Patrociniis nitebatur* ] *Vtebatur* scriptum in vet. cod. editurq; Vltraiecti. mox in iisdem *propulit*, vbi solus Lamb. *pepulit* euulgauit.

6 *Causam apud Philip. regem verbo* &c. ] Puto legendum hoc ordine: *causam apud Philippum verbo quidem, reapse autem apud Polyp.* &c. Statim etiam concinnius scidæ veteres: *Hic ab Agnonide accusatus, quod Piræeum* &c.

7 *Obuius ei fuit Emphyletus* ] Vidit primum Longolius σφάλμα hic auctoris hærere, qui ex ἐμφύλιός τις apud Aristidem nomen proprium cuderit. Tentabam equidem, audendum est enim, *Euippum* reponere, Plutarchi auctoritate, qui non dissimile refert in Apophthegmatis ac vita Phocionis, sed in qua vitiosè Θουδίππος cudatur. Hic enim vna capitis damnatus, cum quiritaretur, attrita cicuta iniustè se ad mortē adigi, οὐκ ἀγαπᾷς, εἶπεν, ὦ Εὔιππε, μετὰ Φωκίωνος ἀποθανούμενος; *cum Phocione mori detrectas?* Refert & Ælianus libro decimotertio, cap. xli.

8 *Indigna perpeteris Phocion* ] Cuius & hoc præclarum dictum, *præstare iniuriam ferre quam inferre: accipere damnum melius esse quam dare.* Plutarch. in eius vita: quæ γνώμη & Tusculana v. Ciceronis *Accipere quam facere præstat iniuriam* legitur. Filio tamen Phocionis non parenti attribuit Ælianus libro secundo Variæ Histor. capite decimosexto.

9 *A seruis sepultus est* ] Glebam illi defuisse Valerius ait, sed paullò aliter Plutarchus.

## IN TIMOLEONTA.

### XX.

IN Plutarchi codicibus *Timoleon* scriptum video ἀπὸ τῆς τιμῆς. In nostris libris editis & Gifanii Lucretiano Indice *Thymoleon* ἀπὸ τοῦ θυμοῦ, quasi leonino animo, id est, excelso præditus. De hoc præter Plutarch. ac Diodorum Polybius libro secundo & xi. Liuius lib. xxxv. & xxxix. Pausanias in Arcadicis. 1

*Haud scio an nulli* ] Ita frequenter quidem Cicero Græcorum exemplo. Vetus tamen codex noster *an vlli* perspicuè magis. Mox *conflictus* in eodem erat pro *conflictatus*, vt *exercitus* pro *exercitatus* Latini dixerunt. 2

*Et patriæ legibus obtemperare* ] Scripti libri variant. noster bis τὸ *patriæ* repetit. Gifanii *& patriæ parere legibus, quam imperare satius duxerit.* quo modo & Vltraiect. editum. Longolius & Magius *sanctius* pro *satius* legunt: sed hoc probat Lamb. illud damnat. 3

*Et inuidia l. v. obterebant* ] Etsi hæc à meis abe- rant membranis, sic tamen Nepotis æqualis Vatinius Tullio lib. v. ad fam. dixit *prosternere atque obterere obtrectationes & inuidias maleuolorum.* Atque ipse adeo pro Cecinna Cicero, *Calumniam obterere atq; contundere.* 4

*Tutoque vt Corinthum perueniret* ] Vbi ludū Dionysius aperuit. Vide prou. *Dionysius Corinthi*, & Plutarch. in Timoleonte de dictis factisque etiam Dionysii. 5

*Et quod eam præclaram victoriam ducebat* ] Vetus codex & Vltraiect. editio *eamque præcl. vict. ducebat.* Platonis est sententia lib. i. de legibus initio, maximam esse victoriam seipsum vincere & in aduersis animo non demisso, nec in secundis elato esse. κἀνταῦθα, ὦ ξένε, τὸ νικᾶν αὐτὸν αὑτὸν, πασῶν νικῶν πρώτη τε καὶ ἀρίστη· τὸ δὲ ἡττᾶσθαι αὐτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ, πάντων αἴσχιστόν τε ἅμα καὶ κάκιστον. 6

*Ad quam fortunam detrusisset* ] *detulisset* vetusta lectio est, *depulisset* Vltraiect. 7

*Cum Iceta bellauit* ] Cum spiritu *Hicetam* in Diodoro & Gemisto Plethone editur: membranæ enim *Hecatam* præferunt, deprauatè vt opinor. 8

*Bello vacuefactas possessiones* ] Vsus est hac vocē sup. in Cimone, itemque Cicero Catilinaria i. *Quid verò nuper cum morte superioris vxoris nouis nuptiis domum vacue-fecisses.* Et paulo post: *Quid? quod aduentu tuo ista subsellia vacuefacta sunt?* sic enim vtrobique legendum docuit Lud. Carrio lib. i. Antiq. Lect. cap. xviii. Hoc Iurisconsultis est *in vacuum venire* cum neglecta possessio atque deserta est præsertim longioris temporis præscriptione. 9

*Fanaque deleta* ] Sic Lamb. Sauaro *deserta* tuetur. Neutrum in nostris scidis comparet. 10

*Vt hic conditor vrbis* ] Sic M. Tullius Catilinaria iii. *Non minus nobis iucundi atque illustres sunt ii dies, quibus conseruamur, quam illi quibus nascimur: quod salutis certa lætitia est, nascendi in-* 11

di in-

*dì incerta conditio, & quod sine sensu nascimur, cum voluptate conseruamur* &c.

12 *Arcem Syracusis* &c. *demolitus est* ] Extat de arcibus elegans Demetrii Pharii dictum apud Strabonem lib. VIII. vbi tamen malè *Phalereo* tribuitur, vt docuit Pet. Victorius lib. XX. Var. Lect. cap. IV. Cuius emendationē confirmaui supra in Themist. ex eodem ipso Strabone lib. VII.

13 *Quod ceteri reges imperio potuerunt* ] *Vix potuerūt* rescribendum videri ad oram olim annotatum, placetque coniectura.

14 *Lumina oculorum amisit* ] Multos qui & oculis capti fuerint, moderateque eum casum tulerint, enumerat Cicero Tusc. V. & Marcus Marulus Spalatensis.

15 *Sine deorum numine agi putabat* ] *geri* vetus codex & Vltraiectin. vt supra in Dione & in Attici vita.

16 *Sacellum αὐτοματίας* ] *Casus* reddit Cruserius Plutarchi interpres, Lambin. hîc *casus fortuiti*, Xylander verò *Fortis fortuna*, de qua varii variè ad Ciceronem de legibus & Gyraldus. item Plutarchus libello περὶ εἱμαρμένης & in Politicis præceptis.

17 *Lege agere diceret* ] Mox *legibus experiri*. Lege Brissonii formulas.

18 *Voti esse damnatum* ] Sic Oberti Gifanii codex rectè præfert, quo modo ne quid dissimulem Maro:

*—damnabis tu quoque voti.*

Noster tamen *voti esse compotem*, quo modo & Horatius in arte:

*—voti sententia compos.*

## DE REGIBVS.

1 NAmque eos attingere ] *adiungere* habent nostræ membranæ.

2 *Lacedæmonius autem Agesilaus* ] Vltraiect. *Lacedæmoniis*. de hoc supra Nepos num. XVII. & Plutarch. ac Xenophon copiosè.

3 *Persarum Cyrus* ] Exstat aurea Cyri pædia vertitque feliciter Romulus Amasæus.

4 *In prœlio cecidit* ] *occidit* vetus codex. Mox idem *Perses nemo*, pro *Persarum*.

5 *Ex Macedonum autem genere* ] *gente* manuf. & Vltraiect. editio. In vtroque infra est *fuerunt præterea magni reges* pro *multi*.

6 *Ptolemæus* ] Ptolemæorum genealogia in Strabone & ex illo in Manutio de quæsitis per Epistolam.

## IN HAMILCAREM.

## XXI.

1 HOstem lacessinit ] *Hostem* de suo Lamb. adiecit non necessario, neque enim in membranis comparet. *hosti* enim anteceffit.

2 *Karthaginiensis* ] Manutius sex syllabis scribendum contendit, negant alii. Ennium enim quem ille laudat metri necessitate dixisse sub Hannibalis persona:

*Hostem qui feriet mihi erit Karthaginiensis.*

Vide Solinum capite trigesimo & Seruium in Virgilium, item in Semestribus Petrum Fabrum de illius etymo. *Pœnicum* quoque pro *Punico* legendum hic & alibi docet Gifanius ad Lucretium.

*Apud insulas Ægates* ] quæ in mari nostro Carthaginensi sinui obiacent. Pomponius libro secundo, capite septimo, ( vnde Plinius hausit libro tertio, capite octauo ) *Contra Carthaginis sinum Tarichia, & Ægates, Romana clade memorabiles.* Sic ille. Sed *victoria* potius quam *clade Romana memorabiles* dixisse oportuit, vt ita Lamb. locum tentarit *Carthaginiensi clade* aut certè *Romana victoria.* Lutatius enim victor extitit teste Polybio. Sed de his ad Melam nostrum, vt & de C. Lutatio ad Scriptorem de viris illustribus disseruimus cap. XLI. 3

*Donec aut virtute vicissent* ] Vetus noster codex integrè *donicum aut vt certe vicissent.* Vnde legendum coniiciat quis *donicum aut vi certè vicissent*, vel sic *aut verè vicissent.* *Donicum* autem pro donec sæpe Ennius extulit, Lucretius item, Plautus atque adeo Tullius, nisi vt pleraque antiqua à semidoctis essent librariis oblitterata. 4

*Aut victi manum dedissent* ] *Manus* rescribo multitudinis numero ex fide membranarum & veterum scriptorum auctoritate, Lucretii, Horatii, Cæsaris, ac Ciceronis, cessitq; in prouerbium *manus dare*, vt & *herbam porrigere.* Ducta autem à gladiatoribus victis tralatio est (quam in Saturnalibus non attigisse Lipsium nostrum equidem miror) qualem vidimus nuper Sardonychen Cecropis & Danuuii ab eruditissimo Marquardo Frehero bono publico euulgatam, Danuuio prostratum digitum attollente. Nam & *digitum tollere* vetere verbo victi dicebantur, vt & *manum dare.* Virgilius: 5

*— & victum tendere palmas*

*Videre Ausonii.—*

Sidonius in Narbone:

*Palmam tu digito dares Menander.*

Cicero in Consolatione apud Lactantium libro tertio capite vigesimo octauo, *Victum se à fortuna turpiter confitetur, Cedo inquit, en manum tollo.* Quò respexit Hieronymus libro tertio aduers. Pelagianos & Dial. aduers. Luciferianos: *En tollo manum, cedo, vicisti.* Græcos etiam multitudinis numero χεῖρας προτείνειν extulisse obseruo. Legendus Pet. Faber libro primo Agonistici capite octauo.

*Aduersariis tradere* ] Etsi membranæ nostræ *reddere*, non sequor tamen. Statim *eaque impetrarint* ab Vltraiect. cod. absunt, & certè Polybius nihil horum commemorat, subsidia Romanos Pœnis misisse. 6

*Otium reddidit* ] pro pace ac tranquillitate, *belli* ἀντίθετον, vt in Timoleonte, & sæpe M. Tullius. Sic enim I. Offic. de sui consulatus tempestate: *Neq; in Rep. periculum fuit grauius vnquā, nec maius otium.* 7

Ita legit, non vt vulgo *odium*, doctiſſimus Victorius lib. VII. Variarum cap. XIII. & ex antiquis libris Carolus Langius tam de ea Ciceronis parte quam qui maximè meritus: etſi libenter ab illo ſecuritatem Reipublicæ interpretante diſcedit Lambinus.

8 *Interdici non poterat ſocero gener*] Alii *genero*, vtrumque verum. Verecundiæ autem hos inter ſeruiendum monet in Officiis Cicero lib. I. *non lauätur cum ſoceris generi*. Mox pro *peruertit mores*, *prævertit* in membranis noſtris erat.

9 *Equis, armis, viris*] Cicero aliique frequenter coniungunt, *equis, viris*, abſque copula, vt & *remis velis*: quod & idem Langius in Ciceronis Officia notauit & Emendationum libris Ludouicus Carrion.

10 *Aduerſus Vectones*] Scribendum *Vettones* duplici TT. Grȩcè enim Οὐέττωνες populi ſunt Hiſpaniȩ citerioris inter Anam & Tagum fluuios ad orientale Toletanorum latus Straboni l. III. Geograph. qui de eius gentis ſitu ſic ait: Ἐν δὲ τοῖς ἄνω μέρεσι καὶ Καρπητανοὶ, & Ὀρητανοὶ, & Οὐεττόνων συχνοὶ νέμονται. *Supra Anam habitant Carpetani, Oretani & Vettones frequentes.* Item Plinius libr. IV. cap. XX. finitimos Carpetanis facit. Prudentius hymno de S. Eulalia Emeritam Vettonum metropolim nominat:

*Nunc locus Emerita eſt tumulo*
*Clara colonia Vettoniæ:*
*Quam memorabilis amnis Ana*
*Præterit, & viridante rapax*
*Gurgite mœnia pulcra lauat.*

Strabo verò in Turdulis Auguſtam Emeritam collocat, ſed Hiſpano in Hiſpanicis habenda potius fides quam Græco homini.

11 *Vt interire quam Romanos experiri mallet*] Neſcio cur contra libros omnes antiquos negationem Lamb. expungat. Præfero itaque eam ſcripturam *quam Rom. non experiri mallet.* hoc eſt, mori præoptaret, quam non manus cum Romanis conſerere. Neque exempla deſunt, quæ colligere integrum nunc quidem non eſt. Inf. in Hannibale: *Hic autem velut hereditate relictum odium paternum erga Romanos ſic conſeruauit, vt prius animam quam id depoſuerit.*

## IN HANNIBALEM.

## XXII.

1 *POp. Rom. omnes gentes virtute ſuperarit*] Victus enim prœlio quidem nonnunquam, bello verò nunquam, vt ait Cȩcilius apud Nonium. Lege contentionem de præſtantia Scipionis, Hannibalis & Alexandri ἐν νεκρικοῖς Luciani ad ea, quæ hic Lamb. colligit.

2 *Nam vt omittam Philippum*] Demetrii Macedonum regis filium, de quo Iuſtinus lib. XXIX. & Epitome Liuii lib. XXIX. & XXXI. & in Faſtis anno ab V. C. DLII.

3 *Rex Antiochus*] Hunc ad arma Romanis inferenda concitaſſe Hannibalem refert eadem Liuiana Epitome lib. XXXIII. & XXXIV. & Iuſtinus l. XXXII. extremo. Poſt non longè in vetuſto cod. erat *& odium in Romanos*, non *odio*.

4 *Eamque ceteris remotis tenentem*] Ex Plauto, M. Varrone, Cicerone, Virgilio & Apuleio ritum iurandi ad aras explicat doctiſſimus Turnebus Aduerſ. lib. XVI. cap. X. & lib. XIX. ca. XIX. item lib. XXVI. cap. II. & V. Eſt & elegans locus apud Iuſtinum lib. XXIV. de Ptolemæo, qui *ſumptis in manus altaribus, contingens ipſa ſimulacra & puluinaria deorū, inauditis vltimiſque execrationibus adiurat ſe ſincera fide matrimonium ſororis petere.*

*Saguntum fed. ciuitatem vi expug.*] anno poſt R. C. DXXXV. bello Punico ſecundo. Recepta verò ann. DXXXIX. pulſo Punico præſidio, teſte Liuio lib. XXI. Vide Oroſium lib. IV. Orcheſtræ cap. XIV. & Sigonium in lib. XXI. Liuii. 5

*Prohibere tranſitum*] *tranſitu* vetus codex, & *Alpinos* malit Lamb. 6

*Vt ea elephantus ornatus*] *Ornatus* pro *armatus* Lamb. exponit Gifanium ſecutus, qui & ita T. Lucretium locutum obſeruarat. Malo tamen, ne quid diſſimulem, quod in noſtris eſt membranis *oneratus* hoc loco tueri pro onuſto, vt tria hic colligat Nepos hominem armatum, inermem, deniq; onuſtum elephantem. Viam itaque adeo inuiam vi patefecit, vt non ſolum armati ſinguli, verum & elephanti non nudi, ſed etiam onerati poſſint tranſire. Verum lectoris eſto iudicium. 7

*Ti. Longo*] Hic *Tiberius Sepronius Longus* initio belli Punici ſecundi Coſ. cum P. Corn. Scipione. Malè igitur Magius vitioſo Liuii codice vſus *Tito* mordicus retinet. 8

*Graui morbo afficitur oculorum*] Alpinis enim frigoribus dextrum oculum amiſit elephante inuectus, vt refert præter Polybium ac Liuium lib. IV. cap. XV. lepidè Satyricus Aquinas Sat. X. 9

*O qualis facies & quali digna tabella*
*Cum Getula ducem portaret bellua luſcum.*

Quo de ſomnium eius refert Val. Max. lib. I. c. VIII. Vide & in Fabio Plutarchum. Plures eiuſmodi duces μονοφθάλμους reperias præter Cyclopa Homericum:

*— cui torua lumen ſub fronte latebat*
*Argolici clypei aut Phœbeæ lampadis inſtar.*

Philippum Macedonū regem, de quo ex Demoſthene orat. pro Cteſiphonte Agellius l. II. c. XXVII. ibidemque è Saluſtio de T. Didio. De illo autem nos pluribus in Vitis parallelis.

*C. Flaminium Coſ.*] Conſul iterum fuit anno V. C. DXXXVI. cū Cn. Seruilio Gemino. ille in prœlio occiſus eſt. 10

*L. Paulus Æm.*] Hic iterum Coſ. in pugna occubuit anno V. C. DXXXVII. 11

*Cn. Seruilium Geminum*] Ita diſertè in noſtris membranis, deprauate enim antea datum *Publii* prænomen, Faſtis Capitolinis reclamantibus. 12

*Reuerteretur Capuam*] Vrbem Romam præſidiis deſtitutam capere potuit, rerumque potiri: ſed militem in Campaniam diuertere paſſus, elanguit luxu atque deliciis. vnde illi Campania, quod Romanis Canna fuit. L. Florus lib. II. cap. VI. Hinc & Maherbalis illud apud Liuium: *Hannibal ſcis vincere, victoria neſcis vti.* 13

*Namque obducta nocte*] Sic Magius, Lamb. & Sauaro. Longol. enim & Vltraiect. editio *adducta nocte* minus rectè. 14

*Dolo perductum in prœlium*] Placet codicis noſtri 15

ſtri ſcriptura *productum* pro illectum.

16 *M. Claudium Marcellum quinquies Coſ.*] *quinctum Conſulem* reponendum puto Varronis & Ciceronis auctoritate apud Agellium lib. x. ca. I. Ex compendii, vt ferè fit, nota V̄. *Coſ.* librarius imperitus *quinquies* exſcripſit. Conſul autem cum T. Quinctio Criſpino Marcellus fuit anno V. C. DXLV.

17 *Quare hoc vnum ſatis erit dictum*] Poſtrema vox de mendo ſuſpecta eſt, & à gloſſa irrepſiſſe apparet: niſi quid doctis ſecus videtur.

18 *Aduerſus P. Scipionis filium, quem* &c.] Fœdum hic mendum hæſit, & mirandum omnium interpretum ſilentium. ἀνιστορησία eſt enim manifeſta. Scipionis enim Africani maioris filius ob inualetudinem bello abſtinuit, etſi prætorius fuit, hinc & *valetudinarius* dictus. Scipionem Æmilianum adoptauit. Sequor igitur libenter codicis mei auctoritatem, *aduerſus P. Scipionem, quem ipſe primum* &c. Plura qui volet contentiones legat Antonii Bendinelli & Caroli Sigonii, qui de hoc Scipione Æmiliano pluribus certandum exiſtimarunt.

19 *In præſentiarum*] ἐκ παρόντων Græcis : Latinè igitur vt *in præſens* & *in præſentia*, vtiturque Cornificius, Tacitus, & Agellius.

20 *Apud Zamam cum eodem conflixit*] Et victus fugit Annibal. Anno V. C. IↃLI hæc geſta apparet ex Faſtorum tabulis.

21 *Adrumetum peruenit*] Ἀδρύμητα. Male igitur Longolius & quidam ſcribunt eduntque *Adrumentum.*

22 *Carthaginienſes bellum cum Romanis compoſuerunt*] Anno poſt R. C. IↃLII. Cn. Corn. Lentulo, P. Ælio Pæto Coſſ. Liuius, & alii conditiones pacis cum P. Corn. Scipione referunt.

23 *Cuius opera ſuſceptum bellum*] pro culpa ac vitio, vt ſupra in Alcibiade Nepos, & Catullus in paſſere:

*Tua nunc opera* —
*Flendo turgiduli rubent ocelli.*

Et Iuriſconſ. Furis beneficio rem abeſſe dicunt, pro culpa, εὐφημίας cauſa, vt puto, qua etiam ratione *beneficium* è Platonis Timæo vertit Cicero repugnante licet Lambino, vt alibi admonuimus.

24 *Ipſum exulem iudicarunt*] *dicarunt* eſt in membranis noſtris atque Vltraiect. fortaſſe verius pro addixerunt, vnum è tribus prætoris verbis *do, dico, addico.*

25 *Poſtquam domum profugerat*] *domo* vetus lectio & Vltraiectina. Infra eſt in iiſdem, *eadem, qua fratrem abſentem, pœna affecerunt.*

26 *Multa ſtultè conari*] Vt exercitum conſcripſiſſe armis inauratis. quo oſtenſo Hannibali, *Hic'ne,* inquit, *exercitus Romanis ſufficiet? Sufficiet,* reſpõdit Pœnus, *vel maximè auaris.* Agellius ex veterum memoriis lib. v. cap. v. Noct. Atticarum. Huc quoque pertinet ſcomma alterũ Hannibalis de Phormione Philoſopho, cuius ludum audiendi gratia ingreſſus erat, apud Tullium II. de Oratore.

27 *Ipſe quà rem geſſit*] Ita Lambinus, offenſus fortaſſe Longoliana lectione *quo rem geſſit.* Ceteri & membranei *quo cornu* præferunt, verius mea ſententia.

28 *Vidit vir omnium calidiſſimus*] De callido hoc Annibalis aſtutoque conſilio quo inſidias auarorum Cretenſium eluſit, Iulius Frontinus, Polyænus & Iuſtinus l. XXXII. extremo. Sic Pœnus coruos deluſit hiantes, ſaluuſq; euaſit, vt Mithridates Ponti Rex fugiens, Romanos perſequentes, auro ſparſo dilapſus, decepit. & caſtor Ponti animal venatorum inſidias, ſectis ſibi verendis, effugere fertur. auctor Plinius & Ælianus.

*Deponit in templo Dianæ*] Simile Plauti illud in 29
Bacchidibus Sc. *Ibo*

*Nos apud Theotimũ omne aurum deponimus,*
*Qui illic ſacerdos eſt Dianæ Epheſiæ.*

Morem autem in fanis Theſauros reponendi ſupra quoque in Ariſtide reperies multaq; interpretes paſſim colligunt, in his & Ioan. Brodæus lib. IV. Miſcellan. cap. XVII. & de Iuriſc. Ferrandus Adducnſis. Cæſar III. de bello Gallico : *Epheſi à fano Dianæ depoſitas antiquitus pecunias Scipio tolli iubebat.* & lib. I. de bello ciuili : *pecuniæ à municipiis exiguntur & è fanis tolluntur.*

*Ne quid ille*] *Quid* afuit à noſtro cod. & Vltra- 30
iect. & mox in illo *aſportaret*; in hoc vero *ſecumque duceret.* Eſt autem *ducere* ementium quoque formula *ducas licet*, vt ad Catilinarias Cic. Muretus obſeruat, & Briſſonius.

*Quam regem armauit & excitauit*] Vltraiect. e- 31
ditio *& exercuit* pro *excitauit.* Hinc *laborib. exercitus.* Terent. Adelph. *Ego te exercebo hodie, vt dignus es, ſilicernium.* Plautus Mercat. *& fui homo exercitus.*

*Domeſticis rebus minus eſſe robuſtum*] *Opibus* in 32
vno Vltraiect. reperi. Ceterum de Eumene Liuii Epitoma à lib. XXXVII. vſque ad L. vt à Perſeo diffidebat.

*Claſſe paucis diebus erant decertaturi*] *Decreturi* 33
noſter & Gifanii cod. & Vltraiect. editio rectius meo ſenſu. *bello* enim & *claſſe decernere* Romani dixerunt. Immo etiam *cernere vitam*, vnde & *certo* deriuatum. Ennius: *Ferro non auro vitam cernamus vtrique.* Græcis κρίνεσθαι.

*Sic Hannibal conſilio*] στρατηγήματι. Eſt enim vox 34
media. Hinc *callidum conſilium*, vt *dolus* bonus ac malus, *fortuna, pharmacum, valetudo.* Sic Græcis φρόνησις & βουλή.

*Venenum ſumpſit*] Sic Iuſtinus lib. XXXII. & Scri- 35
ptor de viris illuſtribus. Diſceſſit autem teſte Liuio hoc elogio : *Soluamus*, inquit, *diutina cura pop. Romanum, quando mortem ſenis exſpectare longum cenſet.*

*M. Bæbio Tamphilo*] Ita legendum. Opera- 36
rum itaque vitio duplice nomine cuſum Pariſiis videas in Lamb. editione *L. M. Bæbio Tamphilo*, vt in aliis malè *Pamphilo.*

*De Cn. Manlii Vulſonis in Aſia rebus geſtis*] Nã 37
Aſia illi ſortitione euenerat, vt collegæ M. Fuluio Nobiliori Ætolia ceſſerat anno V. C. IↃ. LXIV. Hic Cn. Manlius cum Epheſum veniſſet, Gallis Aſiaticis bellum, quod eos Antiochum auxiliis iuuiſſe diceret, mouit, atque ad ſingula eorum oppida, Attalo rege ducente, arma circumtulit. M. Fuluius verò Ambraciam expugnauit, pacem eis dedit, & Cephalleniæ inſulæ. Triumphauit vterque, ſed Senatus P. Q. R. ingratiis, triumpharunt tamen, Fuluius

quidem de Ætolis, Vulſo verò de Gallis, qui Aſiam incolebant, Aſia deuicta, luxuriam Aſiaticam in triumphum duxit. Plura Liuius, Plinius (qui li. xxxiv. annum V.C. numerat ıɔʟviii. qui tamen in Faſtis eſt ıɔʟxvi.) Florus lib. ii. cap. xi. & Rufus Feſtus in breuiario rerum geſtarum pop. Romani.

38 *Litterarum Græcarũ vſus eſt doctore*] Nam Græcè etiam locutum, lepidè ait Lucianus τῶν νεκρικῶν Dialogo xii.

## IN VITAM M. PORCII CATONIS.

QVo plura olim adoleſcentes ad M. Catonem in Scriptore de viris illuſtribus, ſiue is Nepos ſiue Victor eſt, notabamus, eo hic breuitati magis ſtudendum.

1 *Hortatu L. Valerii*] *Inde hortatu L. Valerii* mẽbranæ. Statim *M. Perpenna conſobrinus*, in iiſdem verius, quam *Cenſorinus*.

2 *Nam & agricola*] Vide Plinium li. vii. Extantq; eius rei ruſticæ libri quos è Græcis fontibus hauſit, quam tamen nationem initio cane peius & angue oderat: ſenex poſtea mutata velificatione Græcas litteras tam auidè arripuit, quaſi diuturnam ſitim explere vellet. Cicero in Catone Maiore.

FINIS.

## VOCES APVD NEPOTEM ſeu Probum rariores.



INDI-

# INDICES DVO,

## QVORVM ALTER AVCTORES, QVORVM FIT MENTIO IN NOTIS A. SCHOTTI AD PROBVM seu Nepotem; enumerat: alter res continet & vocabula.

*Numeri respondent Notis ipsis ad singulorum Imperatorum vitas, quorum nomina primis syllabis dumtaxat indicantur.*

### I.

### AVCTORES TAM VETERES QVAM RECENTIORES; LAVdati, notati, siue illustrati.

# INDEX II.

## INDEX RERVM ET VERBORVM Notabilium.

### A.



### B.



### C.



Cicero

*ſidere,*

FINIS.

*Series Chartarum.*

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V a b c d *omnes chartæ terniones, præter* R S T V a b c *duerniones:* d *vnam chartam.*



A

C

uibus mult
multaque
loca, erudi
neatio ad
gnata.

*ta cum var*
*tem delineati*
*audiores &*
*Tabula*
*es.*

A:
udium posu
Traject. Pr

Belg. Lugd. Regen